



Nouum Foedus. Iesu Christi D.N. Nouum Testamentum.

<https://hdl.handle.net/1874/428634>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell
Huybert van Buchell (1513-1599)**

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
 - de kopsnede
 - de frontsnede
 - de staartsnede
 - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection
Huybert van Buchell (1513-1599)**

More information on this collection is available at:


<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

Kast. 109

✓ PL. N. N° 12



30

bb

no. 11111
11111111





...entem quod secum ita dicitur pensa
...zur

...us oculos res que libet in qua corrumpat


Nos. **I**nsta
plicas iram tu
enim di sunt


205


Biblia et interpretes

K. log. N. 12

~~Ccavo n. 205~~







N.º 30 C.

Nouum Fœdus.

ex dono Buchely

IESV CHRIS-
TI D. N. NOVVM
TESTA-
mentum.

THEODORO BEZA
interprete.

MATTHE. XVII.

Hic est filius ille meus dilectus, in quo acquiesco: ipsum
audite.



HEIDELBERGAE

Excudebat Iacobus Mylius, im-
pensis Matthæi Harnisch.

M. D. LXXVI.



Nonnulli

IESU CHRISTI

STI D. N. NOVUM


T. S. T.

modum

THEODORO BARRA

liberum

1771



1771

Exemplar Jacobus Muller, Jan
venerabilis

M. D. LXXVI



EPISTOLA TH.

BEZÆ AD SERENIS-
simam Angliæ Reginam, D. Elisa-
betam, in Hibernia & circuniacen-
tibus insulis, &c. dominam.



UAM necesse sit in
Ecclesia Dei extare
emendatam vtrius-
que Testamenti La-
tina interpretationem, non est
quod pluribus conemur osten-
dere, quum de eo nemo possit
dubitare, quin sese pietati ac re-
ligioni Christianæ inimicum esse
profiteatur. Dicendum est igitur
mihi potius, quæ me causa impu-
lerit, vt post aliorum interpreta-
tiones, in hoc argumento versa-
rer. Vulgatæ illius editionis qua
iam pridem vtimur, quis author
fuerit, video inter doctos homi-
nes non constare. Hoc quidem
constat, præterquam quòd pluri-
mis locis à librarijs est depraua-

Latina in-
terpretatio.

EX EPISTOLA

ta, sæpe illam à Græcis discedere, sæpe obscurè multa interpretari, quædam prætermittere, quædam adijcere: vt eam minimè mirum sit eruditishominibus nunquam satisfecisse, imperitis autem multis magnos errores obiecisse. Eruditos voco, non eos duntaxat qui præcipuè hoc nomine digni sunt, quales sanè perpauci semper extiterunt: sed eos quoque qui vel mediocrem vtriusq; linguæ peritiam ad pietatis studium attulerunt. Cæteros autem, quod ad id attinet de quo agimus, nihil moror: quorum tamen duo genera esse video. Vnum, eorum qui per imperitiam, quòd pleraque errata non modò non intelligant, sed ne suspicari quidem possint, idcirco in recepta illa interpretatione acquiescunt: qui tamè proculdubio meliora amplecterentur, si quis illa commonstraret. Alterum, eorum

Eruditi.

Imperiti.

AD REGIN. ANGL.

rum qui peruerso quodam ingenio præditi, ita in crasis illis & obscuris tenebris versantur, ut veritatis lucē sponte refugiant. Illi commiseratione aliqua digni sunt: isti verò planè indigni, quorum corruptis & deprauatis iudicijs quisquam commoueatur: quinimo aperti sunt veritatis hostes. mirus enim est inter mendacium & ignorantiam, qua isti tantopere delectantur, consensus. Adferunt tamen ipsi aliquid, ne nihil dicere videantur: Maiores nostri (inquiunt) illa interpretatione fuerunt contenti. Cedo verò quos maiores appellatis? Nam Augustinum, Ambrosium, Hilarium, vllum denique scriptorem eruditum esse nego, qui non ab illa sæpenumero discesserit. Id si pernegatis, ipsorum libros vobis iudices fero. Ad Hieronymum autem quod attinet, si Vetus illa, tam erat emendata, quàm

Peruersi.

Obiectib.

Maiores.

Hierony.

EX EPISTOLA

Origenes.

vos esse vultis, cur ipse Damasi
Romani Episcopi hortatu, idē in
illa tentauit quod olim Orige-
nes in Veteris testamenti Græca
interpretatione? Nam ista certè
de qua agimus, si Hieronymo tri-
buatur, necesse est fateamur illū
plurimis, & ijs quidem manife-
stissimis erratis teneri. Denique
quum (vt olim idem conquere-
batur) tot penè sint huius editi-
onis exemplaria, quot sunt codi-
ces, primū omnium oportuit
decidere, quænam illa sit cæteris
anteponēda. Veritas certè quan-
uis vetustior sit mendacio: tamē
non perinde vt vinum probatur
vetustate. Quū igitur in illa Vul-
gata editione (quam tamen ego
quoad eius fieri potuit integram
seruauī) permulta requirantur,
laudandus est profectò eorum
labor qui illā emendare studie-
runt. Ex illis autem alii, vt om-
nem nouitatis suspicionem effu-
gerent,

Vulgata
editio.

AD REGINÆ ANGLÆ

gerent, ex collatione antiquissimorum codicum conati sunt quę luxata videbantur restituere: alij, Hieronymi exemplum & Pontificum decreta, ipsamque adeo rationē sequuti, ad Gręcorum vsq; fontes recurrerunt. Nā de Nouo Testamento hęc à nobis queritur. In vtriusq; nonnulla probo, quędam reprehendo. Illos in eo laudo, quòd antiquitati tātum honorem habuerint: in eo vitupero, quòd dum à Latinorum codicum vestigiis nunquam volunt discedere, sæpenu-mero errata erratis cumularunt. Istorum verò consilium, eruditionem, diligentiam, sicut non possum non vehementer approbare, ita quędam (quod eorum pace dixerim) in ipsis desidero.

Collatio
antiquiss.
Codicum.

A 4

EVAN.

AD BEATISSIMAM
Catholice
doctrinæ
Catholice
EVANGELIUM, Εὐαγγέλιον,
id est, summa beatae illius doctrinae, quam
nobis Iesus Christus annuntiavit. Quum
enim Euangelium Graecis quemvis bo-
num & optatum nuntium declareret, pro-
priè dici cœpit de vera illa salutis doctri-
na, quae non est excogitata ab hominibus,
sed è caelo ad nos allata, sicut prædictum
fuit Esa. 52. 7. ut mutua sit inter fidem
& Verbum prædicatum relatio, Rom.
10. 17. Quoniam autem Christus est non
tantum huius rei nuntius, sed etiam ille
ipse, in quo tota hæc felicitas residet, idcir-
co Euangelii nomen peculiari ratione
inscriptum est quatuor istis Matthæi,
Marci, Lucae & Iohannis libellis, quibus
rerum à Christo dictarum & gestarum
historia continetur. Sed & illud obser-
vandum est, interdum Evangelii nomi-
ne neq; hos quatuor libellos, neque ipsam
propriè doctrinã, sed eius potius doctri-
nae annuntiationẽ significari, ut Ro. 1.
1. & 1. Cor. 4. 15, & 2. Cor. 8. 18. & alibi
sæpe. Nos autem ubiq; hoc vocabulum,
quasi Ecclesiae Christi peculiũ, ut alia
eiusmodi omnia libenter retinuimus.

ORDO
LIBRORVM NO-
ui Testamenti.

EVANGELIA.

Secundum Matthaum,	capita	XXVIII
Secundum Marcum		XVI
Secundum Lucam		XXIII
Secundum Iohannem		XXI
A& Apostolorum		XXVIII

EPISTOLAE.

Pauli ad Romanos	cap.	XVI
I. Ad Corinthios		XVI
II. Ad Corinth.		XIII
Ad Galatas		VI
Ad Ephesios		VI
Ad Philippenses		III
Ad Colossenses		III
I. Ad Thessalonicenses		V
II. Ad Thessal.		III
I. Ad Thimotheum		VI
II. Ad Thimotheum		III
Ad Titum		III
Ad Philemonem		vnicum
Ad Hebraeos		XIII
Jacobi Epistola	cap.	V
I. Petri		V
II. Petri		III
I. Iohannis		V
II. Iohannis		vnicum
III. Iohannis		vnicum
Iudæ		vnicum
Apocalypsis		XXII.

INDEX

1	...
2	...
3	...
4	...
5	...
6	...
7	...
8	...
9	...
10	...
11	...
12	...
13	...
14	...
15	...
16	...
17	...
18	...
19	...
20	...
21	...
22	...
23	...
24	...
25	...
26	...
27	...
28	...
29	...
30	...
31	...
32	...
33	...
34	...
35	...
36	...
37	...
38	...
39	...
40	...
41	...
42	...
43	...
44	...
45	...
46	...
47	...
48	...
49	...
50	...
51	...
52	...
53	...
54	...
55	...
56	...
57	...
58	...
59	...
60	...
61	...
62	...
63	...
64	...
65	...
66	...
67	...
68	...
69	...
70	...
71	...
72	...
73	...
74	...
75	...
76	...
77	...
78	...
79	...
80	...
81	...
82	...
83	...
84	...
85	...
86	...
87	...
88	...
89	...
90	...
91	...
92	...
93	...
94	...
95	...
96	...
97	...
98	...
99	...
100	...

EVANGELIVM SE- CVNDVM MATTHAEVVM.

C A P. I.

1. Quod Iesus sit Messias ille promissus servator pa-
tribus. 18. Christi natiuitas.

- 1 **L**IBER generationis Iesu Christi, filij
2 Dauid, filij Abraham. Abraham genuit
3 Isaac. Isaac autem genuit Iacob. Iacob au-
4 tem genuit Iudam, & fratres eius. Iudas au-
5 tem genuit Phares & Zaram à Thamar. Pha-
6 res autem genuit Esrom. Esrom autem genuit
7 Aram. Aram autem genuit Aminadab. Ami-
8 nadab autem genuit Naasson. Naasson autem
9 genuit Salmon. Salmon autem genuit Booz
10 à Rachab. Booz autem genuit Obed à Ruth.
11 Obed autem genuit Iesse. Iesse autem genuit
12 Dauid regem. Dauid autem rex genuit Solo-
13 monem ex ea quæ fuerat vxor Vriæ. Solomon
14 autem genuit Roboam. Roboam autem genuit
15 Abia. Abia autem genuit Afa. Afa autem ge-
16 nuit Iosaphat. Iosaphat autem genuit Ioram.
17 Ioram autem genuit Hoziam. Hozias autem
18 genuit Ioatham. Ioathã autem genuit Achaz.
19 Achaz autem genuit Ezechiam. Ezechias autem
20 genuit Manassè. Manassès autem genuit Amon.
21 Amon autem genuit Iosiam. Iosias autem ge-
22 nuit Iakim. Iakim autem genuit Iechoniam &
23 fratres eius, in deportatione Babylonica. Post
24 verò deportationem Babylonicam Iechonias
25 genuit Salathiel. Salathiel autem genuit Zoro-
26 babel. Zorobabel autem genuit Abiud. Abi-
27 ud autem genuit Eliacim. Eliacim autem ge-
28 nuit Azor. Azor autem genuit Sadoc. Sadoc
29 autem genuit Achim, Achim autem genuit E-
30 liud.

Luc. 3. 23

Gen. 21. 2.

Gen. 35. 24.

Gen. 29. 35.

Gen. 38. 27.

1. Paral. 2. 5.

Ruth. 4. 18.

1. Reg. 16. 2.

& 17. 12.

2. Reg. 12. 24.

3. Reg. 11. 41.

1. Paral. 3. 10.

4. Reg. 20.

21. & 21. 18.

1. Paral. 3. 13.

4. Reg. 23.

34. & 24. 1.

2. Par. 36. 4.

4. Reg. 24. 6.

2. Par. 36. 6.

1. Paral. 3. 16.

1. Eedr. 3. 42.

& 5. 2.

Iud. Eliud autem genuit Eleazar. Eleazar au- 15
 tem genuit Matthan. Matthan autem genuit
 Iacob. Iacob autem genuit Ioseph virum Ma- 16
 ria, ex qua genitus est Iesus ille qui dicitur
 Christus. Vniuersa igitur progenies ab A- 17
 braham vsque ad Dauid, progenies quatuorde-
 cim: & à Dauid vsque ad deportationem Ba-
 bylonicam, progenies quatuordecim: & à de-
 portatione Babylonica vsque ad Christum,
 progenies quatuordecim. ¶ Iesu verò Chri- 18
 sti natiuitas ita fuit. Nā quum mater eius Ma-
 ria desponsa esset Ioseph, priusquam ipsi conue-
 nissent, inuenta est vterum ferre ex Spiritu san-
 cto. Porro Ioseph vir eius quum esset iustus, 19
 & nollet eam ignominia exponere, voluit clam
 eam dimittere. Hæc autem quum cogitasset, 20
 ecce, Angelus Domini in somnio apparuit ei
 dicens, Ioseph fili Dauid, ne metuito accipere
 Mariam vxorem tuam. Nam quod in ea geni-
 tum est, ex Spiritu sancto est. Pariet autem 21
 filium, & vocabis nomen eius Iesum. Ipse
 enim seruabit populum suum ex peccatis ipsi- 22
 us. (Porro totum hoc factum est vt implere-
 tur quod ait Dominus per Prophetam dicen- 23
 tem, Ecce, virgo quædam vterum feret, & pa-
 riet filium, & vocabis nomen eius Emmanuel.
 quod est, si interpreteris, Nobiscum Deus) Ex- 24
 perrectus autem Ioseph ex somno, fecit vt ei im-
 perarat Angelus Domini, & accepit vxorem su-
 am. Et non cognouit eam quousque peperit. 25
 set filium, illum suum primogenitum: vocauit-
 que nomen eius Iesum.

CAP. II.

Magi primitiæ Gentium Christum adorant. 14. Fugit
 Ioseph cum Iesu & matre in Aegyptum. 16. Herodes puer
 eos occidit. Quum

QUVMergo natus esset Iesus in ea Bethleem Luc. 2. 6
 que est Iudæa, temporibus Herodis regis,
 ecce Magi ab Oriente aduenerunt Hierosoly-
 ma, Dicentes, Vbi est ille rex Iudæorum qui
 natus est? vidimus enim eius stellam in Orien-
 te, & venimus vt adoremus eum. His autem
 auditis Herodes rex turbatus est, & tota Hiero-
 solyma cum eo. Et conuocatis omnibus prin-
 cipibus Sacerdotum & Scribis populi, percon-
 tatus est ab eis vbi Christus nasceretur. At illi
 dixerunt ei, In ea Bethleem quæ est Iudæa: Sic
 enim scriptum est per Prophetam, Mich. 5. 2 Et tu Beth
 leem terra Iuda, nequaquam minima es inter Iohan. 7. 42
 duces Iuda, ex te enim exhibit dux qui pascet po-
 pulum illum meum Israel. Tum Herodes clam
 vocatis Magis, exquisiuit ab eis quo tempore
 stella apparuisset. Et eis Bethleem dimissis,
 dixit, Profecti illuc, penitus exquirite de pueru-
 lo: postquam autem inueneritis, renunciate
 mihi, vt & ego veniam & adorem eum. Ipsi ve-
 rò audito rege, profecti sunt. & ecce, stella quam
 viderant in Oriente, præibat eis, donec venit
 steritq; supra locū in quo erat puerulus. Visa
 autem stella gauisi sunt gaudio magno val-
 de. Et ingressi domum, inuenerunt puerulum
 cum Maria matre ipsius: & procidentibus adora-
 uerunt eum: apertisque thesauris suis obtule-
 runt ei munera, aurum, & thus, & myrram. Et
 diuinitus admoniti in somnio ne reuenterentur
 ad Herodem, per aliam viam regressi sunt in re-
 gionem suam. Ipsi autem regressis, ecce An-
 gelus Domini apparet in somnio Ioseph, di-
 cens, Experrectus accipe puerulum & matrem
 eius, & fuge in Aegyptum: & esto illic vsque
 dum

Osce 11. 1

Hier. 31. 13

dum dixero tibi. Futurum est enim vt Herodes
 quarat puerulum ad eum perdendum. Ille ve- 14
 rò expectatus accepit puerulum & matrem eius
 nocte, & secessit in Aegyptum. Et fuit illic 15
 usque ad obitum Herodis, vt impleretur quod
 ait Dominus per Prophetam dicentem, Ex
 Aegypto vocaui Filium meum. ¶ Tum Hero- 16
 des quum vidisset se illusum esse à Magis, exca-
 nduit valde: & misit carnificibus interemit om-
 nes pueros qui erant in Bethleem, & in omni-
 bus finibus eius, à bimulis & inferioribus, se-
 cundū tempus quod exquiserat ex Magis. Tūc 17
 impletum fuit quod ait Dominus per Hieremi-
 am Prophetam, dicentem, Vox in Rhama 18
 audita est, lamentatio & fletus & eulatus mul-
 tus, Rachel plorans filios suos: & noluit conso-
 lationē admittere de eo quòd non sint. ¶ Quum 19
 autem obiisset Herodes, ecce, Angelus Domini
 in somnio apparet Ioseph in Aegypto, Di- 20
 cens, Expectatus accipe puerulum & matrem
 eius, & proficiscere in terram Israel. Mortui
 sunt enim qui petebant animam pueruli. Ille 21
 verò expectatus accepit puerulum & matrem
 ipsius, & venit in terrā Israel. Quum autem 22
 audisset Archelaum regnare in Iudæa pro He-
 rode patre eius, timuit illuc abire: verū diui-
 nitus admonitus in somnio, secessit in partes
 Galilææ. Et quum eò venisset, habitauit in vr- 23
 be quæ dicitur Nazareth: vt impleretur quod
 dictum est per Prophetas, fore vt Nazarenus
 vocaretur.

CAPVT III.

1. Iohannes concionatur. 4. Vestitus & victus ipsius. 5. Ba-
 ptizatus. 8. Fructus pœnitentiæ. 10. Securis ad radicem. 12.
 Ventilabrum. palea. 13. Christus baptizatur.

Tempo.

- 1^a Tempore autem illis adfuit Iohannes Ba. Marc. 1. 4
 2^a ptista, prædicans in deserto Iudææ. Di. Luc. 3. 3
 cénſque, Reſiſcite, appropinquavit enim regnū
 3 calorum. Nam hic eſt ille de quo dictum eſt
 per Eſaiam prophetam, dicentem, ¹Vox cla. Eſai. 40. 3
 mantis in deserto, Parate viā Domini, compla. Marc. 1. 4
 4 nate ſemitas eius. ²Ipſe verò Iohannes habebat Luc. 3. 4
 veſtimentum ſuum è pilis camelorum, & zo. Ioh. 1. 23
 nam pelliceam circum lumbos ſuos, alimentum Marc. 1. 6
 5 autem eius erat locuſtæ & mel agreſte. ³Tunc Marc. 1. 3
 6 exiit ad eum Hieroſolyma, & tota Iudæa, to. Luc. 3. 7
 7 táque regio circuniacens Iordani: Et bap-
 8 zabantur ab eo in Iordane, conſitentes peccata
 9 ſua. Quum vidiffet autem multos ex Phari-
 ſæis & Sadduceis venientes ad baptiſmum ſu-
 um, dixit eis. ⁴Progenies viperarum, quis vobis Infr. 12. 34
 8 præmonſtravit ut fugeretis à futura ira? Ferte
 9 igitur fructum dignum iis qui reſiſuerint: Et
 ne puteris vobis dicendum apud voſiſos. ⁵Pa. Iohan. 8. 39
 trem habemus Abraham. dico enim vobis, De. Act. 13. 26
 um poſſe etiam ex lapidibus iſtis excitare liberos
 10 Abrahamo. ⁶Iam verò ſecuris ad radicem ar- Infr. 7. 19
 borum poſita eſt. omnis igitur arbor non ferens
 fructum bonum, exciditur & in ignem abiici-
 11 tur. ⁷Ego quidem baptizo vos aqua ad reſiſi. Marc. 1. 9
 centiam: is verò qui pone me venit, validior me Luc. 3. 16
 eſt, cuius non ſum dignus qui ſoleas portem. Iohan. 1. 26
 12 ipſe vos baptizabit Spiritu ſancto & igni. ⁸Cu Act. 1. 5. &c
 ius ventilabrum in manu ipſius, & perſurgabit 19. 4
 aream ſuam: & coget triticū ſuum in horreū, pa Marc. 1. 9
 13 leā autē exuret igni inextinguibili. ⁹Tūc adue Luc. 3. 11
 nit Ieſus à Galilæa in Iordanē, ad Iohannem vt
 14 baptizaretur ab eo. At Iohānes obnixè prohibe
 bat eū, dicēs, Ego neceſſe habeo à te baptizari, &

tu venis ad me? Respondens autem Iesus dixit ad eum, Omitte me nunc. ita enim decet nos implere omnem iustitiam. Tunc omittit eum. Et baptizatus Iesus ascendit statim ex aqua. & aperti sunt ei caeli, & vidit Spiritum Dei descendentem tanquam columbam, & venientem super ipsum. Et ecce vox è caelis, dicens, Hic est filius ille meus dilectus in quo acquiesco.

1. Pet. 1. 17
Coloss. 1. 3

CAPVT III.

1. Tentatur Christus. 4. Scripturis conuincit Diabolum
13. Angeli ei inferunt. 12. Prædicat poenitentiam, & se aduersisse. 18. Vocatio Petri & Andreæ. 21. Iacobi, Iohannis.
23. Prædicat Euangelium, & sanat infirmos.

Marc. 1. 13
Luc. 4. 1

Tunc Iesus subductus fuit in desertum à Spiritu, vt tentaretur à diabolo. Et quum ieiunasset dies quadraginta & noctes quadraginta, postea esuriit. Et quum venisset ad eum tentator, dixit, Si Filius es Dei, dic vt isti lapides panes fiant. At ille respondens dixit, Scriptum est, Non è solo pane viuere homo, sed ex omni verbo prodeunte per os Dei. Tunc transfert eum diabolus in Sanctam urbem, & statuit eum super pinnas templi. Dicitque ei, Si Filius es Dei, iace te ipsum deorsum. nam scriptum est, Quia Angelis suis mandabit de te, & ipsi tollent te in manus, nequando offendas ad lapidem pedem tuum. Dixit ei Iesus, Rursum scriptum est, Non tentabis Dominum Deum tuum. Rursum transfert eum diabolus in montem sublimem valde, & ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum. Dicitque ei, Hæc omnia tibi dabo si procidens adoraueris me. Tunc dicit ei Iesus, Abi Satana. scriptum est enim, Dominum Deum tuum adorabis, &

Deut. 8. 3

Psal. 90. 12

Deut. 6. 8

Deut. 6. 13.
& 10. 20.

- 11 ei soli seruiet. Tūc omittit eū diabolus: & ex-
 12 ce, Angeli accedebāt, & ministrabāt ei. ¶ Quā Marc. 1.14
Luc. 4.14
Iohan. 4.43
 audisset autem Iesus Iohannem traditum
 13 esse in custodiam, redijt in Galilæam. Et reli-
 qua Nazareth, venit & habitauit in Capernaum,
 vrbe maritima in finibus Zabulon & Neptha-
 14 lim. Vt impleretur quod dictū est per Esaiam
 15 prophetam dicentem, ² Terra Zabulon & ter- Esa. 9.1
 ra Nephtalim ad viam maris trans Iordanem,
 16 Galilæa Gentium: Populus positus in tene-
 bris, vidit lucem magnam: & positus in regione
 17 & vmbra mortis, lux exorta est. ³ Ex eo tem- Marc. 1.9
 pore cœpit Iesus prædicare, & dicere, Resipisci-
 18 te, appropinquauit enim regnū cælorū. ¶ Am-
 bulans autem Iesus ad mare Galilææ, vidit duos
 fratres, Simonem qui dicitur Petrus & Andre-
 am fratrem eius, iacentes rete in mare. (erant
 19 enim piscatores.) Et dicit eis, Sequimini me, &
 20 faciam vos piscatores hominum. Illi verò sta-
 21 tim omisis retibus, sequuti sunt eum. Tunc
 progressus illinc, vidit alios duos fratres, Iaco-
 bum filium Zebedæi & Iohannem fratrem e-
 22 ius, in nauigio cum Zebedæo patre suo, sarcin-
 entes retia sua: & vocauit eos. Illi autem sta-
 23 tim omisso nauigio & patre suo sequuti sunt
 eum. ¶ Et circumijt totam Galilæam Iesus,
 docens in synagogijs ipsorū, & prædicans Eu-
 24 angelium regni, & sanans quenuis morbum &
 quenuis languorem in populo. Tunc exijt fa-
 ma eius in totam Syriam: & obtulerunt ei om-
 nes male affectos, varijs morbis & cruciatibus
 25 lyticos: sanauitq; eos. Et sequuta est eum tur-
 ba multa à Galilæa ac Decapoli & Hierosolymis

& Iudæa, & regionibus trans Iordanem fl.
 sis.

CAPVT V.

1 Qui beati. 13. Apostoli sal & lux mundi. 14. Vrbis supra
 montem posita. 15. Lucerna. 16. Opera bona. 19. Mandat
 torum Christi impletio. 21. Occidere quid. 25. Reconcilia
 tio sacrificijs præfertur. 27. Adulterium. 29. Oculi erutio.
 30. Manus abscisio. 31. Libellus abscissionis. 35.
 Non iurandum. 43. Inimici diligendi. 48. Perfe
 ctio.

QVVM vidisset autem turbam, ascendit in
 montem: & quum consedisset, adierunt
 eum discipuli eius. Tunc aperto ore suo doce-
 bat eos, dicens, 'Beati pauperes spiritu: quoni-
 am ipsorum est regnum cælorum. 'Beati qui
 lugent: quoniam ipsi consolationem accipi-
 ent. 'Beati mites: quoniam ipsi hæreditatis
 iure terram possidebunt. 'Beati qui esuriunt
 & sitiunt iusticiam: quoniam ipsi saturabun-
 tur. Beati misericordes: quoniam ipsi miseri-
 cordiam consequentur. 'Beati mundo corde:
 quoniam ipsi Deum videbunt. Beati pacifi-
 ci: quoniam filij Dei vocabuntur. 'Beati qui
 persecutionem patiuntur iustitiæ causa: quo-
 niam ipsorum est regnum cælorum. 'Beati eri-
 tis quum conuicti fuerint vobis & persecu-
 ti fuerint, & dixerint quiduis mali aduersus
 vos mentientes, propter me. Gaudete & exul-
 tate, quoniam merces vestra multa est in cæ-
 lis. ita enim persecuti fuerunt Prophetas qui
 fuerunt ante vos. ¶ 'Vos estis sal terræ: quod
 si sal infatuatus fuerit, quo salietur? ad nihil
 valet amplius nisi vt abijciatur foras, & con-
 culcetur à quibusuis. Vos estis lux mundi. 14
 Non

Luc. 6. 20
 Luc. 6. 21
 Efa. 61. 2. 3
 Psal. 37. 11

Esa. 65. 13

Psal. 24. 4

i. Pet. 3. 14

i. Pet. 4. 14

Marc. 9. 50
 Lucæ 14. 34

- Non potest vrbs occultari supra montem po-
 15 sita. ²Neque accendunt lucernam & ponunt Marc. 4. 21
Luc. 8. 16. &
11. 33
 eam subter modium: sed in candelabrum, &
 16 splendet omnibus qui sunt in domo. ³Ita
 splendeat lux vestra coram hominibus, vt vide-
 ant vestra bona opera, glorificentque patrem
 17 vestrum qui est in caelis. ¶ Ne existimate me
 venisse vt dissoluam Legem, aut Prophetas: non
 18 veni vt dissoluam, sed vt impleam. ⁴Amen Luc. 16. 17
 quippe dico vobis, Vsq̄uedum praterierit cae-
 lum & terra, iota vnum aut vnus apex nequa-
 quam praterierit ex Lege vsq̄uedum omnia fa-
 19 cta fuerint. ¶ ⁵Quisquis igitur soluerit v- Jacob 2. 10
 num ex mandatis hisce minimis, & ita docue-
 rit homines, minimus vocabitur in regno cae-
 20 lorum: quisquis autem fecerit & docuerit, iste
 magnus vocabitur in regno caelorum. Dico
 enim vobis, nisi abundauerit vestra iustitia
⁶plus quam Scribarum & Phariseorum, vos Luc. 11. 39
 nequaquam ingressuros in regnum caelo-
 21 rum. ¶ Audistis dictum fuisse antiquis, ⁷Non Exod. 20. 13
Deut. 5. 17.
 occides: quisquis autem occiderit, tenebi-
 22 tur iudicio. Ego verò dico vobis, quicumque
 irascitur fratri suo temerè, tenebitur iudicio:
 quicumque verò dixerit fratri suo, *raca*, tene-
 bitur confessu: quisquis autem dixerit, *Fatue*,
 23 tenebitur gehenna ignis. Igitur si munus tuum
 attuleris ad altare, & illic memineris fratrem tuum
 24 habere aliquid cõtrate, Omitte illic munus tuum
 coram altari & abi: primùm reconciliator fratri
 tuo, & tum veniens offer munus tuum. ⁸Esto Luc. 11. 58
 25 amicus aduersario tuo citò, dum es in via
 cum eo: nequando te tradat aduersarius iudi-
 ci, & iudex te tradat ministro, & in custodiam
 conijciaris.

conijciaris. Amen dico tibi, nequaquam exibis 26
 illinc vsquedum reddideris vltimum quadran-
 tem. ¶ Audistis dictum fuisse antiquis, Non 27
 mœchaberis. Ego verò dico vobis, Quicumque 28
 aspicit mulierem vt eam concupiscat, iam adul-
 terauit eam in corde suo. Quòd si oculus tu- 29
 us dexter facit vt tu offendas, erue eum, & abiice
 abs te. expedit enim tibi vt pereat vnum ex mem-
 bris tuis, ac non totum corpus tuum conijcia-
 tur in gehennam. Et, si dextera tua manus fa- 30
 cit vt tu offendas, excinde eam, & abiice abs te.
 expedit enim tibi vt pereat vnum ex membris
 tuis, ac non totum corpus tuum conijciatur in
 gehennam. ¶ Dictum est autem, Quisquis 31
 dimiserit vxorem suam, det ei libellum disces-
 sionis. Ego verò dico vobis, eum qui dimiserit 32
 vxorem suam, extra rationem scortationis, face-
 re vt ea mœchetur; & eum qui dimissam du-
 xerit, mœchari. ¶ Rursum audistis dictum fuis- 33
 se antiquis, Non peierabis; sed reddes Domino
 quæ tu iuraueris. Ego verò dico vobis, Ne iu- 34
 retis omnino; neque per calum, quia thronus
 Dei est: Neque per terram, quia scabellum est 35
 pedum eius; neque per Ierosolyma, quia vrbs est
 magni regis. Neque per caput tuum iures: 36
 quia non potes vnum capillum album aut ni-
 grum facere. Esto autem sermo vester, etiam 37
 etiam, non non: quod autem supra hac redun-
 dat, à malo est. ¶ Audistis dictum fuisse, O. 38
 culum pro oculo, & dentem pro dente. Ego 39
 verò dico vobis, ne resistatis malo: sed quisquis
 te cadet in dexteram tuam maxillam, obuerte ei
 & alteram. Et ei qui vult tecum iudicio con- 40
 tendere, ac tunicam tuam capere, dimitte ei et-
 iam

Infr. 18. 8
 Marc. 9. 47

Infr. 19. 7
 Deutr. 24. 1
 Marc. 10. 4
 Luc. 16. 18
 1. Cor. 7. 10

Exod. 20. 7
 Leuit. 19. 12
 Deutr. 5. 11

Iacob. 5. 12

Exod. 21. 24
 Leu. 24. 20
 Deut. 9. 21
 Leu. 6. 29
 Rom. 12. 17
 1. Cor. 6. 7

- 41 iam pallium. Et quisquis te angariabit ad mi-
 42 liare vnum, abi cum eo duo. ^{Deut. 15. 8} Petenti abs te
 dato: & volentem mutuari abs te, ne auerfe-
 43 re. Audistis dictum fuisse, ^{Leuit. 19. 18} Diliges proximū
 44 tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego ^{Lucæ 6. 27}
 verò dico vobis: Diligite inimicos vestros, be-
 nedicite ijs qui deuouent vos, benefacite ijs qui
 oderunt vos, & precamini pro ijs qui vos in- ^{Lucæ 23. 34}
 45 festant & persequuntur vos: ^{Añor. 7. 60} Vt sitis filij Pa-
 tris vestri qui est in cælis. facit enim vt sol suus
 exoriatur super malos ac bonos, & pluit super
 46 iustos & iniustos. Nam si dilexeritis eos qui
 diligunt vos, quam mercedem habebitis? nonne
 47 & publicani idem faciunt? Et si complexi
 fueritis fratres vestros solū, quid amplius fa-
 48 citis? nonne & publicani ita faciunt? Estote
 igitur vos perfecti. vt Pater vester qui est in cæ-
 lis, perfectus est.

CAPVT VI.

1. Eleemosyna. 5. Oratio. 14. Condonandum fratri. 16
 Ieiunium. 19. Theauri. 20. Pauperibus subueniendum. 24.
 Deus & diuitiæ. 25. Sollicitudo de victu & vestitu tollen-
 da. 33. Regnum Dei, & eius iustitia.

- 1 **A**Ttendite ne eleemosynam vestram detis co-
 ram hominibus, vt spectemini ab eis: alioqui
 mercedē non habebitis apud Patrem vestrum
 2 qui est in cælis. ^{Rom. 12. 8} Itaque quum dabis eleemo-
 synam, ne cures buccina cani coram te, sicut hy-
 pocritæ faciunt in synagogis & in plateis, vt
 gloriam consequantur ab hominibus. amen di-
 3 co vobis eos referre mercedem suam. Quum
 vero tu das eleemosynam, ne nouerit sinistra tua
 4 quid faciat dextera tua: Vt sit tua eleemosyna
 in occulto: Pater autē tuus qui te aspicit in oc-
 5 culto, reddet tibi in proapatulo. ¶ Et quum præ-
 B 3 caris

caris, ne sis vt hypocritæ : amant enim in con-
 uentibus & in angiportis platearum stando
 precari, vt appareant hominibus. amen dico vo-
 bis, eos referre mercedem suam. Tu verò quum
 precaris, introito in conclauetuum, & clauso
 ostio tuo precare Patrem tuum qui est in occul-
 to: & Pater tuus qui te aspicit in occulto, red-
 det tibi in propatulo. Precantes autem ne sitis
 loquaces vt Ethnici. putant enim fore vt sua
 illa loquacitate exaudiantur. Ne igitur ipsis
 assimilemini. nouit enim Pater vester quibus
 fit vobis opus, antequam vos petatis ab eo. Vos
 igitur ita precamini, PATER noster qui es
 in caelis, sanctificetur nomen tuum. Veniat
 regnum tuum. Fiat voluntas tua, sicut in celo:
 ita etiam in terra. Panem nostrum quotidiana
 num da nobis hodie. Et remitte nobis debi-
 ta nostra, sicut & nos remittimus debitoribus
 nostris. Et ne nos inducas in tentationem,
 sed libera nos à malo. Quia tuum est regnum,
 & potentia, & gloria in secula. Amen. Nam
 si remiseritis hominibus offensas ipsorum, re-
 mittet etiã vobis Pater ille vester celestis. Sin
 autem non remiseritis hominibus ipsorum of-
 ensas, nec pater vester remittet vobis offensas
 vestras. Quum autem ieiunatis, ne sitis vt
 hypocritæ tetrici : obscurant enim facies suas,
 vt appareant hominibus ieiunare. amen dico
 vobis, referunt mercedem suam. Tu verò
 quum ieiunas, unge caput tuum & faciem tu-
 am laua: Vt ne appareas hominibus ieiuna-
 re, sed Patri tuo qui est in occulto : & Pater tu-
 us qui aspicit in occulto, reddet tibi in propa-
 tulo. Ne thesauros congerite in terra, vbi
 ènea

Luc. 11. 2

Infr. 12. 10

Mat. 11. 28

Ecc. 18. 2

tinea & erosio corrumpit, & ubi fures perfodi-
 20 unt ac furantur: ^{Luc. 12. 33} Sed congerite vobis the-
 fauros in caelo, ubi neque tinea neque erosio ^{1. Tim. 6. 19}
 corrumpit, & ubi fures nō perfodiunt, neque fu-
 21 rantur. Nam ubi est thesaurus vester, illic erit
 22 etiam cor vestrum. ¶ ^{Luc. 11. 34} Lucerna corporis est
 oculus; itaque si oculus tuus simplex fuerit, to-
 23 tum corpus tuum lucidum erit: Quod si o-
 culus tuus malus fuerit, totum corpus tuum
 tenebrosū erit. Ergo si lumen quod est in te,
 24 tenebrae sunt, ipse tenebrae quantae? ¶ ^{Luc. 16. 19} Ne-
 mo potest duobus dominis seruire. aut enim
 vnum habebit odio, & alterum diliget; aut vni
 adherabit, & alterum contemnet. Non pote-
 25 stis Deo seruire & mammonae. ¶ ^{Luc. 12. 27} Propterea
 dico vobis, ne estote solliciti de anima vestra, ^{Philip. 4. 6}
 quid esuri sitis aut quid bibituri: neque de cor- ^{1. Tim. 6. 8}
 pore vestro, qua re sitis induendi. nonne anima ^{1. Pet. 1. 7}
 plus est quam alimentum, & corpus quam ve- ^{Psal. 55. 24}
 26 stitus? Intuemini in volucres caeli; non serunt
 enim, neque metunt, neque cogunt in horrea, &
 Pater vester caelestis alit eas. nonne vos multo
 27 praestatis eis? Quis autem ex vobis sollicitè
 cogitando potest apponere ad staturam suam
 28 cubitum vnum? Ac de vestitu quid solliciti
 estis? discite quomodo lilia agrorum crescunt;
 29 non fatigantur, neque nent. Sed dico vobis,
 ne Solomonem quidem cum vniuersa gloria
 30 sua, sic amictum fuisse vt vnum existis. Quod
 si herbā agri quae hodie extat, & cras in clibanū
 mittitur, Deus ita circūuestit, nonne vos mul-
 31 to magis, o exigua fide praediti? Ne igitur esto-
 te solliciti, dicere: Quid edem? aut quid bibem?

aut quo amiciemur? (Nam omnia ista gentes 32
requirunt) nouit enim Pater vester celestis vos
indigere his omnibus. Sed querite primò re- 33
gnum Dei, & iustitiam eius, & ista omnia adij-
cientur vobis. Ne sitis igitur solliciti de crasti- 34
no: nam crastinus dies sollicitus erit de rebus
suis. sufficit diei sua vexatio.

CAPVT VII.

i. Non iudicandū de proximo. 6. Non dandū sanctorum
canibus. 13. Via lata & arcta. 15. Pseudopropheta. 18. Ar-
bor & fructus. 24. Domus super petram fundata. 26. Su-
per arenam.

Luce 6. 37
Rom. 2. 1
1. Cor. 4. 3
Marc. 4. 25
Luc. 6. 38

Luc. 6. 41

Mat. 21. 22
Marc. 11. 24
Luc. 11. 9
Ioh. 14. 13.
& 16. 14.
Iacob. 1. 6

NE iudicate, vt ne iudicemini. Quo enim 1
iudicio iudicatis, iudicabimini & quæ mē- 2
sura metimini, vicissim metientur vobis. Quid 3
autem aspicias festucam quæ est in oculo fratris
tui, trabem verò quæ est in oculo tuo, non ani- 4
maduertis? Aut quomodo dices fratri tuo, 5
Sine eijciam festucam ex oculo tuo: & ecce tra-
bes in oculo tuo? Hypocrita, eijce primùm 5
trabem illam ex oculo tuo, & tum dispicies vt
eijcias festucam ex oculo fratris tui. ¶ Ne date 6
quod sanctum est canibus, nec projicite margar-
itas vestras coram porcis: ne quando concul-
cent eas pedibus suis, & conuersi lacerent
vos. ¶ Petite, & dabitur vobis: quærite, & in- 7
uenietis: pulsate, & aperietur vobis. Quisquis 8
enim petit, accipit, & qui querit inuenit: & pul-
santi aperietur. Nam quis est ex vobis homo, 9
qui, si filius eius petierit ab eo panem, det ei la-
pidem? Et, si piscem petierit, num serpentem 10
dabit ei? Si vos igitur, quum sitis mali, nostris 11
dona bona dare liberis vestris, quanto magis
Pater vester qui est in cælis, dabit bona ijs qui ab
ipso

- 12 ipso petent? ¶ Quæcunque igitur volueritis Luc. 6. 31
 ut faciant vobis homines, ita & vos facite eis. ista Ioh. 4. 16
- 13 enim est Lex & Prophetæ. ¶ Introite per angustam portam; quoniam lata est porta, & spaci- Luc. 13. 24
 oiosa via quæ adducit in exitium, multique sunt
- 14 qui introeunt per eam. Quia angusta est porta & stricta via quæ ducit ad vitam, & pauci
- 15 sunt qui inueniant eam. ¶ Cauete verò vobis à pseudoprophetis, qui veniunt ad vos cum vestimentis ouium, sed intrinsecus sunt lupi rati- Luc. 6. 43. 44
 ces. A fructibus eorum agnosce-
 16 colligent ex spinis uiam, aut ex tribulis ficus? Ita omnis arbor bona fert fructus bonos.
- 17 putris autem arbor fert fructus malos. Non potest arbor bona fructus malos ferre, neque arbor putris fructus bonos ferre. ¶ Quæcun- Supra, 3. 1
 que arbor non fert fructum bonum, exciditur, & in ignem conijcitur. Nempe igitur ex fructibus ipsorum agnosce- Rom. 2. 13
 18 quis dicit mihi Domine Domine, introibit in Iacob. 1. 22
 regnum caelorum, sed qui facit quod vult Pater meus qui in caelis est: Multi dicent mihi in illo die, Domine Domine, nonne per nomen tuum prophetauimus, & per nomen tuum daemonia eiecimus, & per nomen tuum multas virtutes edidimus? Tunc autem profitebor eis. ¶ Nun- Luc. 13. 25. 27
 quam noui vos. ¶ discedite à me qui facitis ini- Psal. 6. 9
 19 quitatem. ¶ Quisquis igitur audit ex me sermones istos, & eos præstat, assimilabo eum viro prudenti, qui ædificauit domum suam super Luc. 6. 47
 20 petram. Descendit autem pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & inciderunt domui illi: & non cecidit. fundata enim fuerat super petram. Et quisquis audit ex me hos ser-
 21 mones,

Marc. 1. 12
Luc. 4. 12

thones, & eos non prestat, assimilabitur viro fatuo, qui edificavit domum suam super arenam. Descendit autem pluvia, & venerunt flumina, & flauerunt venti & impacti sunt domi illi: & cecidit, & fuit casus eius magnus. Et factum est, quum finisset Iesus sermones istos, percellabatur turba super doctrina ipsius. Dicebat enim eos vt habens autoritatem, & non vt Scriba.

CAPVT VIII.

2. Leprosus purgatus. 5. Centurionis fides. 11. Gentium vocatio. 12. Iudaeorum reiectio. 14. Socrus Petri sanatur. 19. Scriba Christum sequi volens. 23. Tempestas in mari. 28. Duo daemones sanantur. 32. Daemones in porcos eieciunt.

Marc. 1. 40
Luc. 9. 12

Leuit. 14. 4
Luc. 7. 1

QUUM autem descendisset de monte sequens eum turba multa. Et ecce leprosus veniens adorauit eum, dicens, Domine, si velis, potes me purgare. Extensa que manu tetigit eum Iesus, dicens, Volo, purgator. Statim igitur purgata fuit eius lepra. Tunc dicit ei Iesus, Vide vt nulli dicas, sed abi, ostende te ipsum sacerdoti, & offer donum illud quod imperauit Moses, vt hoc sit eis testimonio. Ingressum autem Iesum in Capernaum adiit Centurio precans eum, Et dicens, Domine, puer meus proiectus est domi paralyticus, vehementer vexatus. Tunc dicit ei Iesus, Ego quum venero sanabo eum. Et respondens Centurio dixit, Domine, non sum dignus vt sub tectum meum ingrediaris, sed solum loquere, & sanabitur puer meus. Nam & ego sum homo sub potestate constitutus, & habeo sub me milites, & dico huic, Proficiscere, & proficiscitur.

- & alteri, Veni, & venit: & seruo meo, Fac hoc &
 10 facit. Hec autem quum audisset Iesus, miratus
 est: & ait sequentibus, Amen dico vobis, ne in
 11 Israel quidem tantam fidem inueni. Dico au-
 tem vobis multos ab Oriente & Occidente ven-
 turos, & discubituros cum Abraham & Isaac &
 12 Iacob in regno caelorum: ¹Filios vero regni *Infr. 22. 13*
 eiectionem iri in tenebras exteriores: illic erit fle-
 13 tus & stridor dentium. Et dixit Iesus Centu-
 rioni, Abi, & vt credidisti fiat tibi. Sanatusque
 14 est puer eius eo ipso momento. [¶] Et quum *Marc. 1. 29*
 venisset Iesus domum Petri, vidit socrum eius *Luc. 4. 39*
 15 in lecto proiectam & febricitantem. Terigit
 que manum eius, & reliquit eam febris: & sur-
 16 rexit, ac ministravit eis. [¶] Quum autem serum *Marc. 1. 32*
 diei esset, obtulerunt ei daemniacos multos, *Luc. 4. 40*
 & eiecit spiritus verbo, omnesque male affectos
 17 sanauit: [¶] Vt impleretur quod dictum est per *Ez. 2. 53 4*
 Esaiam prophetam, dicentem, Ipse inualetudi- *Pet. 2. 24*
 18 nes nostras accepit, & morbos portauit. [¶] Quum *Luc. 9. 57*
 vidisset autem Iesus turbam multam circum-
 fese, iussit suos discipulos abire in vltiorem
 19 ripam. [¶] Et quum accessisset quidam Scriba,
 dicit ei, Magister, sequar te quocumque abie-
 20 ris. Tunc dicit ei Iesus: Vulpes iustra habent, &
 volucres caeli nidos: Filius autem hominis non
 21 habet vbi caput reclinet. Alius autem ex disci-
 pulis eius dixit ei, Domine, permitte mihi pri-
 22 mum abire, & sepelire patrem meum. Iesus au-
 tem dixit ei, Sequere me, & sine vt mortui sepe-
 23 liant mortuos suos. [¶] Et quum ipse esset in- *Marc. 4. 54*
 gressus nauigium, sequuti sunt eum disci- *Luc. 8. 22*
 24 puli eius. Et ecce motus magnus factus est
 in mari: & vt nauis operiretur a fluctibus:
 ipse

Marc. 5.1
Luc. 8.26

ipſe verò dormiebat. Et accedentes diſcipuli 25
excitauerunt eum, dicentes, Domine ſerua nos,
perimus. Et dicit eis, Quid timidi eſtis, & exi- 26
gua fide præditi? Tunc experrectus obiurgauit
ventos & mare: & facta eſt tranquillitas ma-
gna. Homines verò mirati ſunt, dicentes, Qua- 27
lis eſt iſte, vt venti quoque & mare auſcultent
ei? ¶ Et quum ipſe veniſſet ad vltiorem ri- 28
pam, in regionem Gergeſenorum, occurrerunt
ei duo demoniaci, è monumentis exeuntes, ſæui
valde: adè vt non valerèt quiſquam præterire
per viam illam. Et ecce clamauerunt, dicentes, 29
Quid nobis tecum, Ieſu Fili Dei? veniſti huc
vexatum nos ante tempus? Erat autem longè 30
ab eis grex porcorum multorum paſcens. Da-
mones verò præcabantur eum, dicentes, Si eiſcis 31
nos, permitte nobis abire in gregem porcorum
illorum. Et ait eis, Abite. Illi verò egreſſi abie- 32
runt in illum gregem porcorum: & ecce ruit to-
tus ille grex porcorum è præcipitio in mare, &
mortui ſunt in aquis. Paſtores autem fuge- 33
runt: & quum abiſſent in urbem, renuntiarunt
omnia, & quæ demoniacis facta fuerant. Et 34
ecce, tota vrbs exiuit in occurſum Ieſu & quum
vidiſſent eum, rogarunt vt digrederetur à fini-
bus ipſorum.

CAPVT IX.

1. Paralyticus ſanatur. 5. Remiſſio peccatorum. 9. Mat-
thæus vocatur. 10. Peccatores. 17. Vinum nouum. 18. Prin-
cipis filia ſuſcitatur. 20. Mulier a fluxu ſanguinis ſanatur.
28. Duo cæci fide ſanantur. 32. Mutus demoniacus ſanatur.
37. Meſſis. Ope. arj.

Marc. 2.3
Luc. 5.18

ET ingreſſus nauigium, traiecit, & venit in 1
ſuam urbem. ¶ Et ecce, obtulerunt ei para- 2
lyticum in lecto proiectum: quumq; vidiſſet Ie-
ſus

sus fidem eorum, dixit paralytico, *Confide fili*
 3 remissa sunt tibi peccata tua. Et ecce, quidam
 4 à Scribis dicebant apud se, *Iste blasphemat.* Et
 quum vidisset Iesus cogitationes eorum, dixit,
 5 *Quid cogitatis mala in cordibus vestris? V-*
 6 *trum enim est facilius dicere, Remissa sunt tibi*
 peccata: an dicere, *Surge & ambula? Vt autem*
 7 *sciatis auctoritatem habere Filium hominis in*
 terra remittendi peccata (tunc dicit paralytico)
 8 *Surge, tolle tuum lectum, & abi domum tu-*
 9 *am.* Tunc ille surrexit, abiitque domum su-
 10 *am.* Turba verò quum hoc vidisset, mirata
 est, & glorificauit Deum qui dedisset talem
 11 potestatem hominibus. ¶ *Et quum præter-* Mar. 2. 14
 12 *grederetur Iesus illinc, vidit quendam seden-* Luc. 5. 27
 tem ad telonium qui *Matthæus* dicebatur, &
 dixit ei, *Sequere me.* Atque is surgens sequutus
 13 est eum. Et factum est quum Iesus accumberet
 14 domi illius ecce, multi publicani & peccatores
 qui venerant, simul accubuerunt cum Ie-
 15 su & discipulis eius. Quumque id vidissent
 Pharisei, dixerunt discipulis eius, *Quare cum*
 publicanis & peccatoribus edit magister ve-
 16 ster? Iesus autem quum hoc audisset, dixit
 17 eis, *Qui valent non egent medico, sed male af-*
 18 *fecti.* Profecti verò discite quid sit, *Misericor.* Osee 6. 6
 19 *diam volo, & non sacrificium. non enim veni* Infr. 12. 7
 20 *ut vocarem iustos, sed peccatores ad resipis-* 1. Tim. 1. 15
 21 *centiam.* ¶ Tunc adeunt eum discipuli Iohan-
 22 nis, dicentes, *Quare nos & Pharisei multum* Marc. 2. 18
 23 *ieiunamus, discipuli verò tui non ieiunant? Et* Luc. 5. 33
 24 *dixit eis Iesus, Num possunt filij thalami luge-*
 25 *re quandiu cum eis est sponsus, & tunc ieu-*
 nabunt.

Marc. 5. 22
Luc. 8. 41

nabunt. Nullus autem immittit panniculum 16
impexum in vestimentum vetus : illud enim
ipſius ſupplementum tollit aliquid ex illo ve-
ſtimento, & fit peior fiſſura. Neque iniſciunt 17
vinum nouum in vtres vereres : alioqui rum-
puntur vtres, & vinum effunditur, & vtres pe-
reunt : ſed iniſciunt vinum nouum in vtres re-
centes & vtraque conſeruantur. ¶ Hæc eo lo- 18
quente ipſis, ecce, quidam princeps ſynagogæ
quum veniſſet, adorauit eum, dicens, Filia mea
modò defuncta eſt : ſed veni & impone manum
tuam ſuper eam, ac viuert. Tunc ſurgens Ieſus 19
ſequutus eſt eum, & diſcipuli eius. (Et ecce, 20
mulier ſanguinis profluuiſ laborans à duode-
cim annis, accedens à tergo, tetigit ſimbriam
veſtimenti illius. Dicebat enim apud ſe, Si ſo- 21
lùm tetigero veſtimentum eius, ſeruabor. Ie- 22
ſus verò conuerſus & inuitus eam dixit, Con-
fide filia : fides tua te ſeruauit. Et ſeruata eſt
mulier ab eo momento) ¶ Et quum veniſſet 23
Ieſus domum principis ſynagogæ, vidiffetque
tibicines & turbam tumultuantem, Dicit eis, 24
Recedite : non enim mortua eſt adoleſcentula,
ſed dormit. Et deridebant eum. Quum au- 25
tem fuiſſet eiecta turba, ingreſſus, prehendit
manum eius : & ſurrexit adoleſcentula. Et 26
exijt hæc fama in totã illam regionẽ. ¶ Quum 27
que prætergrederetur illinc Ieſus, ſequuti ſunt
eum duo cæci, clamantes, & dicentes, Miſerere
noſtri ſili Dauid. Quum autem veniſſet do- 28
mum, adierunt eum cæci illi, & dicit eis Ieſus,
Creditis me hoc poſſe facere? Dicunt ei, Etiam
Domine. Tunc tetigit oculos eorum, dicens, 29
Secundum fidem veſtram fiat vobis. Et aperti 30
ſunt

- sunt oculi eorum: & grauius interminatus est
 31 eis Iesus, dicens, Videte nemo sciat. At illi
 egressi sparserunt eius famam in tota illa regio.
 32 ne. ^{Luc. 11. 14} Ipsi autem egredientibus, ecce, obtule-
 runt ei hominem mutum daemonicum. Et
 33 eiectione demonio loquutus est mutus: & mirata
 est turba, dicens, Nunquam apparuit tale quid- ^{Infr. 12. 24}
 34 piam in Israel. ^{Marc. 1. 22} Pharisei vero dicebant, Per
 35 principem demoniorum eiecit demonia. ^{Luc. 11. 19} Et
 circumibat Iesus vrbes omnes ac vicos, docens ^{Marc. 6. 6}
 in synagogis eorum, & predicans Euangelium ^{Luc. 13. 22}
 regni, & sanans quenuis morbum & quenuis
 36 languorem in populo. ¶ ^{Marc. 6. 34} Quum vidisset au-
 tem turbam, misericordia commotus est super
 eis, quod essent dissipati & disiecti quasi oves non
 37 habentes pastorem. Tunc dicit discipulis suis, ^{Luc. 10. 2}
^{Ioh. 4. 36} Ipsa quidem messis multa, operarij autem
 38 pauci. Rogate igitur dominum messis vt emit-
 tat operarios in messem suam.

CAPVT X.

1. Apostolis datur gratia sanitarum. 4. Mittuntur ad prae-
 dicandum Euangelium. 13. Pax. 14. Pulueris excussio. 10.
 Afflictio. 22. Perseuerentia. 23. Fuga. 28. Timor. 29. Pas-
 feres duo. 30. Capilli. 32. Confreri Christum. 34. Pax.
 Gladius. 35. Dissidia. 37. Amor parentum. 38. Crux. 39.
 Perdere animam. 40. Recipere Euangelistam.

- 1 ^{Marc. 3. 13} ^{Luc. 9. 1} Tunc aduocatis duodecim discipulis suis de-
 dit eis potestatem aduersus spiritus impu-
 2 ros, vt eijcerent eos, & sanarent omnem morbum
 & omnem languorem. Porro duodecim Apo-
 stolorum nomina sunt haec: primus, Simon
 qui dicitur Petrus, & Andreas frater eius:
 3 Iacobus filius Zebedaei, & Iohannes fra-
 ter eius: Philippus, & Bartholomaeus:
 4 Thomas, & Matthaeus ille publicanus:
 Iacobus

Iacobus filius Alphaei & Lebbæus, cognomina-
 tus Thaddæus: Simon Cananites, & Iudas
 Iſcariotes, qui etiam prodidit eum. Hos duo-
 decim miſit Ieſus, & addidit eis mandata, di-
 cens, In viam Gentium ne abieritis, & in urbem
 Samaritanorum ne ingrediamini. Sed proſi-
 ciſcimini potius ad oves perditas domus Iſra-
 el. ¶ Profeſti verò prædicate, dicentes, Appro-
 pinquavit regnum cælorum. ¶ A Egrotos ſa-
 nate, leproſos purgate, mortuos excitare, dæ-
 monia eiſcite: donò accepiftis, donò date. ¶ Ne
 comparete aurum, neque argentum, neque æs
 in zonis veſtris. Neque peram ad iter, neque
 binas tunicas, neque ſoleas, neque virgam. Enā
 dignus eſt operarius alimento ſuo. ¶ In quam-
 cunque verò urbem aut vicum introieritis, ex-
 quirite quis in ea ſit dignus: & illic manete vs-
 quedum exeatis. Introcuntes autem domum,
 ſalutate eam. Et ſi quidem fuerit domus di-
 gna, veniat pax veſtra ſuper eam: ſin autem non
 fuerit digna, pax veſtra ad vos reuertatur. ¶ Et
 quicumque non receperit vos: neque audierit
 ſermones veſtros, exeuntes domo aut urbe illa,
 excurrite puluerem pedum veſtrorum. Amen
 dico vobis, tolerabilior erit conditio terræ So-
 domorum & Gomorrhæorum in die iudicij,
 quàm urbis illius. ¶ Ecce ego mitto vos vt
 oves in medio luporum: eſtote igitur pruden-
 tes vt ſerpentes, & innocentes vt colūbæ. Cauete
 autē ab hominib⁹. tradent enim vos in cōfeſſus
 & in ſynagogis ſuis flagellabūt vos. Sed & ad
 præſides ac reges ducemini mea cauſa, vt hoc ſit
 eis & Gentibus testimoniū. ¶ Sed quum tradi-
 derint vos, ne eſtote ſoliciti quomodo aut quid
 loquamini

Actor. 11. 46

Luc. 10. 9. 11

Marc. 6. 8

Luc. 9. 3. &

22. 35

1. Tim. 5. 18

Luc. 10. 8

Marc. 6. 21

Luc. 9. 5

Actor. 3. 51. &

10. 8

Luc. 10. 3

Marc. 13. 11

Luc. 12. 11

- loquamini. dabitur enim vobis illo momento
 20 quod loquamini. Non enim vos estis qui lo-
 quimini, sed Spiritus Patris vestri, is est qui lo-
 21 quitur in vobis. Tradet autem frater fra- Luc. 21.16
 trem ad mortem, & pater filium: & insurgent
 liberi in parentes, & morte multandos eos cu-
 22 rabunt. Et eritis exosi omnibus propter no- Marc. 13.13
 men meum: verum qui sustinuerit ad finem Luc. 21.17
 23 vsque, is seruabitur. Quum autem persequen-
 tur vos in ea vrbe, fugite in aliam. Amen enim
 dico vobis, nequaquam obieritis vrbes Israelis
 24 quin venerit Filius hominis. Non est disci- Luc. 6. 40
 pulus supra magistrum, neque seruus supra do- Iohan. 13.16
 25 minum suum. Sufficit discipulo vt sit sicut & 15.20
 magister ipsius, & vt seruus sit sicut dominus
 26 ipsius. si ipsum patrem familiam Beelzebub vo- Infr. 12. 24
 carunt, quanto magis domesticos eius? Itaque Marc. 4. 22
 ne eos timete. nihil enim est opertum quod Luc. 8. 17. &
 27 non sit retegendum, & nihil occultum quod 12. 2
 non sit cognoscendum. Quod dico vobis in
 28 tenebris, dicite in luce: & quod in aurem audi-
 tis, predicare supra domos. Et ne timete vo-
 bis ab ijs qui trucidant corpus, animam autem
 non possunt trucidare: sed timete potius eum
 qui potest & animam & corpus perdere in ge-
 29 henna. Nonne duo passeruli aslario vane-
 unt, & vnus ex eis non cadet humi sine Patre
 30 vestro? Vestri vero etiam capilli capitis o- 1. Reg. 14. 49
 31 mnes numerati sunt. Ne igitur timete: vos mul- Actor. 27. 34
 32 tis passerulis prestatis. ¶ Quisquis igitur Marc. 8. 38
 confitebitur me coram hominibus, confitebor Luc. 9. 26. &
 & ego eum coram Patre meo qui est in cae- 11. 8
 33 lis: Quisquis autem negauerit me coram ho- 2. Tim. 2. 12
 minibus, negabo eum & ego coram Patre meo

Luc. 12. 51

Mich. 7. 6

Luc. 14. 26

Infr. 16. 24

Marc. 8. 34

Luc. 9. 23. &c.

14. 27.

Infr. 16. 25

Marc. 8. 35

Luc. 9. 24

& 17. 33

Ioh. 12. 25

Luc. 10. 6

Ioh. 13. 20

Marc. 9. 41

Luc. 7. 19

qui est in caelis. ¶ Ne existimetis, me venisse
missurum pacem in terram; non veni missurus
pacem, sed gladium. Nam veni facturus ut
dissideat filius aduersus patrem suum, & filia
aduersus matrem suam, & nurus aduersus so-
crum suam: Et inimici hominis erunt qui
sunt domestici ipsius. ¶ Qui amat patrem aut
matrem supra me, non est me dignus; & qui a-
mat filium aut filiam supra me, non est me di-
gnus. Et qui non accipit crucem suam, ac se-
quitur me à tergo, non est me dignus. ¶ Qui
inuenit animam suam, perdet eam: & qui per-
diderit animam suam mea causa, inueniet e-
am. ¶ Qui recipit vos, me recipit: & qui me
recipit, recipit eum qui misit me. ¶ Qui recipit
Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem
Prophetæ accipiet; & qui recipit iustum in no-
mine iusti, mercedem iusti accipiet. Et qui-
cunque potum dederit vni ex his paruis pocu-
lum frigida solum, in nomine discipuli, amen
dico vobis, non perdiderit mercedem suam.

CAPVT XI.

2. Iohannes mittit discipulos ad Christum. 7. Testimoni-
um Christi de Iohanne. 13. Lex & Prophetæ. 18. Christus
& Iohannes. 21. Chorazin. Bethsaida. 25. Euangelium re-
uelatum parulis. 28. Fatigati & onerati.

ET factum est quum finem fecisset Iesus præ-
cipiendi duodecim discipulis suis, digressus
est illinc ut doceret, & prædicaret in urbibus
eorum. Iohannes autem quum audisset in
vinculis opera Christi, misit duobus ex disci-
pulis suis, Dixit ei, Tunc is es qui venturus e-
rat, an alterum expectabimus? Et respondens
Iesus dixit eis, Profecti renuntiate Iohanni quæ
auditis & videtis. Cæci visum recipiunt, &
claudi

5 claudi ambulat, leprosi mundantur, & surdi
 audiunt, mortui excitatur, & pauperibus euangeli-
 6 zatur. Et beatus est qui non fuerit offen-
 7 sus in me. ¶ Illis autem abeuntibus cœpit le-
 fus dicere turbæ de Iohanne, Quid existis in de-
 fertum vt spectaretis? arundinem quæ agitetur
 8 à vento? Sed quid existis vt videretis? homi-
 nem mollibus vestibus amictum? ecce, qui ge-
 9 runt molles vestes, in domibus regū sunt. Sed
 quid existis vt videretis? Prophetam? certè dico
 10 vobis, etiam amplius quàm Prophetam. Iste
 enim est de quo scriptum est, ^{Malach. 3. 1} Ecce, ego mitto
 nuntium meum ante faciem tuam, qui præpa-
 11 rabit viam tuam coram te. Amen dico vobis,
 non surrexit inter eos qui gignuntur è mulie-
 ribus quisquam maior Iohanne Baptista; sed
 qui est minimus in regno cælorum, maior eo
 12 est. ^{Luc. 16. 16} Porro à diebus Iohannis Baptista vsque
 nunc regno cælorum vis adfertur, & violenti
 13 rapiunt illud. Nam omnes Prophetæ & ipsa
 14 Lex vsque ad Iohannem prophetarunt. Et, si ^{Malach. 4. 5}
 vultis recipere, ipse est Elias ille qui venturus
 15 erat. Qui habet aures ad audiendum, audi-
 16 et. ¶ Sed cui assimilabo generationem hanc? ^{Luc. 7. 34}
 Similis est puerulis qui sedent in foris: & accla-
 17 mant sodalibus suis, Ac dicunt, Tibia cecini-
 mus vobis, & non saltastis; lamentati sumus vo-
 18 bis, & non planxistis. Venit enim Iohannes
 nec edens nec bibens, & aiunt, Dæmonium ha-
 19 bet. Venit Filius hominis edēs ac bibēs, & di-
 cunt, Ecce homo edax & vini potor, publicano-
 rum amicus & peccatorum. Sed iustificata est
 20 sapientia à filijs suis. ¶ Tunc cœpit ita expo- ^{Luc. 10. 13}
 brare urbibus, in quibus edita fuerant plurima
 virtut-

virtutes ipsius, quòd non respuissent. Væ tibi ²¹
 Chorazin, væ tibi Bethsaidan. nam si in Tyro &
 Sidone editæ fuissent virtutes quæ editæ sunt
 apud vos, olim cum sacco & cinere sedentes re-
 spuissent. Quinetiam dico vobis, Tyri & Si- ²²
 donis tolerabilior erit conditio in die iudicij
 quàm vestra. Et tu Capernaum, quæ es vsque ²³
 ad cælum sublata, vsque ad inferos deprimèris.
 nã si Sodomis editæ fuissent virtutes quæ editæ
 sunt apud te, mansissent vsque ad hodiernum
 diem. Quinetiam dico vobis, terræ Sodomo- ²⁴
 rum tolerabilior erit conditio in die iudicij
 quàm tua. ¶ In illo tempore respondens Je- ²⁵
 sus dixit, Confiteor tibi, Pater, Domine cæli &
 terræ. quòd absconderis hæc à sapientibus & in-
 telligentibus, & ea detexeris infantibus. Etiam ²⁶
 Pater, quia ira placuit tibi. ¶ Omnia mihi ²⁷
 tradita sunt à Patre meo; & nemo nouit Fili-
 um nisi Pater, neque Patrem quisquam nouit
 nisi Filius, & cuiusque voluerit Filius retere-
 re. Venite ad me omnes qui fatigati estis & ²⁸
 onerati, & ego faciam vt requiescatis. Tollite ²⁹
 iugum meum super vos, & discite à me quòd
 mitis s'm & humilis corde; & inuenietis re-
 quietem animabus vestris. Iugum enim meum ³⁰
 facile est, & onus meum leue est.

CAPVT XII.

Discipuli spicas vellunt. 6. Misericordia. Sacrificium.
 10. Arida manus sanatur. 12. Sabbathis benefaciendum.
 22. Dæmoniæcus sanatur. 25. Regnum diuinit. 31. Pecca-
 tum Blasphemia. 33. Arbor bona aut mala. 34. Vipera. 41.
 Nimicitia. 42. Regina Sabæ. 48. Veri parentes Christi.

Marc. 1. 23
 Luc. 6. 1

IN illo tempore ibat Iesus sabbatho per satat
 discipuli verd ipsus esuriebant, ceperuntque
 vellere spicas, & edere. Pharisei autem, quum ²
 eos

eos vidissent, dixerunt ei, Ecce, discipuli tui
 3 faciunt quod non licet facere in sabbatho. Ipse Deut. 23. 25
 verò dixit eis, Non legistis quid fecerit Da. 1. Reg. 21. 6
 uid, quum esuriret ipse, & ij qui erant cum
 4 eo? Quomodo introierit domum Dei, & pa-
 nes propositionis ederit, quibus vesci non erat
 ipsi licitum, neque ijs qui cum eo erant, sed sa. Exod. 29. 33
 5 cerdotibus solis? Aut non legistis in Lege, Levit. 8. 32
 sabbathis sacerdotes in templo sabbathum & 24. 9
 6 profanare, & sine crimine esse? Dico autem vo-
 7 bis, quendam templo maiorem hic esse. Quidd
 si nosteris quid sit, Misericordiam volo & Hof. 6. 7
 non sacrificium: non condemnassetis inson-
 8 tes. Nam dominus est etiam sabbathi Filius
 9 hominis. ¶ Et digressus illinc venit in syna- Marc. 3. 1
 10 gogam eorum. Et ecce, quidam illic erat ma- Luc. 6. 6
 num habens aridam: & interrogarunt eum di-
 centes, Licetne sabbathis quempiam sanare? ut
 11 accusarent eum. Ipse verò dixit eis, Quis erit
 ex vobis qui habeat ovem unam, & si ea incide-
 rit sabbatho in foueam, non apprehendat eam
 12 & erigat? Quantum autem homo præstat o-
 13 ui? Itaque licet sabbathis bene facere. Tunc
 dicit homini illi, Extende manum tuam. Et is
 14 extendit: estque restituta sana ut altera. ¶ Pha-
 15 risei verò egressi ceperunt consilium aduersus
 eum, ut eum perderent. Iesus autem quum hoc
 16 nosset, secessit illinc, sequutæque est eum turba
 multa, sanauitque eos omnes. Et intermina-
 17 tus est eis ne ipsum palam facerent. Ut imple-
 retur quod dictum erat per Esaiam prophetam,
 18 dicentem, Ecce seruus meus, quem elegi: di-
 lectus meus, in quo acquiescit anima mea: po-
 nam Spiritum meum super eum, & iudicium

Gentibus annuntiabit. Non litigabit, neque clamabit, neque audiet quisquam in plateis vocem eius. Arundinem quassatam non confringet, & linum fumigans non extinguet, vsquedum proferat ad victoriam iudicium. Et in eius nomine Gentes sperabunt. ¶ Tunc oblatus est ei daemonicus cæcus & mutus: & sanauit eum, aded vt qui cæcus ac mutus fuerat, & loqueretur & videret. Et obstupuit tota turba, dicebatque, Nonne iste est filius ille Dauid? Pharisei verò, quum hæc audissent, dicebant, ¶ Iste non eiecit daemona nisi per Beelzebul principem daemionorum. ¶ Iesus autem quum sciret cogitationes eorū dixit eis, Omne regnum dissidens aduersus sese, vastatur: & omnis vrbs aut domus dissidens aduersus se ipsam, non stabit. Sed si Satanas Satanam eiecit, aduersus seipsum dissidet: quomodo ergo stabit regnum eius? Et si ego per Beelzebul eicio daemona, filij vestri per quem eiciunt? propterea ipsi erunt vestri iudices. Sin autem per Spiritum Dei ego eicio daemona, nempe peruenit ad vos regnum Dei. Nam quomodo potest aliquis ingredi domum validi alicuius, & vasa eius diripere, nisi primò vixerit validum illum, & tunc domum illius diripiet? Qui non est mecum, aduersum me est: & qui non cogit mecum, spargit. ¶ Propterea dico vobis, quoduis peccatum & blasphemia remittetur hominibus: blasphemia verò in Spiritum non remittetur hominibus. Et quisquis loquutus fuerit aduersus Filium hominis, remittetur ei: quisquis autem fuerit loquutus aduersus

Supr. 9. 32
Luc. 11. 14

Supr. 6. 34
Marc. 3. 2
Lucæ 11. 17

Mar. 3. 29
Luc. 12. 10
1. Ioh. 5. 13

- aduersus Spiritum sanctum, non remitteretur
 33 ei neque in hoc seculo, neque in futuro. Aut
 facite arborem bonam, & fructum eius bonum;
 aut facite arborem putrem, & fructum eius pu-
 34 trum. nam è fructu arbor cognoscitur. ¶ Pro-
 genes viperarum quomodo possitis bona lo-
 qui, quum sitis mali? ^{nam ex abundantia cor.} Luc. 6. 43
 35 dis os loquitur. Bon⁹ homo è bono thesauro
 cordis profert bonas; & mal⁹ homo ex malo the-
 36 sauro profert mala. Sed dico vobis, quod cū q̄;
 verbum otiosum loquuti fuerint homines, de
 37 eo reddituros rationē in die iudicij. Ex sermo-
 nibus enim tuis iustificaberis, & ex sermonibus
 38 tuis condemnaberis. Tunc responderunt qui-
 dam è Scribis ac Phariseis, dicentes, Magister,
 39 ^{velimus ex te signum videre.} Ipse verò re- Mat. 16. 2
 spondens dixit eis, Natio mala & adulterina si. Luc. 11. 29
 gnum requirit: sed signum non dabitur ei nisi 1. Cor. 1. 22
 40 signum illud Ionæ propheta. ^{Sicut enim} Ion. 2. 1
 fuit Ionas in ventre ceti tres dies & tres no-
 ctes, ita erit Filius hominis in corde terræ
 41 tres dies & tres noctes. ¶ Nineuitæ resurgent
 in iudicio cum natione hac, & condemna- Ion. 3. 5
 bunt eam: quòd ipsi respuerint ad prædica-
 tionem Ionæ: & ecce, plus quàm Ionas est in
 42 hoc loco. ^{Regina Austri surget in iudicio} 3. Reg. 10. 1
 cum natione hac & condemnabit eam: quòd 2. Paral. 9. 1
 venerit à terminis terræ vt audiret sapientiam
 Solomonis, & ecce, plus quàm Solomon est in
 43 hoc loco. ^{Ceterum quum impurus spi-} Luc. 11. 24
 ritus exierit ab homine, ambulat per arida lo-
 44 ca, quærens requiem, & nõ inuenit. Tūc dicit,
 Reuertar domū meam vnde exiui. Et quum ve-
 45 nit, inuenit eā vacante, versam & ornatā. Tūc
 proficisci.

Heb. 6.4, &
1. 26
2. Pet. 2.20
Mar. 3.31
Luc. 8.20

proficiscitur, & accipit secum septem alios spiritus peiores, quàm ipse sit: & ingressi habitant illic, fitque vltima conditio hominis illius deterior priore: ita etiam erit nationi huic mala. ¶ Quum autem adhuc loqueretur turbæ, ecce, mater & frater eius stabant foris, quærentes eius colloquium. Dixit autem ei quidam, Ecce mater tua & fratres tui foris stant, quærentes tuum colloquium. Ipse verò respondens dixit illi qui hoc ei dixerat, Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? ¶ Et protensa manu sua in discipulos suos dixit, Ecce mater mea & fratres mei. Quisquis enim fecerit quod vult Pater meus qui est in cælis, is est meus frater, & soror, & mater.

CAPVT XIII.

1 Parabola seminantis. 11. & 34. Cur in parabolis loquutus Christus. 18. Expositio parabolæ. 24. Parabola zizaniorum. 31. Grani sinapis. 33. Fermenti. 44. Thesauri absconditi. 45. Margaritæ. 47. Sagenæ iactæ in mare. 53. Christus a Nazareis non suscipitur.

ILLO verò die egressus Iesus domo, sedit iuxta mare. Et coacta est ad eum turba multa, aded vt nauigium ingressus sederet: tota autem turba supra littus stabat. Et loquutus est eis multa per parabolas, dicens, Ecce, quidam fator exijt ad seminandum. Et in seminando, alia quidem ceciderunt iuxta viam: & venerunt volucres, & deuorauerunt ea. Alia verò ceciderunt in petrosa, vbi non habebant terram multam: & statim exorta sunt, propterea quòd non habebant profundam terram. Sole autem exorto torrefacta sunt, & propterea quòd non habebant radicem, exaruerunt. Alia verò ceciderunt in spinas: & ascenderunt spinæ, & suffocarunt

- 8 carunt ea. Alia verò ceciderunt in terram bonam; & ediderunt fructum, aliud quidem centena, aliud verò sexagena, aliud verò tricensa. Qui habet aures ad audiendum, audiat. Tunc accedentes discipuli dixerunt ei, Quare per parabolas loqueris eis? ¶ Ipse verò respondens dixit, Quia vobis datum est nosse mysteria regni caelorum, illis autem non est datum. ^{Inf. 25. 29} Quisquis enim habet, dabitur ei, & reddetur abundantior: quisquis autem non habet, etiam quod habet tolletur ab eo. Propterea per parabolas loquor eis, quia videtes non videt, & audietes non audiunt, nec intelligunt. ^{Esai. 6. 9} Itaque completur in ipsis prophetia Esaiæ, quæ dicit, Auditum audieris, & non intelligetis: & videntes videbitis, & non cernetis. ^{Marc. 4. 12} ^{Luc. 8. 10} ^{Iohann. 12. 40} ^{Acto. 28. 26} ^{Rom. 11. 8} Pinguetatum enim cor populi huius, & auribus grauititer audierunt, & oculis suis coniuerunt: ne quando cernant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertantur, & sanentur. ¶ Vestri verò beati sunt oculi, quod cernant: & aures vestrae, quod audiant. ^{Luc. 10. 21} Amen enim dico vobis, multi Prophetæ & iusti desiderarunt videre quæ videtis, & non viderunt: & audire quæ auditis, & non audierunt. Vos igitur audite parabolam eius qui seminat. ^{Marc. 4. 15} Quoties quispiam audit sermonem de regno illo, & ^{Luc. 8. 11} non intelligit, venit ille Malus, & rapit quod factum est in corde ipsius: is est qui iuxta viam semen excepit. Qui verò in petrosa semen excepit, is est qui sermonem audit, & eum statim cum gaudio accipit. Non habet autem radicem in sese, sed temporarius est: ortaque oppressione vel persecutione propter sermonem, statim

statim offenditur. Qui verò in spinas semen
 excepit, is est qui sermonem audit: sed sollicitu-
 do seculi huius, & fallacia diuitiarum suffo-
 cat sermonem, & fit infructuosus. Qui verò 13
 in terram bonam excepit semen, is est qui ser-
 monem audit & intelligit: qui videlicet fru-
 ctum fert, edítque, alius quidem centena, alius
 sexagena, alius verò tricena. ¶ Aliam parabo- 24
 lam proposuit eis, dicens, Simile est regnum
 caelorum homini seminanti bonum semen in
 agro suo. Quum autem dormirent homines, 25
 venit eius inimicus, & seminavit zizania inter
 triticum: abiitque. Quum verò germinasset 26
 herba, & fructum edidisset, tunc apparuerunt
 etiam zizania. Accedentes autem serui patris 27
 familiás, dixerunt ei, Domine, nonne bonum
 semen seminasti in tuo agro? unde ergo habet
 zizania? Ille verò dixit eis, Inimicus quispiam 28
 hoc fecit. Serui autem dixerunt ei, Vis igitur
 abeamus & colligam⁹ ea? At ille dixit, Non: ne 29
 colligendo zizania, eradicetis simul cum eis
 triticum. Sinite simul crescere vtraque vsque 30
 ad messem: & tempore messis dicá messoribus,
 Colligite primùm zizania, & ligate ea in fasci-
 culos, ad exurendum ea; triticum verò cogite in
 horreum meum. ¶ Aliam parabolam propo- 31
 suit eis, dicens, Simile est regnum caelorum gra-
 no sinapis, quod acceptum quispiam seminavit
 in agro suo. Quod minimum quidem est 32
 omnium seminum: quum autem excreuerit,
 maximum est olerum, & fit arbor: aded vt ve-
 niant volucres caeli, & nidulentur in ramis
 ipsius. ¶ Aliam parabolá loquutus est eis, dicés, 33
 Simile est regnū caelorū fermento, quod acce-
 ptum

Marc. 4. 30
 Luc. 13. 18

Luc. 13. 20

- psum mulier condidit in farinae satis tribus, vs-
 34 quequod fermentaretur tota. Hæc omnia loquu-
 tus est Iesus per parabolas ad turbam: & absq; Marc. 4. 32
 35 parabola nihil loquutus est eis: Vt comple-
 tur quod dictum fuit per Prophetam, dicentē,
 36 ² Aperiā per parabolam os meum: eructabo Psal. 73. 8
 occultata à iactis fundamentis mundi. Tunc
 dimissa turba venit domum Iesus: & adierunt
 eum discipuli eius, dicentes, Ediffere nobis
 37 parabolam zizaniorum agri illius. ¶ Ipse verò
 respondens dixit eis, Qui seminat bonum semē,
 38 est Filius hominis. Ager autem, est mundus:
 bonum verò semen, sunt filij regni. zizania verò
 39 sunt filij illius Mali: Inimicus autem qui se-
 minauit ea, est diabolus. ² messis verò, consum- Apoc. 14. 14
 40 matio seculi est: messores autē, Angeli sunt. Si- Ioc. 3. 13
 cut ergo colliguntur zizania, & igni exurun-
 tur: ita erit in consummatione seculi hu-
 41 ius. Mittet Filius hominis Angelos suos, qui
 colligent ex ipsius regno omnia offendicula,
 42 & eos qui faciunt iniquitatem: Projicientque
 eos in fornacem ignis: illic erit fletus, stridor-
 43 que dentium. ² Tunc iusti fulgebunt vt sol, Sap. 3. 7
 in regno Patris sui. Qui habet aures ad audi- Dan. 12. 3
 44 endum, audiat. ¶ Rursus simile est regnum
 celorum thesauro occultato in agro: quem
 inuentum homo occultauit, & præ gaudio
 quod accipit ex eo, subducit sese, & omnia quæ
 45 habet vendit, emitque agrum illum. Rur-
 sus simile est regnum celorum cuiuspiam ne-
 46 gotiatori, quærenti pulchras margaritas: Qui
 inuenta quapiam magni pretij margarita, abi-
 ens venundedit omnia quæ habebat, & emit
 47 eam. ¶ Rursum simile est regnum celorum
 sagenæ

fagenæ iactæ in mare, & quæ ex omni rerum ge-
 nere coegit? Quam impletam piscatores sub- 48
 duxerunt in lietus: & sedentes collegerunt quæ
 bona sunt, in vasa, putria verò foras abiece-
 runt. Ita erit in consummatione seculi: pro- 49
 dibunt Angeli, & separabunt malos è medio
 iustorum: Proicièntque eos in caminum i- 50
 gnis: illic erit fletus & stridor dentium. ¶ Di- 51
 cit eis Iesus, Intellexistis hæc omnia? Dicunt ei,
 Etiam Domine. Ipse verò dixit eis, Propterea 52
 omnis Scriba edoctus in regno calorum, similis
 est cuiusdam patrifamiliæ, qui profert è thesauro
 suo noua & vetera. Et factum est quum finis- 53
 set Iesus parabolas istas, soluit illinc. ¶ Et 54
 quum venisset in patriam suam, docuit eos in
 synagoga eorum: aded vt percellerentur, ac di-
 cerent, Vnde huic sapièntia ista & virtutes? Non- 55
 ne iste est ille fabri fili? nonne mater eius dici-
 tur Maria, & fratres eius Iacob? & Ioses & Si- 56
 mon & Iudas? Et sorores eius nonne omnes 57
 apud nos sunt? vnde igitur isti hæc omnia? Et
 offendebantur in eo. Iesus autem dixit eis, Nō 58
 est Propheta inhonorat? nisi in patria sua. Ne-
 que edidit illic virtutes multas, propter incre-
 dulitatem eorum.

Marc. 6. 1
 Luc. 4. 16

Iohan. 6. 42

Marc. 6. 4
 Luc. 4. 24
 Ioh. 4. 44

CAPVT XIII.

1. Herodis iudicium de Iesu. 11. Iohannes quære videtur.
 10. Capite truncatur. 12. Secedit Iesus. 13. De quinque panibus.
 &c. 23. Orat Christus. 24. Apostoli iactati fluctibus.
 27. Fides. 30. Petrus pericitatur. 36. Fimbria vestimenti.

Marc. 6. 14
 Luc. 9. 7

In illo tempore audiuit Herodes tetrarcha sa- 1
 mam de Iesu. Et dixit pueris suis, Iste est Io- 2
 hannes ille Baptista: ipse surrexit à mortuis. &
 propterea.

- 3 propterea virtutes agunt in eo. ¹Nam Herodes
 4 prehenderat Iohannem, & vinxerat eum, &
 coniecerat in carcerem, propter Herodiam
 uxorem Philippi fratris sui. Dicebat enim ei
 5 Iohannes, Non licet tibi eam habere. Et quum
 vellet eum occidere, timebat turbam, ²quod
 6 eum haberent vt Prophetam. Quum autem
 agerentur natalitia Herodis, saltauit filia He-
 7 rodiadis in medio; & placuit Herodi. Vnde
 cum iureiurando sponndit se daturū ei quic-
 8 quid petiisset. Illa verò prōducta à matre sua,
 Da mihi (inquit) hīc in patina caput Iohannis
 9 Baprista. Et contristatus est rex; sed propter
 iusiurandum & eos qui simul accumbabant,
 10 iussit dari. Et missō carnifice decollauit Io-
 11 hannem in carcere. Et allatum est caput eius
 in patina, datūque est puella; & ipsa obtulit
 12 matri suae. Tunc accesserunt discipuli eius, &
 sustulerunt corpus, idque sepelierunt; & veni-
 13 entes renuntiauerunt Iesu. ³Quum autem
 hoc audisset Iesus, secessit illinc in nauigio in
 14 desertum locum priuatim; & quum audisset
 turba, pedibus sequuta est eum ab urbibus. Et
 egressus Iesus vidit multam turbam; & miseri-
 cordia commotus est erga eos, sanauitque eo-
 15 rum aegrotos. ⁴Quum autem serum diei esset,
 adierunt eum discipuli eius, dicentes, Desertus
 est locus, & tempus iam praeterijt; dimitte tur-
 16 bam vt abeat in vicos, & emant sibi escas. Iesus
 autem dixit eis, Non habent necesse abire; dato
 17 eis vos quo vescantur. Ipsi verò dicunt ei,
 Non habemus hīc nisi quinque panes & duos
 18 pisces. Ipse autē dixit, Adferre mihi eos huc. Et
 19 iussa turba per herbas discumbere, & acceptis
 quinque

Marc. 6. 17
Luc. 3. 19

Infr. 11. 26

Marc. 6. 32
Luc. 9. 10

Marc. 6. 35
Luc. 9. 12
Ioh. 6. 5

quinque illis panibus ac duobus piscibus, sus-
 piciens in cælum benedixit; & quum fregisset
 dedit discipulis panes, discipuli verò turbae. Et
 comederunt omnes, & saturati sunt; sustule-
 runtque quod superfluerat fragmentorū, duo-
 decim cophinos plenos. Qui autem ederant,
 fuere viri quasi quinquies mille, absque mulie-
 ribus ac puerulis. ¶ Et statim coegit Iesus dis-
 cipulos suos inscendere in nauigium, & præire
 sibi in ripam vltiorem, dum dimitteret tur-
 bam. Dimissa igitur turba ascendit in mon-
 tem priuarim, ad orandum. ¶ Quum autem ser-
 diei esset, solus erat illic. Nauigium verò iam
 in medio maris erat, vexatum à fluctibus; nam
 ventus erat contrarius. Quarta autem noctis
 vigilia abiit ad eos Iesus, ambulans super ma-
 re. Et eo viso super mare ambulante, discipuli
 turbati sunt, dicentes, Spectrum est: & præ metu
 clamarunt. Sed statim loquutus est eis Iesus,
 dicens, Confidite; ego sum, ne timete. ¶ Re-
 spondens autem ei Petrus dixit, Domine, si tu
 es, iube me ad te venire super aquas. Ipse verò
 dixit, Veni. Et quum descendisset è nauigio Pe-
 trus ambulauit super aquas, vt veniret ad Ie-
 sum. Videns autem ventum validum, timuit;
 & quum cœpisset demergi, clamauit dicens,
 Domine serua me. Statim verò Iesus, extenta
 manu, apprehendit eum, dicitque ei, O exigua
 fide prædite, quid dubitasti? Et quum essent
 ingressi nauigium quieuit ventus. Qui autem
 erant in nauigio, venientes adorauerunt eum,
 dicentes, Verè Dei Filius es. ¶ Et quum traie-
 cissent, venerunt in terram Gennezaret. ¶ Et
 quum agnouissent eum viri loci illius, miserunt
 in

Marc. 6. 64

Iohar. 6. 16

Marc. 6. 5;

in totam circumiacentem regionem illam, &
 36 obtulerunt ei omnes malè affectos. Et preca-
 bantur eum, vt solùm tangerent fimbriam pallij
 ipsius. & quotquot tetigerunt, seruati sunt.

CAPVT XV.

3. Mandata & doctrinæ hominum. 12. Scandalum. 13.
 Plantatio quæ eradicatur. 14. Cæci cæcos dicentes. 18.
 Cor. 22. Chananea. 26. Panis filiorum. Catelli. 28. Fides.
 32. 4000. hominum satiantur. 36. Gratiarum actio.

1 **T**unc ¹ accedunt ad Iesum Ierosolymitani Marc. 7. 1

2 quidã Scribæ & Pharisei, dicentes. ¶ Qua-
 re discipuli tui transgrediuntur traditionem
 seniorum? non enim lauant manus suas quum
 3 edunt panem. At ille respondens dixit eis,
 Quare & vos transgredimini mandatum Dei

4 per traditionem vestram? Nam Deus manda-
 uit, dicens, ² Honora patrem tuum & matrem;
 & ³ Qui maledixerit patri aut matri, morte mo-
 5 riatur. Vos autem dicitis, Quicumque dixe-
 rit patri aut matri, Donum quodcunque à me
 erit, tibi proderit, etiam si nequaquam honora-

6 uerit patrem suum aut matrem suam, insons
 7 erit. Et irritum fecistis mandatum Dei per
 8 traditionem vestram. ¶ Hypocritæ bene de-
 9 vobis prophetauit Esaias, dicens. ⁴ Appropin-

quat mihi populus hic ore suo, & labijs me hono-
 10 rat; cor autem eorum procul abest à me. Sed
 frustra me colunt, docentes doctrinas quæ sunt
 11 mandata hominum. ¶ Et aduocata turba dicit Marc. 7. 17.

12 xit eis, Audite & intelligite. Non quod ingre-
 ditur in os, polluit hominem, sed quod egredi-
 tur ex ore, hoc polluit hominem. Tunc acce-
 dentes discipuli eius dixerunt ei, Nosti Phariseos
 audito

- Joh. 15. 3 audito sermone isto offensos fuisse? Ipse verò ¹³
 respondens dixit, ²Omnis planta quam non
 Luc. 6. 39 plantavit Pater ille meus cœlestis, eradicabi-
 tur. Sinite eos; ³duces sunt cæci cæcorum. ¹⁴
 Marc. 7. 17 porro si cæcus cæco præierit, ambo in foueam
 cadent. ⁴Respondens autem Petrus dixit ei, ¹⁵
 Ediffere nobis parabolam istam. Iesus autem ¹⁶
 dixit, Adhuc & vos sine intelligentia estis? Nō- ¹⁷
 dum intelligitis, quicquid ingreditur in os, in ¹⁸
 ventrem cedere, & in latrinam eijci? Quæ au-
 tem prodeunt ex ore, ex ipso corde egrediuntur, ¹⁹
 Gen. 6. 5. & ²⁰
 8. 21 & illa polluunt hominem. ²Nam ex corde
 egrediuntur cogitationes malæ, cædes, adulte-
 ria, scortationes, furta, falsa testimonia, obtre-
 ctationes. Hæc sunt quæ polluunt hominem:
 Marc. 7. 24 illotis autem manibus vesci, non polluit homi-
 nem. ²Egressus illinc Iesus recessit in partes ²¹
 Tyri & Sidonis. Et ecce mulier Chanaanæ à ²²
 finibus illis egressa, clamavit, dicens ei, Misere-
 mei Domine, fili David; filia mea malè à da- ²³
 monio vexatur. ¶ Ille verò non respondit ei
 quicquam. Tunc accedentes discipuli eius ro-
 garunt eum, dicens, Dimitte eam; nã clamat post ²⁴
 Supr. 10. 6 nos, Ipse verò respondens dixit, ²Non sum ²⁵
 missus nisi ad oves perditas domus Israel. Illa
 autem venit & adoravit eum, dicens, Domine, ²⁶
 succurre mihi. Ipse verò respondens dixit, ²⁷
 Non est bonum accipere panem liberorum, &
 obijcere catellis. Ipsa autem dixit, Etiam Do- ²⁸
 mine. etenim catelli vescuntur micis quæ ca-
 dunt è mensa dominorum suorum. Tunc
 Marc. 7. 31 respondens Iesus dixit ei, O mulier magna est ²⁹
 fides tua: fiat tibi ut vis. Et sanata fuit filia eius
 ab eo momento. ¶ ²Et digressus illinc Iesus ³⁰
 venit

venit iuxta mare Galilææ: & quum ascendisset
 30 in montē, sedit illic. Tūc adiit eū turba mul- Esa. 35. 5
 ta, habens sc̄. cū claudos, cæcos, mutos, mæcos,
 & alios multos: & abiecerunt eos ad pedes Iesu:
 31 & sanauit eos: Ad eō vt turba mirata sit, quum
 videret mutos loquentes, mancos sanos, clau-
 dos ambulantes, cæcos videntes: & glorificarunt
 32 Deum Israel. ¶ Iesus autem aduocatis disci- Marc. 8. 1
 pulis suis dixit, Commoueor misericordia erga
 turbam, quia iam triduum permanent apud me,
 & non habent quo vescantur: & dimittere eos
 33 ieiunos nolo, ne deficiant in via. Tunc dicunt
 ei discipuli eius, Vnde nobis in deserto torpa-
 34 nes, vt saturemus turbā tantā? Dicit igitur eis
 Iesus, Quot panes habetis? Illi autem dixerunt,
 35 Septem, & paucos pisciculos. Tunc iussit tur-
 36 bam discumbere humi. Et acceptis septem illis
 panibus ac piscibus, quum gratias egisset, fregit,
 37 deditque discipulis suis: discipuli verò tur-
 ba. Comederuntque omnes, & saturati sunt:
 & sustulerunt quod superfuerat fragmento-
 38 rum, septem sportas plenas. Erant autem qui
 comederant, quatuor mille viri absq; mulieri-
 39 bus & puerulis. Tunc dimissa turba inscendit
 in nauigium; venitque in fines Magdala.

CAPVT XVI.

4. Signum Ione. 5. Fermentum Phariseorum. 12. pro do-
 ctina. 13. Opinio populi de Christo. 17. Fides a Deo. 18.
 Petra. 19. Clauis. 21. Predicit Christus mortem suam. 24.
 Abnegatio sui. & crux. 25. Perdere animam.

1 **ET** quum accessissent Pharisei & Sadducei, Supr. 12. 39
 tentantes rogarunt eum vt signum è caelo Marc. 8. 11
 2 ipsis ostenderet. Ipse verò respondens dixit Luc. 12. 54
 eis, Quando serum est diei, dicitis, Serenitas
 D erit;

erit: rubet enim cælum: Et manè, Hodie erit
 tempestas: rubet enim cælum triste. Hypocri-
 tæ, faciem quidem cæli nostis discernere, signa
 verò temporum non potestis? Natio mala & adultera
 signum requirit: sed signum non dabitur ei nisi
 signum illud Ionæ Prophetæ. Et relictis ipsis abiit.
 ¶ Et quum venissent discipuli eius in vltiorem ripam,
 obliti fuerant sumere panes. Iesus autem dixit eis,
 Videte & caute à fermento Pharisaeorum & Sadducaeorum.
 Ipsi verò disceptabant inter se, dicentes, Panes non
 sumimus. Id autem quum nosset Iesus, dixit eis,
 Quid disceptatis inter vos, exigua fide præditi,
 quòd panes non sumistis? Nò dum intelligitis, neque
 meministis quinque illos panes hominum quinquies
 mille, & quot cophinos acceperitis? Neque septem
 illos panes quater mille hominum, & quot sportas
 acceperitis? Quomodo non intelligitis me non
 dixisse vobis de pane, vt caueretis à fermento
 Pharisaeorum & Sadducaeorum? Tunc intellexerunt
 eum non dixisse, vt cauerent à fermento panis,
 sed à doctrina Pharisaeorum et Sadducaeorum.
 ¶ Quum venisset autem Iesus in partes Cæsareæ
 quæ dicitur Philippi, interrogauit discipulos suos,
 dicens, Quem me dicunt homines esse, Filium
 hominis? Illi verò dixerunt, Alij quidem Iohannem
 Baptistam, alij verò Eliam, alij verò Ieremiam,
 aut vnum ex Prophetis. Dicit eis, Vos autem quem
 me dicitis esse? Respondens verò Simon Petrus,
 dixit, Tu es Christus, ille Filius Dei viuentis.
 ¶ Tunc respondens Iesus, dixit ei, Beatus es
 Simon bar-Iona: quia caro & sanguis hæc non re-
 texit tibi, sed

Supr. 12. 34

Ion. 2. 1
Mar. 3. 14
Luc. 12. 1Supr. 14. 17
Ioh. 6. 9

Supr. 15. 34

Marc. 6. 17
Luc. 9. 18

Iohan. 6. 69

- 18 sed pater meus qui est in caelis. ¶ Sed & ego tibi dico, tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo meam Ecclesiam, & portae inferorum non superabunt eam. ¶ Et tibi dabo claves regni caelorum, & quicquid ligaueris in terra, erit ligatum in caelis: & quicquid solueris in terra, erit solutum in caelis. ¶ Tunc interdixit discipulis suis, ut nemini dicerent ipsum esse Iesum illum Christum. ¶ Ex eo tempore cepit Iesus indicare discipulis suis, oportere se abire Hierosolimam, & multa pati a senioribus & principibus Sacerdotum & Scribis, & occidi, & tertio die suscitari. Et prehensum eum Petrus cepit obiurgare, dicens, Propicius tibi sis Domine: nequaquam erit tibi hoc. ¶ At ille conuersus dixit Petro, Abscede a me satana, scandalo es mihi: nam non sapis quae sunt Dei, sed quae sunt hominum. ¶ Tunc Iesus dixit discipulis suis, Si quis vult post me venire, abneget semetipsum & tollat crucem suam, ac sequatur me. ¶ Quisquis enim voluerit animam suam seruare, perdet eam: quisquis autem perdidit animam suam mea causa, inueniet eam. ¶ Quid enim prodest cuiquam si totum mundum lucratus fuerit, anima vero sua multetur? aut quam dabit quispiam compensationem animae suae? Futurum est enim, ut Filius hominis veniat cum gloria Patris sui cum Angelis suis: & tunc reddet unicuique secundum facta eius. ¶ Amen dico vobis, sunt quidam ex iis qui hic adsunt, qui nequaquam gustabunt mortem vsquedum viderint Filium hominis venientem in regnum suum.

CAPVT XVII.

1. Transformatio Christi. 5. Audiendus Christus: 11. Elias.
D 2 13. 10.

Iohan. 1. 42

Ioh. 20. 21

Supr. 10. 38

Mar. 8. 34

Luc. 9. 23. &

14. 27

Supr. 10. 39

Mar. 8. 35

Luc. 9. 24. &

17. 33

Ioh. 12. 35

Mar. 8. 36

Luc. 9. 25

Psal. 61. 12

Rom. 2. 6

Mar. 6. 1

Luc. 9. 17.

13. Iohannes Baptista. 17. Infidelitas Apostolorum.
20. Fidei vis 21. Oratio & Ieiunium. 22. Passionem suam
prædicat. 24. Tributum soluit.

Marc. 9. 2
Luc. 9. 27

Sexto verò post die accepit Iesus Petrum ac Ja-
cobum & Iohannem fratrem eius, & subdu-
cit eos priuatim in montem sublimem. Trans-
formatusque est coram eis, & splenduit facies
eius ut sol: vestimenta autem eius facta sunt alba
ut lux. Et ecce, conspecti sunt eis Moses &
Elias, cum eo colloquentes. Respondens au-
tem Petrus dixit Iesu, Domine, bonum est nos
hic esse; si vis faciamus hic tria tabernacula, tibi
vnum & Moysi vnum, & Eliae vnum. Adhuc eo
loquente, ecce nubes lucida inumbravit eos: &
ecce vox è nube, dicens, Hic est Filius ille meus
dilectus, in quo acquiesco: ipsum audite. Et
quum hæc audissent discipuli, ceciderunt in fa-
ciem suam, & timuerunt vehementer. Tunc
accedens Iesus tetigit eos, dixitque, Surgite, &
ne timete. Sublaris autem oculis suis nemi-
nem viderunt, nisi Iesum solum. Et quum
descenderent de monte, mandauit eis Iesus, di-
cens, Nemini dixeritis hanc visionem, vsquequò
Filius hominis à mortuis resurgat. Tunc in-
terrogauerunt eum discipuli sui, dicentes, Quid
igitur Scribæ dicunt, oportere ut Elias pri-
mum veniat? Iesus autem respondens dixit
eis, Elias quidem veniet primùm, & restituet om-
nia: Sed dico vobis Eliam iam venisse; quem
non agnouerunt, sed fecerunt ei quæcunq; vo-
luerunt: ita futurum est ut & Filius hominis
patietur ab eis. Tunc intellexerunt discipuli
eum de Iohanne Baptista hæc sibi dixisse. ¶ Et
quum venissent ad turbam, adiit eum quidam
accidens,

Supr. 3. 17
2. Pet. 2. 17

Mal. 4. 5
Sup. 11. 14
Marc. 6. 11

Marc. 9. 17
Luc. 9. 37

15 accidens ei ad genua, Et dicens, Domine, mi-
 serere filij mei, quoniam lunaticus est, & malè
 afficitur: nam saepe cadit in ignem, & saepe in
 16 aquam. Et obtuli eum discipulis tuis, nec eum
 17 potuerunt sanare. Respondens autem Iesus
 dixit, O natio incredula & peruersa, quousque
 tandem ero vobiscum? quousque tandem tole-
 18 rabo vos? adducite mihi eum huc. Et obiurga-
 uit demonium Iesus, exiitque illud ab eo: & sa-
 19 natus est puer ex illo momento. ¶ Tunc ade-
 untes discipuli Iesum priuatum, dixerunt, Qua-
 20 re nos non potuimus illud eijcere? Iesus au-
 tem dixit eis, Propter incredulitatem vestram.
 Amen quippe dico vobis, si habeatis fidem Luc. 17.6
 quantum est granum sinapis, dicetis monti
 huic, Demigra hinc illuc, & demigrabit: & nihil
 21 impossibile erit vobis. Hoc verò genus damo-
 niorum non egreditur nisi per precationem &
 22 ieiunium. ¶ Versantibus autem ipsis in Gali- Infr. 20.17
 laea, dixit eis Iesus, Futurum est vt Filius homi- Marc. 9.31
 23 nis tradatur in manus hominum. Et trucidabunt eum, sed tercio die suscitabitur. Et contri- Luc. 9.44
 24 stati sunt vehementer. ¶ Quum autem venis-
 sent Capernaum, venerunt ad Petrum qui di-
 drachma accipiunt, dixeruntque, Magister ve-
 25 ster non soluit didrachma? Dicit, Etiam. Et
 quum ingressus fuisset domum, praenit eum
 Iesus, dicens, Quid tibi videretur Simon? Reges
 26 terra à quibus accipiunt tributa aut censum, à
 filijs suis, an ab alienis? Dicit ei Petrus, Ab
 27 alienis. Ait ei Iesus, Nempe igitur liberi sunt
 filij: Sed ne offendamus eos, profectus ad mare,
 mitte hamum: & eum piscem, qui ascenderit
 primus, tolle, & aperto ore eius, inuenies sta-
 tērem.

tērem, acceptum illum da eis pro me & pro te.

CAPVT XVIII

1. Maximus in regno Dei. 15. Suscipere puerulum. 6. Scandalizare. 7. Scandala. 9. Oculi erutio. 10. Angeli. 12. Ovis perdita. 15. Correctio. 17. Excommunicatio. 21. Fratri resipiscenti semper parcendum. 23. parabola Regis conferentis rationem cum seruis suis,

Mar. 9. 33
Luc. 9. 46

Infr. 19. 14
1. Cor. 14. 20

Mar. 9. 42
Luc. 17. 1

Supr. 5. 30
Mar. 9. 43

Psal. 34. 8
Luc. 19. 10

EO ipso tempore adierunt Iesum discipuli, ¹ dicentes, Quisnam maximus est in regno caelorum? ¶ Et quum aduocasset puerulum Iesus, ² statuit eum in medio eorum. ¶ Et dixit, Amen ³ dico vobis, nisi conuersi fueritis, & fiat is vt pueruli, nequaquam ingrediemini in regnum caelorum. Quisquis igitur demiserit seipsum sicut est puerulus iste, is est maximus ille in regno caelorum. Et quisquis exceperit aliquem puerulum talem in nomine meo, me excipit. ¶ Quisquis autem offenderit aliquem ex paruis istis, qui in me credunt, praestiterit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius, ac demergatur in profundo maris. ¶ Vae mundo ab offendiculis, necesse est enim, vt eueniant offendicula: ueruntamen vae homini illi per quem offendiculum euenit. ¶ Si uero manus tua vel pes tuus facit, vt tu offendas, excinde ea, & abijce abs te. bonum est tibi ad vitam ingredi claudum aut mancum potius, quam duas manus aut duos pedes habentem conijci in ignem aeternum. Et si oculus tuus facit, vt tu offendas, erue eum, & abijce abs te, bonum est tibi luscum ingredi in vitam potius, quam duos oculos habentem conijci in gehennam ignis. ¶ Videte ne contemnat is aliquem ex paruis istis: dico enim vobis, ¶ Angelos eorum in caelis per omne tempus videre faciem Patris mei, qui in caelis est. ¶ Venit enim

- enim Filius hominis vt seruet quod perierat.
- 12 ^{Luc. 15. 4} Quid vobis videretur ? si fuerint alicui homini centum oues, & errauerit vna ex eis, nonne relin-
ctis ipsis nonagintanovem, profectus in mon-
tes, quærit eam quæ aberrauerat ? Quod si acci-
derit vt inueniat eam, Amen dico vobis, gaudet
super ea magis quàm super illis nonagintano-
uem quæ non aberrarunt. ¶ Ita non vult Pater
vester, qui in cælis est, vt pereat vnus ex paruis
15 istis. ^{Leuit. 19. 17} Si verò peccauerit in te frater tuus, veni
& argue eum inter te & ipsum solū, si te audierit,
16 lucratus es fratrem tuum: Sin verò te non au-
dierit, accipe tecum adhuc vnum aut duos: vt
in ore duorum aut trium testium stabile sit o-
17 mne verbū. ¶ Quod si neglexerit eos audire, dic
Ecclesiam: quod si Ecclesiam audire neglexerit,
fit tibi velut quispiam ^{1. Cor. 13. 1} ethnicus & quispiam
18 publicanus. Amen dico vobis, quæcunque li-
gaueritis in terra, erunt ligata in cælo: & quæ-
cunque solueritis in terra, erunt soluta in cæ-
19 lo. Rursum dico vobis, si duo ex vobis consen-
serint in terra, quodcunque petierint, fiet eis à
20 Patre meo, qui in cælis est. Vbi enim sunt duo
vel tres coacti in nomine meo, illic sum in me-
21 dio eorum. ¶ Tunc adiens eum Petrus dixit,
Domine, quoties peccabit in me frater meus, &
22 remittam ei? an vsque septies? Dicit ei Iesus,
Non dico tibi vsque septies, sed vsque septua-
23 gies septies. ^{Luc. 17. 4} Propterea simile est regnum cæ-
lorum regi qui voluit conferre rationem cum
24 seruis suis. Et quum cœpisset conferre, oblatus
est ei quidam debitor decies mille talento-
25 rum. Quum autem is non posset hæc red-
dere, iussit eum dominus eius venundari, &

uxorem eius & liberos, & omnia quæ habebat:
 & reddi debitum. Procidens ergo seruus ille 26
 adorabat eum, dicens, Domine, differ iram erga
 me, & omnia tibi reddam. Commotus autem 27
 misericordia dominus serui illius, dimisit eum,
 & mutuum remisit ei. Egressus verò seruus 28
 ille inuenit vnum ex conseruis suis, qui debebat
 ei centum denarios: & prehensum eum suffoca-
 bat, dicens, Redde quod debes. Procidens er- 29
 go conseruus eius ad eius pedes, precabatur eum,
 dicens, Differ iram erga me, & omnia reddam
 tibi. Ille verò noluit: sed abiens coniecit eum 30
 in carcerem, quousque redderet debitum. Quum 31
 autem vidissent conserui eius quæ facta fuerat,
 contristati sunt vehementer: & quum venissent,
 declararunt domino suo omnia quæ facta fue-
 rant. Tunc eo aduocato dominus ipsius di- 32
 xit ei, Serue male, totum debitum illud remisi
 tibi, quia precatus es me: Nonne oportuit & 33
 te misereri conserui tui, vt & ego tui misertus
 sum? Tunc iratus dominus eius tradidit eum 34
 tortoribus, vsquequò redderet id omne quod si-
 bi debebatur. Ita & Pater meus cælestis faciet 35
 vobis, nisi remiseritis suo quisque fratri ex cor-
 dibus vestris offensas eorum.

CAPVT XIX.

2. Sanantur infirmi. 3. 7. Libellus discessionis. 12. Eu-
 nuchi 13. Pueruli obliti. 17. Bonus Deus. Mandata ser-
 uanda. 21. Perfectus. 23. Dives 26. Salus a Deo. 27. Relin-
 que e omnia, & Christum sequi.

Marc. 10. 1

ET factum est quum finisset Iesus sermones 1
 istos, soluit à Galilæa, & venit in fines Iu-
 dææ, traiccto Jordane. Et sequuta est eum tur- 2
 ba multa: sanauitque eos illic. Tunc adierunt 3
 eum Pharisei, tentantes eum, & dicentes ei, Li-
 cétne

4 *et*ne homini dimittere vxorem suam quavis
 ex causa? Ille verò respondens dixit eis, Non le-
 5 gistis ²opificem ab initio fecisse masculum & Gen. 1. 14
 6 *fœminam*? Et dixisse, ²Propterea relinquet ho- Gen. 2. 24
 mo patrem & matrem, & agglutinabitur vxori 1. Cor. 6. 16
 7 sua: & qui duo fuerant, erunt vna caro. Ita. Epist. 5. 31
 que non amplius sunt duo, sed vna caro. quod
 8 ergo Deus coniunxit, homo ne seiungat. ¶ Di-
 cunt ei, Cur ergo ²Moses mandauit dare libel- Deutr. 24. 1
 lum discessionis, & eam dimittere? Dicit eis,
 9 Moses pro duritia cordis vestri permisit vobis
 dimittere vxores vestras: ceterum à principio Supr. 5. 32
 non fuit ita. Dico autem vobis, ²quicumque Mar. 10. 11
 dimiserit vxorem suam, nisi ob scortationem, Luc. 16. 18
 & aliam duxerit, eum mœchari: & qui dimis- 1. Cor. 7. 11
 10 sam duxerit, mœchari. ¶ Dicunt ei discipuli
 eius, Sitale est negotium hominis cum vxore,
 11 non expedit contrahere matrimonium. Ipse
 verò dixit eis, Non omnes capiunt hunc sermo-
 12 nem, sed quibus datum est. Sunt enim eunu-
 chi qui ex matris vtero nati sunt ita: & sunt eu-
 13 nuchi qui castrati sunt ab hominibus: & sunt
 eunuchi qui seipsos castrarunt propter regnũ Supr. 18. 3
 cœlorum. Qui potest capere, capiat. ¶ Tunc Marc. 10. 13
 14 oblati sunt ei pueruli vt manus eis imponeret, Luc. 18. 15,
 & precareretur: discipuli autem obiurgarunt
 15 eos. Iesus autem ait, Sinite puerulos, & ne pro-
 hibete eos ad me venire. talium est enim regnũ
 16 cœlorum. Et quum imposuisset eis manus,
 profectus est illinc. ¶ Et ecce, quidam acce- Marc. 10. 17
 17 dens dixit ei, Magister bone, quid boni faciam Luc. 18. 18
 vt habeam vitam aeternam? Ipse verò dixit ei,
 Cur me dicis bonum? nullus est bonus, nisi v-
 nus, nempe Deus. Si vis autem ad vitam ingredi,

serua mandata. Dicit ei, Quæ? Iesus autem dicit, ¹⁸ Non occides, Non moechaberis, Non furaberis, Non dices falsum testimoniū. Honora ¹⁹ patrem & matrem. Et, Diliges proximum tuum, vt teipsum. Dicit ei adolescens, Omnia hæc ²⁰ obseruauī à iuuentute mea: quo adhuc deficior? Ait ei Iesus, Si vis perfectus esse, abi, vende quæ ²¹ habes, & da pauperibus: & habebis thesaurum in caelo: & veni, sequere me. Quum audisset ²² autem adolescens eum sermonem, abiit contristatus. habebat enim bona multa. Iesus autem ²³ dixit discipulis suis, Amen dico vobis, diues difficile introibit in regnum caelorum. Rursum ²⁴ verò dico vobis, Facilius est camelum per foramen acus transire quàm diuitem in regnum Dei introire. His autem auditis discipuli eius ²⁵ perculsi sunt valde, dicentes, Quis ergo potest seruari? Intuitus autem eos Iesus dixit eis, Apud ²⁶ homines hoc impossibile est: apud Deum autem omnia possibilia sunt. ²⁷ Tunc respondens Petrus, dixit ei, Ecce, nos reliquimus omnia, & ²⁸ sequuti sumus te, quid ergo erit nobis? Iesus autem dixit eis, Amen dico vobis, vos qui sequuti ²⁹ estis me, in regeneratione quum sederit Filius hominis in throno gloriae suæ, sedebitis etiam, vos, inquam, super thronos duodecim, iudicantes ³⁰ duodecim tribus Israel. Et quisquis relinquit domos, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut liberos, aut ³¹ agros, causa nominis mei, centuplicia accipiet & vitā aternā hereditatis iure possidebit. ¶ Multi ³² autem primi, erunt vltimi: & vltimi primi.

Mar. 10. 21
 Luc. 18. 21.

Lucæ 22. 30

Mar. 10. 31
 Luc. 13. 30

f. Operarii conducuntur in vineam. 16. Oculus nequam
 17. Passionem suam prædicat. 20. Zebedæi filij. 22. Ca-
 lix. 28. Ministr. noster Christus. 20. Cæci duo.

1 SImile enim est regnum celorum patrifami-
 2 liâs, qui exijt cum prima luce ad conducen-
 3 dos operarios quos mitteret in vineam suam.
 4 Pactus autem cum operarijs denario in diem,
 5 misit eos in vineam suam. Et egressus circa ho-
 6 ram tertiam, vidit alios stantes in foro otio-
 7 fos: Et illis dixit, Abite & vos in vineam, &
 8 quodcunque iustum fuerit, dabo vobis. Illi
 9 autem abierunt. Rursum egressus circa sextam
 10 & nonam horam, fecit itidem. Circa horam
 11 autem vndecimam egressus inuenit alios stantes
 12 otiosos, ac dicit eis, Cur hic statis totum diem
 13 otiosi? Dicunt ei, Quia nemo nos conduxit,
 14 Dicit eis, Abite & vos in vineam, & quicquid
 15 fuerit iustum, accipietis. Quum autem serum
 16 diei esset, dicit dominus vineæ procuratori suo,
 17 Voca operarios, & redde eis mercedem, incipi-
 18 ens ab vltimis vsque ad primos. Et quum ve-
 19 nissent qui circa vndecimam horam conducti
 20 fuerant, acceperunt singuli denarium. Veni-
 21 entes autem & primi, existimarunt se plus esse
 22 accepturos: sed acceperunt ipsi quoque singuli
 23 denarium. Et quum accepissent, murmura-
 24 bant aduersus patrem familiâs, Dicentes, Isti
 25 vltimi, vnam horam opus fecerunt, & eos æqua-
 26 les nobis fecisti, qui portauimus pondus diei, &
 27 aestum. Ipse verò respondens dixit vni eorum,
 28 Amice, non facio tibi iniuriam: nonne denario
 29 pacto es mecum? Tolle quod tuum est, &
 30 abi, volo autem huic vltimo dare, vt & ti-
 31 bi. ^{Sap. 19. 13} ^{Mar. 10. 34}
 in

- Luc. 13. 40 in meis? an oculus tuus malus est quia ego bo-
 Infr. 21. 24 nus sum? Sic vltimi erunt primi: & primi, vlti-
 mi. multi enim sunt vocati, pauci verò ele-
 cti. ¶ Et ascendens Iesus Hierosolyma, assum-
 sit duodecim discipulos suos priuatim in via,
 Marc. 10. 40 & dixit eis. ¶ Ecce, ascendimus Hierosoly-
 Luc. 18. 31 ma, & Filius hominis tradetur principibus sa-
 cerdotum ac scribis, & condemnabunt eum
 Iohan. 18. 23 morte: ¶ Tradentque eum Gentibus, vt il-
 ludant, & flagellent, & crucifigant: sed tertia
 Marc. 10. 35 die resurget. ¶ Tunc venit ad eum mater fi-
 liorum Zebedæi cum filijs suis, adorans, & pe-
 tens aliquid ab eo. Ipse verò dixit ei, Quid vis?
 Ait ei, Dic vt sedeant isti duo filij mei, vnus ad
 dextram tuam, & alter ad sinistram, in regno
 tuo. Respondens autem Iesus dixit, Nescitis
 quid petatis. potestis bibere poculum quod ego
 bibiturus sum, & baptisate quo ego baptizor,
 baptizari? Dicunt ei, possumus. Tunc dicit
 eis, Poculum quidem meum bibetis, & baptisate,
 quo ego baptizor, baptizabimini: sedere
 autem ad dextram meam & sinistram meam,
 non est meum dare, sed dabitur quibus paratum
 est à Patre meo. ¶ Et quum hæc audissent alij
 Marc. 10. 41 decem, indignati sunt de duobus fratribus. Ie-
 Luc. 21. 25 sus autem quum eos aduocasset, ait, Scitis prin-
 cipes Gentium in eas dominari, & qui magni
 sunt, licentia vt in eas. Verùm non ita erit in-
 ter vos: sed quicumque voluerit inter vos ma-
 gnus fieri, sit vester minister: Et quicumque vo-
 luerit inter vos primus esse, sit vester seruus. Si-
 cut Filius hominis non venit, vt sibi ministraretur,
 sed vt ministraret, & darétque animam suam
 in redemptionis pretium pro multis. ¶ Tunc
 Luc. 18. 35 egredientibus ipsis ex Iericho, sequuta est eum
 turba

30 turba multa. Et ecce, duo cæci sedentes iuxta
 viam, quum audissent Iesum præterire, clama-
 runt, dicentes, Misere nostri Domine, fili Da-
 31 uid. Turba autem obiurgabat eos, vt silerent:
 illi verò magis clamabāt, dicentes, Misere no-
 32 stri Domine, fili Dauid. Et quum substitisset
 Iesus, vocauit eos, & ait, Quid vultis faciam vo-
 33 bis? Dicunt ei, Domine, vt aperiantur oculi no-
 34 stri. Misericordia autem commotus Iesus te-
 tigit oculos eorum: & statim visum receperunt
 oculi eorum & sequuti sunt eum.

CAPVT XXI.

1. Christus asinæ insidens ingreditur Ierusalem. 12. Ven-
 dentes eijcit. 13. Orationis domus. 19. Ficus arefacta. 25.
 Baptismus Iohannis. 28. Qui voluntatem Dei faciant 30.
 Publicani, Meretrices. 33. Vinca Dei. Iudæi. 38. Filius oco-
 cilus ab agricolis. 42. Lapis angularis.

1 ET quum appropinquassent Hierosolymis, Marc. 11. 2
 & venissent Bethphage ad montem Olea- Luc. 19. 29
 2 rum, tunc Iesus misit duos discipulos, Dicens
 eis, Ite in vicum qui vobis est ex aduerso, & sta-
 tim inuenietis asinam ligaram, & pullum cum
 3 ea: soluite, & adducite mihi. Et si quis vobis
 aliquid dixerit, dicite, Domino his opus esse:
 4 statim enim mittet eos. Hoc autem totum fa-
 ctum est, vt impleretur quod dictum est per
 5 Prophetā dicentem, ¹ Dicite filiæ Sion, Ecce, Ez. 62. 11
 rex tuus venit tibi mansuetus, & insidens asinæ, Zach. 2. 9
 6 ac pullo filio subiugis asinæ. Profecti sunt au-
 tem discipuli, feceruntque sicut imperarat eis
 7 Iesus, Et adduxerunt asinam & pullum, & eis
 imposuerunt pallia sua, & collocarunt ipsi
 8 superea. Plurima autem turba strauerunt pal-
 lia sua in via: alii verò cadebant ramos ex arbo-
 9 ribus, & sternebant in via. Porro turba quæ
 præibat

Marc. 11. 11
 Luc. 19. 45
 Iohan. 2. 13
 Deut. 4. 25
 Esai. 56. 7
 Ierem. 7. 11

Marc. 11. 17
 Luc. 19. 46

Pfal. 9. 3

Marc. 11. 13

Marc. 11. 27
 Luc. 10. 1

præibat & quæ sequebatur, clamabat, dicens,
 Hosanna filio David; benedictus qui venit in no-
 mine Domini; hosanna ò qui es in caelis altissimis.
 Et quum introisset Hierosolyma, commota est
 vniuersa vrbs, dicens, Quis est hic? Turba au-
 tem dicebat: Hic est Iesus ille Propheta ex Na-
 zareth vrbe Galilee. Et introiuit Iesus in
 templum Dei, & eiecit omnes vendentes & e-
 mentes in templo: mensasque numulariorum,
 & cathedras vendentium columbas subuertit.
 Et dixit eis, Scriptum est, Domus mea, domus
 orationis vocabitur; at vos fecistis eam spe-
 luncam latronum. Tunc venerunt ad eum
 cæci & claudi in templo: & sanauit eos. Quum
 vidissent autem principes sacerdotum & Scribæ
 miranda illa quæ fecerat, & pueros clamantes in
 templo, & dicentes, Hosanna filio David, indi-
 gnati sunt. Et dixerunt ei, Audis quid isti di-
 cant? Iesus autem dixit eis, Etiam, nunquam
 legistis, Ex ore infantium & lactentium perfe-
 cisti laudem? Et eis relictis, exiit extra urbem
 in Bethaniam: & diuersatus est illic. Mandè
 autem rediens in urbem, esuriit. Et quum vi-
 disset ficum quandam in via, venit ad eam, &
 nihil inuenit in ea nisi folia solùm; tunc dicit
 ei, Ne amplius ex te fructus nascatur in æter-
 num. Et exaruit illico ficus. Quum igitur
 hoc vidissent discipuli, mirati sunt, dicentes,
 Quomodo illico exaruit ficus? Respondens
 autem Iesus ait eis, Amen dico vobis, si habueri-
 tis fidem, neque hæsitaueritis, non solùm hoc
 quod factum est ficui, facietis, verùm etiam si
 monti isti dixeritis, Tollitor, & proijector in
 mare, fiet. Et quæcunque precando petieritis,
 si cre-

23 si credideritis, accipietis. ¶ Et quum venisset
 in templum, principes Sacerdotum & seniores
 populi eum docentem adierunt, dicentes, Qua
 24 autoritate facis ista? & quis tibi dedit istam au-
 toritatem? Respondens autem Iesus, dixit eis,
 Interrogabo vos & ego rem quandam: quam
 si dixeritis mihi, dicam & ego vobis qua autori-
 25 tate ista faciam. Baptisma Iohannis unde erat
 è caelo, an ex hominibus? At illi ratiocinaban-
 tur apud se, dicentes, Si dixerimus, E caelo: di-
 26 cer nobis, Quare ergo non credidistis ei? Sin
 autem dixerimus, Ex hominibus: timemus tur-
 bam, omnes enim habent Iohannem, ut Pro- Sup. 14-5
 27 phetam. Et respondentes Iesu dixerunt, Ne-
 scimus. Ait eis & ipse, Nec ego vobis dicam quo
 28 iure ista faciam. ¶ Quid autem vobis videtur?
 Quidam habebat duos filios: & accedens ad
 priorem, dixit, Fili abi, hodie operare in vinea
 29 mea. Ille verò respondens ait, Nolo: sed postea
 30 quum resipuisset, abiit. Et accedens ille ad se-
 cundum, dixit itidem. Is verò respondens ait,
 31 Ego abeo, domine: sed non abiit. Vter è duo-
 bus fecit quod voluit eius pater? Dicunt ei, Pri-
 or. Dicit eis Iesus, Amen dico vobis, publicani
 32 & meretrices præeunt vobis in regnum Dei. Ve-
 nit enim ad vos Iohannes via iustitiæ, & nõ cre-
 didistis ei: publicani verò & meretrices credide-
 runt ei: vos autem qui hoc vidistis, non poeni-
 33 tuistis postea, ut ei crederetis. ¶ Aliam parabo. Esa. 6. 1-5
 lam audite. Fuit quidam paterfamilias qui Jerem. 2. 21
 plantavit vineam, & septem circumposuit ei, Mar. 12. 1
 foditque in ea torcular, & ædificavit tur- Luc. 20. 9
 34 rim: & clocauit eam agricolis, ac peregrè
 fructuum

fructuum appropinquasset, misit seruos suos
 ad agricolas, vt eius fructus acciperent. Agri- 35
 cola verò, capris eius seruis, alium quidem ceci-
 derunt, alium verò trucidarunt, alium autem 36
 lapidarunt. Rursum misit alios seruos plures 37
 prioribus; & fecerunt eis itidem. Postremò 38
 autem misit ad eos filium suum, dicens, Reuere-
 buntur filium meum. Agricola verò viso filio 39
 dixerunt inter se: *⁊* Iste est hæres, venite, trucide-
 mus eum, & obtineamus hereditatem eius. Tunc 40
 captum eum eiecerunt extra vineam, & truci-
 darunt. Quum igitur venerit dominus vi- 41
 neæ, quid faciet agricolis illis? Dicunt ei, Ma-
 los ipsos malè perdet; & vineam suam elocabit
 alijs agricolis, qui reddent ei fructum tempori- 42
 bus suis. Dicit eis Iesus, Nunquam legistis
 in Scripturis, *⁊* Quem lapidem reprobarunt
 ædificantes, is factus est caput anguli: à Domi-
 no factum est istud, & est mirabile in oculis no- 43
 stris? Propterea dico vobis, fore vt tollatur à
 vobis regnum Dei, & detur genti quæ ferat eius
 fructus. *⁊* Porro qui ceciderit super lapidem 44
 istum, conquassabitur: super quem verò cecide-
 rit, dissipabit eum. Et quum audissent princi- 45
 pes sacerdotum ac Pharisei parabolas eius, cog-
 nouerunt hæc de se dici. *⁊* Et quum stude- 46
 rent eumprehendere, timuerunt turbam, quo-
 niam vt prophetam eum habebat.

CAPVT XXII.

2. Nuptiarum parabola. 9. Gentium vocatio. 11. Vestis
 nuptialis. fides. 16. De censu Cæsaris. 23. *⁊* de resurrectione
 interrogatur Christus. 32. Iesus viuentium. 36. Man-
 datum maximum. 37. Dilectio Dei. 39. Dilectio proximi.
 42. Interrogat Iesus Phariseos de Messia.

Luc. 14. 16
 Apoc. 19. 9

TVnc *⁊* respondens Iesus, rursum loquutus
 est eis per parabolas, dicens, *⁊* Simile est re-
 gnum

3 gnum calorum cuidam regi qui fecit nuptias
 4 filio suo: Et misit seruos suos qui vocarent vo-
 5 catos ad nuptias: sed noluerunt venire. Rur-
 6 sus misit alios seruos, dicens, Dicite vocatis, Ec-
 7 ce, prandium meum paravi, tauri mei & altitia
 8 maftata sunt, & omnia parata: venite ad nupti-
 9 as. Illi autem quum hoc neglexissent, abierunt:
 10 alius quidem in agrum suum, alius vero ad mer-
 11 caturam suam. Reliqui vero prehensos seruos,
 12 eius contumelijs affecerunt, & trucidarunt. Rex
 13 autem quum hoc audisset, iratus est: & missis
 14 exercitibus suis, perdidit homicidas illos, & vr-
 15 bem eorum incendit. Tunc dicit seruis suis,
 16 Nuptia quidem paratae sunt: sed qui vocati e-
 17 rant, non erant digni. Ite ergo ad compita via-
 18 rum, & quoscunque inueneritis, vocate ad nu-
 19 ptias. Et egressi serui illi in vias, congregarunt
 20 omnes quos inuenerunt, malos pariter ac bo-
 21 nos. & impletae sunt nuptiae conuiujs. Ingres-
 22 sus autem Rex, vt spectaret conuiuias, vidit illic
 23 hominem non indutum veste nuptiali: Tunc
 24 dicit ei, Amice, quomodo huc introisti non ha-
 25 bes vestem nuptialem? At illi os oclusum est,
 26 Tunc dicit rex ministris, Ligatis pedibus & ma-
 27 nibus eius, tollite eum, & conijcite in tenebras
 28 exteriores: illic erit fletus & stridor dentium.
 29 Multi enim sunt vocati, pauci vero electi. ¶ Tunc
 30 profecti Pharisei consilium ceperunt, vt illa
 31 quearent eum in sermone. Itaque mittunt ad
 32 eum discipulos suos cum Herodianis, dicentes,
 33 Praeceptor, scimus te veracem esse, & viam Dei
 34 in veritate docere, nec quenquam curare. non e-
 35 nim respicis in personam hominum. Dic ergo
 36 nobis, quid tibi videtur? licet censum dare Cae-

Supr. S. 12, &
 13. 42
 Infr. 25. 30
 Marc. 12. 13
 Luc. 20. 20

- fari, an non? Cognita autem Iesus malitia eorum, ait, Quid me tentatis hypocritæ? Ostendite mihi numisma census. Ipsi verò obtulerunt ei denarium. Tunc dicit eis, Cuius est imago ista & inscriptio? Dicunt ei, Cæsaris, Tunc dicit eis, Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo. Quum igitur hoc audissent, mirati sunt; & omisso eo abierunt. ¶ In illo die adierunt eum Sadducei, qui dicunt non esse resurrectionem; & interrogarunt eum, Dicentes, Magister, Moses dixit, Siquis mortuus fuerit non habens filios, eius frater ducet affinitatis iure uxorem eius, & suscitabit semen fratri suo: Fuerunt autem apud nos septem fratres; & primus uxore ducta obiit; & quum non haberet semen, reliquit uxorem suam fratri suo: Similiter etiam secundus & tertius, vsque ad illos septem: Post omnes autem mortua est & mulier. In resurrectione ergo, cuius est septem erit uxor? omnes enim habuerunt eam. Respondens autem Iesus dixit eis, Erratis, nesciètes Scripturas, neq; potestatem Dei. Nam in resurrectione neq; uxores ducunt, neq; nuptum dantur: sed sunt, vt Angeli Dei in celo. De resurrectione verò mortuorum non legistis quod vobis dictum est à Deo, dicente, Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob? Deus, nō est Deus mortuorum, sed viuentiū. Et quum hoc audisset turba, perculsa est ob doctrinā eius. ¶ Pharisei verò, quū audissent eum occlusisse os Sadduceis, coacti sunt in vnum. Tūc interrogauit eum quidam ex ipsis Legis interpres, tentans eum, & dicens, Magister, quod est mandatum magnum in Lege? Iesus autē dixit ei, Diliges Dominum

num Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota
 38 anima tua, & ex tota cogitatione tua. Istud
 39 est primum & magnum mandatum. Secun-
 dum autem simile est huic, ³¹ Diliges proxi-
 40 mum tuum, ut teipsum. Ab istis duobus man-
 41 datis tota Lex & Prophetæ pendent. ¶ ³² Co-
 actis autem Phariseis, interrogavit eos Iesus, ³³
 42 Dicens, Quid vobis videtur de Christo? cu-
 43 ius filius est? Dicunt ei, Davidis. Dicit eis.
 Quomodo ergo David per Spiritum vocat
 44 eum Dominum? dicens, ³⁴ Dixit Dominus ³⁵
 Domino meo, Sede ad dextram meam, vsque-
 dum ponam inimicos tuos scabellum pedum
 45 tuorum. Si ergo David vocat eum Domi-
 46 num, quomodo filius eius est? Et nemo pote-
 rat ei respondere quicquam: neque ausus fuit
 quisquam ab illo die amplius eum interrogare.

CAPVT XXIII.

2. Scribæ docentes populum Legem Moſis, quales. 5. Phylacteria, Fimbriæ. 7. Salutationes. 8. Fratres. 9. Pa- ter. 10. Miſiſter. 13. Claudere regnum cæloſum. 14. Comedere domos viduarum. 15. Profelytus. 16. Iurare per templum. 21. Decimare mentham. 26. Purgare exte- riorem poculi partem. 27. Sepulchra dealbata. 31. Ser- pentes Viperæ. 37. Gallina.

¶ ¹ Tunc Iesus loquutus est turbæ & discipulis
 2 suis, Dicens, ² In cathedra Moſis ſedent ³
 3 Scribæ & Pharifæi: Omnia ergo quæ dixerint
 vobis, vt ſeruetis, ſeruate & facite: ſed ſecũdum
 opera eorum ne facite. dicunt enim, & non fa-
 4 ciunt. ¶ ⁴ Ligant enim onera grauiã difficiliaq; ⁵
 portatu, & imponunt in humeros hominum: ⁶
 5 digito autem ſuo nolunt ea mouere. ¶ Omnia ⁷
 verò opera ſua faciunt vt ſpectentur ab homini-
 6 bus. dilatãt enim ⁸ phylacteria ſua, & producũt ⁹
 fimbrias palliorum ſuorum. ¶ Amãntq; primos ¹⁰
 accu. 29. 46

Matth. 23. 6

Luc. 14. 11, &
18. 14

Luc. 11. 52

Marc. 12. 40
Luc. 20. 473. Reg. 8. 13
2. Par. 6. 2

accubitus in cenis: & primos confessus in con-
uentibus, Et in foris salutationes, & vocari ab
hominibus, Rabbi, Rabbi. ¶ Vos autem ne vo-
cemini Rabbi, vnus enim est doctor vester, nem-
pe Christus. omnes autem vos fratres estis. Et
patrem vestrum neminem vocetis in terra: vnus
est enim Pater vester, qui in caelis est. Ne vocemini
doctores. vnus enim vester est doctor,
nempe Christus. Sed qui maximus est vestrum,
fit minister vester. Porro qui sese extollet, de-
primetur: & qui sese demiserit, extolletur. ¶ Sed
væ vobis Scribæ & Pharisei hypocritæ, quoni-
am clauditis regnum caelorum coram homini-
bus. vos enim non introitis, nec introeuntes
finitis introire. ¶ Væ vobis Scribæ & Phari-
sæi hypocritæ, quoniam exeditis domos vidua-
rum, & in speciem vtimini longis precibus: pro-
pterea auferetis grauius iudicium. Væ vobis
Scribæ & Pharisei hypocritæ, quoniam circum-
itis mare & aridam, vt faciatis vnum profelytū
& quum fuerit factus, facitis eum filium gehem-
na duplo magis quam vos fitis. Væ vobis du-
ces caeci, qui dicitis, Quisquis iurauerit per tem-
plum, nihil est: quicumque autem iurauerit per
aurum templi, debet. Stulti & caeci: vtrum e-
nim maius est, aurum, an templum quod san-
ctificat aurum? Et, quisquis iurauerit per alta-
re, nihil est: quicumque autem iurauerit per do-
num quod est super ipsum, debet. Fatui ac caeci:
vtrum enim maius est, munus, an altare quod
sanctificat munus? Qui ergo iurauerit per al-
tare, iurat per ipsum, & per omnia quæ super il-
lud sunt: Et qui iurauerit per templum, iu-
rat per ipsum & per eum qui habitat in eo. Et
qui

qui iurauerit per caelum, iurat per thronum Dei
 23 & per eum qui sedet super ipsum. ¶ Væ vobis Luc. II. 42
 Scribæ & Pharisei hypocritæ, quoniam deci-
 matis mentham & anethum & cuminum & o-
 mittitis quæ grauiora sunt Legis, iudiciû & mi-
 sericordiam ac fidem. hæc oportuit facere, & il-
 24 la non omittete. Duces cæci, qui excolatis cu-
 25 licem: camelum autem deglutitis. ¶ Væ vo- Luc. II. 39
 bis Scribæ & Pharisei hypocritæ, quoniam pur-
 gatis exterior rem poculi patinaeque partem, in-
 tus autem illa plena sunt rapina & intemperan-
 26 tia. Phariseæ cæce, purga primùm quod est in-
 tra poculum & patinam, vt id quoque quod ex-
 27 trà est, purum fiat. Væ vobis Scribæ & Phari-
 sæi hypocritæ, quoniam asimiles estis sepulcris
 dealbatis, quæ extrâ quidem apparent speciosa,
 intus verò plena sunt ossibus mortuorû, omni-
 28 que immunditia. Ita & vos extrâ quidem ap-
 parentis hominibus iusti, intus autem pleni estis
 29 hypocritæ & iniquitate. ¶ Væ vobis Scribæ &
 Pharisei hypocritæ, quoniam adificatis sepul-
 cra Prophetarum, & ornatis monumenta iu-
 30 storum: Et dicitis, Si fuissetis temporibus
 patrum nostrorum, non fuissetis eorum socij
 31 in cæde Prophetarum. Itaque testamini aduer-
 sus vosmetipsos, vos esse filios eorum qui Pro-
 32 phetas occiderunt. Vos quoque complete mē-
 33 suram patrum vestrorum. Serpentes, progeni-
 es viperarum, quomodo effugere possitis iudi-
 34 cium gehennæ? ¶ Propterea ecce, ego mitto
 ad vos Prophetas & sapientes, & scribas, & ex
 ipsis nonnullos trucidabitis & crucifigeris: &
 ex ipsis nonnullos flagellabitis in synagogis ve-
 35 stris, & persequemini ex vrbe in vibem: ¶ Vt
 veniat

1. Par. 24. 22
 Luc. 13. 34
 4. Efd. 1. 30

veniat super vos omnis sanguis iustus, effusus
 super terram à sanguine Abel iusti vsque ad san-
 guinem Zachariae filij Barachiae, quem occi-
 distis inter templum & altare. Amen dico vo-
 bis, venient hæc omnia super nationem istam.
 ¶ Ierusalem, Ierusalem, quæ trucidas Prophe-
 tas, & lapidas eos qui ad te missi sunt, quoties
 volui congregare liberos tuos quemadmodum
 gallina congregat pullos suos sub alas, & nol-
 uistis? Ecce, relinquitur vobis domus vestra de-
 ferta. Dico enim vobis, nequaquam me videbi-
 tis ab hoc tempore vsquedum dicatis, Benedi-
 ctus qui venit in nomine Domini.

CAPVT XXIII.

i. Destructio templi. 4. Signa aduentus Christi. 12. Ini-
 quitas. 23. Pseudochristi. 29. Signa consummationis se-
 culi. 31. Angeli. 32. Ficus. 37. Tempora Noe. 42. Vigi-
 landum. 4. Seruus.

Mar. 13. 1
 Luc. 21. 5. &
 19. 44

Ephe. 5. 6
 Colof. 2. 28

ET egressus Iesus è templo, abibat: & accef-
 serunt discipuli eius, vt ostentarent ei adifi-
 cia templi. Iesus autem dixit eis, Nonne vide-
 tis hæc omnia? Amen dico vobis, non relinque-
 tur hic lapis super lapidem, qui non dissolu-
 tur. Sedente autem eo in monte Olearum, adierunt
 eum discipuli priuatim, dicentes, Dic nobis,
 quando hæc erunt, & quod erit signum aduen-
 tus tui, & consummationis seculi? ¶ Et respon-
 dens Iesus dixit eis, Videte ne quis vos seducat.
 Multi enim venient in nomine meo, dicentes,
 Ego sum Christus: multosque seducet. Fu-
 turum est autem, vt audiatis bella, & rumo-
 res bellorum: videte ne turbemini. oportet
 enim omnia hæc fieri: sed nondum erit finis.

Insur.

- 7 Insuper enim gens in gentem, & regnum in re-
 8 gnum: & erunt fames, & pestilentia, & terra-
 9 motus singulis locis. Hæc autem omnia prin-
 10 cipium sunt dolorum. ^{Supr. 10. 17} Tunc tradent vos op-
 11 pressionem, & trucidabunt vos: & odio eritis o-
 12 nibus gentibus propter nomen meum. Et ^{Luc. 21. 12}
 13 tunc offendentur multi: & alius alium prodet, ^{Ioh. 15. 20, &}
 14 & odio habebit alius alium. Et multi pseudo-
 15 prophetæ surgent ac seducunt multos. Et quo-
 16 niã multiplicata erit iniquitas, refrigescet cha-
 17 ritas multorum. ¶ Sed qui sustinuerit ad fi-
 18 nem usque, is seruabitur. Et predicabitur istud
 19 Euangelium regni in vniuersa terra, vt sit testi-
 20 monio omnibus gentibus: & tunc veniet fi-
 21 nis. ¶ ^{Mar. 13. 14} Quum ergo videritis abominationem
 22 illam vastatricem quæ dicta est à Daniele Pro-
 23 pheta, posita in loco sancto: (qui legit, animad-
 24 uertat). Tunc qui in Iudæa fuerint, fugiant
 25 in montes: Qui supra domum, non descen-
 26 dat, vt sumat quicquam è domo sua: Et qui in
 27 agro, non reuertatur retrò, vt sumat vestimen-
 28 ta sua. Væ autem vterum ferentibus & lactan-
 29 tibus per illos dies. Orate verò ne fiat fuga
 30 vestra hyeme, & neque sabbatho. Erit enim ^{Act. 1. 12}
 31 tunc oppressio magna, qualis non fuit à princi-
 32 pio mundi ad hoc usque tempus, neque erit.
 33 Et nisi contracti fuissent dies illi, periret o-
 34 mnis caro: sed propter electos contrahentur
 35 dies illi. Tunc si quis vobis dixerit, ^{Mar. 13. 21} Ecce,
 36 hîc Christus, aut hîc: ne credite. Surgent ^{Luc. 17. 23}
 enim pseudochristi & pseudopropheta, &
 edent signa magna & miracula: ita vt sedu-
 cant (si fieri possit) etiam electos. Ecce,
 prædixi vobis. Itaque si dixerint vobis,
 E 4 Ecce,

Ecce, in deserto est: ne egredimini. Ecce, in cō-
 clauibus: ne credite. Sicut enim fulgur exit ab 27
 Oriente, & apparet vsque in Occidentem: ita
 etiam erit aduentus Filij hominis. ¶ Vbi 28
 cunque enim fuerit cadauer, illuc congregabū-
 tur aquilæ. ¶ Statim autem post oppressio- 29
 nem dierum illorum sol obscurabitur, nec da-
 bit luna splendorem suū, & stellæ cadent de cæ-
 lo, & potestates cælorum concutientur. Tunc 30
 apparebit signum Filij hominis in cælo: & tunc
 omnes tribus terræ plangent, & videbunt Fi-
 lium hominis venientem in nubibus cæli cum
 potentia & gloria multa. ¶ Is verò mittet An- 31
 gelos suos cum tubæ voce magna, & cogent ele-
 ctos eius à quatuor ventis, à cælorum extremo
 ad eorum extremum. ¶ A ficu autem discite 32
 parabolam. quum iam ramus eius tener sit, &
 folia germinat, nostis prope esse aestatem. Ita 33
 & vos, quum videritis hæc omnia, scitote illum
 propè esse & ad fores. Amen dico vobis, nequa- 34
 quam præterierit ætas hæc vsquedum omnia ista
 facta sint. ¶ Cælum & terra præteribunt: ser- 35
 mones autem mei nequaquam præteribunt. ¶ De 36
 die autem illo & hora nemo scit, ne Angeli qui-
 dem cælorum, sed Pater meus solus. Sicut au- 37
 tem erant dies Noe, ita erit & aduentus Filij
 hominis. ¶ Sicut enim diebus, qui præcesserunt 38
 diluuium, edebant, & bibebāt, vxores ducebant
 & nuptum dabant, ad eum vsque diem quo in-
 gressus est Noe in arcam: Nec cognouerunt 39
 diluuium vsquedum venisset, & sustulisset om-
 nes: ita erit & aduētus Filij hominis. ¶ Tūc 40
 duo erunt in agro: vnus accipietur, alter relin-
 quetur. Duæ molentes in pistrino: vna acci- 41
 pietur,

Luc. 17. 37

Marc. 13. 24

Luc. 21. 25

Esa. 13. 10

Ezech. 32. 7

Ioel 2. 31, & 3

15.

Apoc. 1. 7

Dan. 7. 13

Zach. 12. 11

1. Cor. 15. 52

1. Thel. 4. 16

Marc. 13. 32

Luc. 17. 28

Gen. 7. 5

1. Pet. 3. 2

Luc. 17. 35

1. Thel. 4. 17

42 pietur, & altera relinquetur. ¶ Vigilare ergo; Marc. 13. 35
 nescitis enim qua hora Dominus vester ventu-
 43 rus sit. ¶ Illud autem scitote, si sciret paterfa- Luc. 12. 19
 miliās qua vigilia fur venturus sit, vigilaret, nec 2. Thef. 5. 2
 44 fineret perfodi domum suam. Propterea & Apoc. 16. 18
 vos estote parati: quia qua hora non putatis,
 45 Filius hominis venturus est. ¶ Quis igitur est Luc. 12. 42
 fidelis seruus & prudens, quem constituit do-
 minus super famulitium suum, vt det illis ali-
 46 mentum in tempore? Beatus seruus ille, quem
 quum venerit dominus eius, inuenerit ita faci-
 47 entem. Amen dico vobis, omnibus bonis suis
 48 præficiet eum. Quòd si dixerit seruus ille ma-
 lus in corde suo, Tardat dominus meus aduen-
 49 tum, Cœperitque verberare conseruos, quin-
 50 etiam edere & bibere cum ebrijs, Veniet Do-
 minus serui illius die quo non expectat, & hora
 51 qua non nouit; Et separabit eum, ac partem ei
 assignabit cum hypocritis: ¶ illic erit fletus &
 stridor dentium. Supr. 15. 41
 Infr. 25. 33

CAPVT XXV.

1. Virgines expectantes sponsum. 12. Vigilandum. 14.
 Talenta seruis tradita. 24. Seruus nequam. 30. Extre-
 mum iudicium quale. 41. Maledicti.

1 **T**unc erit simile regnum caelorum decem vir-
 ginibus, quæ sunt lampadibus suis prodi-
 2 erunt in occursum sponsi. Quinque autem ex
 3 eis erant prudentes, & quinque fatuæ. Quæ
 erant fatuæ, acceptis lampadibus suis, non cepe-
 4 rant oleum secum. Prudentes verò ceperant
 oleum in vasis suis vnà cum suis lampadibus.
 5 Tardante verò sponso, nictarunt omnes, ac dor-
 6 mierunt. Media autem nocte clamor ortus est
 E 5 dicen-

dicentium, Ecce sponsus venit, exite in occursum eius. Tunc surrexerunt omnes illae virgines, & prepararunt lampades suas. Fatuae autem prudentibus dixerunt, Date nobis ex oleo vestro: quia lampades nostrae extinguuntur. Responderunt verò prudentes illae, dicentes, Nequaquam, ne non sufficiat nobis & vobis, ite verò potius ad eos qui vendunt, & ipsae vobis emite. Quum autem irent emptum, venit sponsus: & quae paratae erant, introierunt cum eo ad nuptias, clausaque est ianua. Postea verò veniunt & reliquae virgines, dicentes, Domine, Domine, aperi nobis. Ipse verò respondens ait, Amen dico vobis, non novi vos. ¹ Vigilate itaque, quia nescitis diem neque horam, qua Filius hominis veniet.

² ¶ Itaque enim est, ut quum quispiam peregrè proficiscens vocavit seruos suos, & tradidit eis bona sua. Et huic quidem dedit, quinque talenta, alij autem duo, alij verò vnum: unicuique secundum ipsius facultatem: & peregrè profectus est statim. Profectus autem qui quinque talenta acceperat, negotiatus est ex ijs: & fecit altera quinque talenta. Itidem & qui duo acceperat, lucratus est & ipse altera duo. Qui autem vnum acceperat, abiens defodit illud in terram, & abscondit pecuniam domini sui. Post multum verò tempus venit dominus seruorum illorum, & confert rationem cum eis. Tunc accedens is qui quinque talenta acceperat, attulit altera quinque talenta, dicens, Domine, quinque talenta tradidisti mihi: ecce, altera quinque talenta lucratus sum ex eis. Dixit autem ei dominus eius, Bene habet, serue bone & fidelis, in paucis fuisti fidelis, super multa te constituam: ingredere in gaudium

Supr. 24. 43

Marc. 13. 33

Luc. 19. 12

- 22 gaudium domini tui. Accedens autem & qui
 duo talenta acceperat, ait, Domine, duo talenta
 tradidisti mihi: ecce, alia duo lucratus sum su-
 pra ea. Ait ei dominus eius, Bene habet, serue
 bone et fidelis: in paucis fuisti fidelis, super mul-
 ta te constituam: ingredere in gaudium domini
 24 tui. Accedens autem & qui unum talentum ac-
 ceperat, ait, Domine, noueram te hominē durū
 esse, qui metas ubi non seminasti, & inde cogas
 25 ubi non sparsisti: itaq; timens abij & occultauit
 talentum tuum in terra: ecce, habes quod tuum
 26 est. Respondens autem dominus eius, dixit ei,
 Serue male & cunctator, sciebas me metere, ubi
 non seminaui, & inde cogere, ubi non sparsi:
 27 Oportuit ergo te committere pecuniam meam
 mensarijs: & veniens ego recepissē meum, cum
 28 faenore. Tollite ergo ab eo talentum, & date ei
 29 qui habet decem talenta. (Omni enim habenti
 dabitur: & augebitur, qui uerò non habet, etiam
 30 quod habet, tolletur ab eo.) Et inutilem seruū
 eijcite in tenebras extimas: illic erit fletus &
 31 stridor dentium. ¶ Quum autem uenerit Filius
 hominis cum gloria sua, & omnes sancti Ange-
 32 li cum eo, tunc sedebit super thronū gloriæ suæ.
 Et cogentur corā eo omnes gentes: & separabit
 33 eos alteros ab alteris, ut pastor separat oues ab
 34 suam, hædos autem ad sinistrā. Tunc dicet rex
 ijs qui ad dexteram ipsius erunt, Venite bene-
 dicti Patri mei, possidete regnum paratum vo-
 35 bis à iactis fundamentis mundi. Esuriui e-
 nim, & dedistis mihi quo vescerer: sitiui &
 dedistis mihi potum: hospes eram, & collegi-
 36 stis me: Nudus, & amicuistis me: agrotauī,
 & inu-

Supr. 13. 12

Marc. 4. 25

Luc. 8. 18, &

19. 26

Supr. 12. & 23.

13.

Esa. 58. 7

Ezech. 18. 7

Eccl. 7. 32

& inuifistis me: in carcere eram, & veniftis ad me. Tunc respondebunt ei iufti, dicentes, Domine, quando te vidimus efurientem, & alimus? aut fitientem, & dedimus tibi potum? Quando autem te vidimus hospitem, & collegimus te? aut nudum, & amicum? Aut quando te vidimus agrotum, aut in carcere, & venimus ad te? Et respondens rex dicet eis, Amen dico vobis, quatenus id feciftis vni ex istis fratribus meis minimis, mihi feciftis. Tunc dicet etiam ijs qui ad finiftram erunt, ³⁷ Maledicti, abite à me in ignem æternum, qui parat⁹ est diabolo & angelis eius. Esuriui enim, ³⁸ & non dediftis mihi quo vescerer: fitiui, & non dediftis mihi potum: Hospes eram, & non ³⁹ collegiftis me: nudus, & non amicum: agrotus & in carcere eram, & non inuifistis me. Tunc ipsi quoque respondebunt ei, dicentes, Domine, quando te vidimus efurientem, aut fitientem, aut hospitem, aut nudum, aut agrotum, aut in carcere, & non ministrauimus tibi? Tunc respondebit eis, dicens, Amen dico vobis, ⁴⁰ quatenus id non feciftis vni ex istis minimis, nec mihi feciftis. ⁴¹ Et abibunt isti in supplicium æternum: iufti verd in vitam æternam. ⁴²

Pfal. 6. 9
Supr. 7. 25
Luc. 13. 27

Dan. 11. 1
Iohan. 5. 29

CAPVT XXVI:

3. Consilium Sacerdotum contra Christum. 6. Christo pedes vnguntur. 14. Illum vendit Iudas. 26. Institutio Coenæ. 34 & 69. Petri abnegatio. 38. Tristis Christus. 47. Osculo proditus. 57. Ad Caipham ducitur. 64. Fatur se Christum. 67. Conspuitur.

Marc. 14. 1
Luc. 22. 1

ET ¶ factum est quum finisset Iesus omnes istos sermones, dixit discipulis suis, Scitis intra duos dies pascha fore, & Filium hominis tra-

- 3 tradendum, vt crucifigatur. ¶ Tunc coacti Ioh. ii. 49
 sunt principes sacerdotum & Scribæ & seniores
 4 tur Caiapha: Et simul confultarunt vt Iesum
 5 dolo prehenderent, & trucidarent. Dicebant
 autem, Non in festo, ne tumultus fiat in popu-
 6 lo. ¶ Quum autē Iesus esset Bethania in domo Marc. 14. 3
 7 Simonis leprosi, Venerat ad eum mulier, ha- Iohan. ii. 2
 bens alabastrum vnguenti grauis pretij, & effu-
 8 derat super caput ipsius accumbentis. Videntes
 autem discipuli eius indignati sunt, dicentes,
 9 Quorsum perditio hæc? Potuit enim istud
 vnguentum venundari magno, & dari pauperi-
 10 bus. Quum autem hoc cognouisset Iesus, ait
 eis, Quid molestiam exhibetis isti mulieri? opus
 11 enim bonum operata est erga me. ¶ Semper Deut. 15. 11
 enim pauperes habebitis vobiscum: me verò non
 12 semper habebitis. Quòd enim hæc vnguentum
 hoc iniecit corpori meo, ad sepeliendum me fe-
 13 cit. Amen dico vobis, Vbicunque prædicatum
 fuerit hoc Euangelium in toto mundo, etiam
 14 quod hæc fecit, dicetur ad memoriã ipsius. ¶ Tūc Marc. 14. 10
 profectus vnus ex duodecim, qui dicebatur Iu- Luc. 22. 7
 15 das Iscariotes, ad principes sacerdotum, Ait
 eis, Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum
 tradam? Ipsi verò appenderunt ei triginta ar-
 16 genteos numos. Et ex eo tempore quarebat
 17 opportunitatem vt eum proderet. ¶ Primo Marc. 14. 12
 autem die Azymorum venerunt discipuli ad Ie- Luc. 22. 7
 sum, dicentes ei, Vbi vis paremus tibi ad vesce-
 18 dum pascha? Ipse verò dixit, Abite in urbem ad
 quendam, & dicite ei, Magister dicit, Tempus
 meum prope est, apud te faciam pascha cum di-
 19 scipulis meis. Et fecerunt discipuli sicut præ-
 ceperat

Mat. 14. 18
Luc. 22. 14
Iohan. 13. 21

1. Co. n. 24

Marc. 14. 27
Ioh. 16. 30, &
18. 8
Zach. 13. 7
Marc. 14. 28
& 16. 7

Ioh. 13. 38

caperat eis Iesus: & parauerunt pascha. Quum
autem serum diei esset, recubuit cum duode-
cim. Et edentibus ipsis, dixit, Amen dico vo-
bis, vnus vestrum me prodet. Tunc contristati
vehementer, caperunt dicere singuli eorum ei,
Num ego sum, domine? Ipse verò respondens
ait, Qui intingit mecum manum in catino, iste
me proditurus est. Filius quidem hominis abit
sicut scriptum est de eo: vae autem homini illi
per quem Filius hominis prodicur: bonum erat
homini illi si natus non fuisset. Respondens
autem Iudas qui prodebat eum, dixit, Num ego
sum, rabbi? Dicit ei, Tu dixisti. ¶ Edentibus
autem eis, accepit Iesus panem: & quum benedi-
xisset, fregit, deditq; discipulis, & ait, Accipite,
comedite: hoc est corpus meum. Et accepto
poculo, ac gratijs actis, dedit eis, dicens, Bibite
ex eo omnes: Hoc est enim sanguis meus Noui
testamenti, qui pro multis effunditur in remis-
sionem peccatorum. Dico autem vobis, Non
bibam ab hoc tempore ex hoc fructu vitis, vsque
ad diem illum quum ipsum bibam vobiscum
nouum in regno Patris mei. ¶ Et quum hy-
mnum cecinissent, abierunt in montem Olearu.
¶ Tunc dicit eis Iesus, Omnes vos ista nocte of-
fendimini in me, scriptum est enim, Percutiam
pastorem, & dispergentur oves gregis. Post-
quam autem surrexero, præibo vobis in Gali-
laam. Respondens verò Petrus dixit ei, Etiami-
si omnes offendantur in te, ego nunquam offen-
dar. Dixit ei Iesus, Amen dico tibi, ista nocte
antequam gallus vocẽ mittat, ter me abnegabis.
Dicit ei Petrus, Etiamsi oportuerit me mori te-
cum, non te abnegabo. Similiter & omnes disci-
puli

- 36 puli dixerunt. ¶ Tunc venit Iesus cum eis in locum qui dicitur Gethsemane; & dicit discipulis, Sedete hic, vsquequò abiens, precatu fuero illic. Et assumpto Petro & duobus filijs Zebedai, ccepit contristari, & grauissimè angī. ¶ Tūc dicit eis Iesus, Vndiquaq; tristis est anima mea vsque ad mortem: manete hīc, & vigilate mecum. Et progressus paululūm, procidit in faciem suam precans: & dicens, Pater mi, si possibile est, abeat à me poculum istud. veruntamen non vt ego volo, sed vt tu. ¶ Tunc venit ad discipulos, & reperit eos dormientes, & dicit Petro, Itāne non potuistis vnā horam vigilare mecum? Vigilate & orate, ne introcatis in tentationem. spiritus quidem promptus, sed caro infirma est. Rursum secundo abiit, & precatu est, dicens, Pater mi, si non potest hoc poculum abire à me, quin bibam ipsum, fiat voluntas tua. Et quum venisset reperit eos rursum dormientes, erant enim oculi eorum grauati. Et relictis eis, rursum abiit; & precatu est tertio, eundem sermōnem dicens. Tunc venit ad discipulos suos, & dicit eis, Dormite quod superest, & requiescite: ecce, appropinquauit hora, & Filius hominis traditur in manus peccatorum. Surgite, eamus: ecce, appropinquauit qui me prodit. ¶ Et adhuc eo loquente, ecce, Iudas vnus ex duodecim, venit, & cum eo turba multa cum gladijs & fustibus, à principibus sacerdotum & senioribus populi. Is verò qui prodebat eum, dederat eis signum, dicēs, Quemcunq; osculatus fuero, is est: prehendite eum. Itaq; statim quum venisset ad Iesum, dixit, Aue Rabbi, Et deosculatus est eum. At Iesus dixit ei, Amice, quorsum

Mar. 14. 32

Luc. 22. 39

Marc. 14. 43

Luc. 22. 47

Iohan. 18. 3

- quorsum ades? Tunc accesserunt, & manus ini-
iecerunt in Iesum, & prehenderunt eum. ¶ Ecce 51
ecce, vnus ex ijs, qui erant cum Iesu, extensa ma-
nu exeruit gladium suum, & percussio seruo
Pontificis maximi, abstulit auriculā eius. Tunc 52
ait ei Iesus, Conuerte gladium tuum in locum
Gen. 9. 6 suum, ⁊ quicumque enim acceperint gladium,
Apoc. 13. 10 gladio peribunt. An putas me non posse nunc
precarī Patrem meum, qui huc sistat mihi plures
Esa. 53. 10 quàm duodecim legiones Angelorum? Quo-
modo ergo impleantur ⁊ Scripturæ, quæ di-
cunt sic oportere fieri? In illa hora dixit Iesus 55
turbæ, Vt aduersus latronem exiistis cum gla-
dijs & fustibus, vt comprehenderetis me, quo-
tidie apud vos sedebam docens in templo, nec
Supr. 14. 51 prehendistis me. ⁊ Hoc autem totum factum
est, vt impleantur Scripturæ Prophetarum.
Marc. 14. 53 Tunc discipuli omnes, relicto eo, fugerunt. ⁊ Il- 57
li verò prehensum Iesum adduxerunt ad Caia-
pham Pontificem maximum, vbi Scribæ & se-
niores coacti erant. Petrus autem sequebatur 58
eum procul vsque in aulam Pontificis maximi
& ingressus intró, sedebat cum ministris, vt vi-
deret finem. ⁊ Principes autem sacerdotum & 59
seniores & totus confessus quærebant falsum
testimonium contra Iesum, vt eum morte mul-
tarent: Et non inuenerunt: etiam quum multi 60
falsi testes accessissent, non inuenerunt. Postre-
mò verò aduenientes duo falsi testes, Dixe- 61
runt, Iste dixit, ⁊ Possum dissoluere templum
Iohan. 2. 19 Dei, & triduo ipsum ædificare. Et surgens 62
Pontifex maximus dixit ei, Nihil respondes?
quid illud est quod isti aduersum te testifican-
tur? Iesus autem silebat. Et respondens Pon- 63
tifex

rifex maximus dixit ei, Adiuro te per Deum vi-
uentem, vt dicas nobis, an tu sis Christus ille
64 Filius Dei. Dicit ei Iesus, Tu dixisti: quineti- Supr. 16. 27
am dico vobis, ab hoc tempore videbitis ^{Filiu} Rom. 14. 10
hominis sedentem ad dextram potentie Dei, & 1. Thes. 4. 14
65 venientem in nubibus caeli. Tunc Pontifex
maximus dirupit vestimenta sua, dicens, Blas-
phemavit. quid amplius egemus testibus? ecce,
66 nunc audistis blasphemiam eius. Quid vobis
videtur? Ipsi vero respondentes, dixerunt, Te-
67 netur mortis poena. Tunc inspuerunt in fa- Esa. 50. 6
ciem eius, & colaphos ei inflixerunt: alij vero
68 bacillis eum ceciderunt, Dicentes, Vaticinare
69 nobis Christe, quis sit, qui te percussit. ¶ Petrus Marc. 14. 68
autem sedebat extra in aula: & accessit ad eum Luc. 22. 55
quaedam ancillula, dicens, & tu cu Iesu Galilaeo Iohan. 18. 25
70 eras. Ipse vero negavit coram omnibus, dicens,
71 Nescio quid dicas. Eum autem egredientem
in vestibulum, vidit alia ancilla: & dixit ijs qui
72 erant illic, Et iste erat cum Iesu Nazareno. Tunc
rursus negavit cum iureiurando, Non novi
73 hominem. Paulò post autem accesserunt qui
adstabant, & dixerunt Petro, Verè & tu ex ipsis
74 es: nam & loquutio tua te manifestum facit.
Tunc coepit seipsum deuouere, & iurare, dicēs,
75 Non novi hominem. Et statim gallus misit
vocem. Tunc meminit Petrus verborum Iesu,
qui dixerat ei, Priusquam gallus vocem mittat,
ter me abnegabis. Et egressus extra fleuit amarè.

CAPVT XXVII.

1. Pilato vincus traditur. 2. Iudas seipsum strangulat. 19.
Vxor Pilati. 20. Barrabas petitur. 24. Pilatus lauat ma-
nus. 29. Christus spinis coronatur. 34. Crucifigitur. 40.
Conuictis incesitur. 50. Emitit spiritum. 57. Sepulchro
imponitur. 62. Custoditur a militibus.

Marc. 15. 1
 Luc. 22. 66
 Iohan. 18. 20

Act. 1. 18

Act. 1. 19

Zach. 11. 13

Marc. 15. 3
 Lucæ 23. 3
 Ioh. 18. 33

MANÈ autem quum esset, consilium ceperunt omnes principes sacerdotum & seniores populi aduersus Iesum, vt eum morte multarent. Et vinctum eum abduxerunt, ac tradiderunt Pontio Pilato præfidi. ¶ Tunc Iudas qui eum prodiderat, videns eum damnatum esse, pœnitens, retulit triginta argenteos numos ad principes sacerdotum & seniores. Dicens, Pœcaui, prodito sanguine innoxio: At illi dixerunt, Quid ad nos? tu videris. Et ipse abiectis illis numis argenteis in templum, secessit, & abiens strangulauit sese. Principes autem sacerdotum acceptis numis illis argenteis, dixerunt, Non licet eos mittere in corbanan: quoniam pretium sanguinis est. Consilio autem capto, emerunt ex eis agrum illum figuli, ad sepulturam hospitum. Quapropter vocatus est ager ille, ager sanguinis, vsque in hodiernum diem. (Tunc impletum est quod dictum est per Ieremiam Prophetam, dicentem, Et acceperunt triginta numos argenteos, pretium æstimati, qui æstimatus fuit à filiis Israel: Et dederunt eos ad emendum agrum figuli, sicut constituit mihi Dominus.) ¶ Iesus autem stetit coram præfide, & interrogauit eum præses, dicens, Tunc es rex ille Iudæorum? Dixit autem ei Iesus, Tu dicis. Et quum ipse accusaretur à principibus sacerdotum & senioribus, nihil respondit. Tunc dicit ei Pilatus, Non audis quàm multa aduersum te testificentur? Et non respondit ei ad vllum verbum: ita vt miraretur præses valde. ¶ Præses autem in festo consueuerat turbae dimittere vnum vinctum, quem voluissent. Habebant verò tunc vinctum insignem, qui dice-

- 17 dicebatur Barabbas. Iphis igitur coactis, dixit
 eis Pilatus, Vtrum vultis dimittam vobis? Ba-
 18 rabban, an Iesum qui dicitur Christus? Scie-
 bat enim quòd per inuidiam tradidissent eum.
 19 Sedente autem eo pro tribunali, misit ad e-
 um vxor eius, dicens, Nihil tibi rei fit cum iu-
 sto illo: multa enim passa sum hodie in somnijs
 20 propter eum. ¶ Principes autem sacerdotum Mar. 15. 1
 & seniores persuaserunt turbae, vt peteret Ba- Luc. 23. 18
 21 rabban, Iesum verò perderet. Respondens au- Ioh. 18. 40
 tem praeses dixit eis, Vtrum è duobus illis vul- Act. 3. 14
 22 tis, vt vobis dimittam? Ipsi verò dixerunt, Ba-
 rabban. Dixit eis Pilatus, Quid igitur fa-
 23 ciam Iesu qui dicitur Christus? Dicunt ei o-
 mnes, Crucifigatur. Praeses autem ait, Enim-
 24 vero quid mali fecit? At illi amplius clama-
 bant, dicentes, Crucifigatur. ¶ Videns autem
 Pilatus se nihil proficere, sed maiorem tumul-
 25 tum fieri, accepta aqua abluit manus coram
 turba, dicens, Innoxius ego sum à sanguine
 26 huius iusti: vos videritis. Et respondens vni-
 uersus populus dixit, Sanguis eius super nos
 & super filios nostros. Tunc dimisit eis Ba-
 27 rabban: Iesum autem flagellatum tradidit, vt
 crucifigeretur. ¶ Tunc milites praesidis, quò
 28 abduxissent Iesum in pratorium, coegerunt Mar. 15. 18
 ad eum vniuersam cohortem. Et quum exiis- Iohan. 19. 1
 sent eum, circumposuerunt ei chlamydem coc-
 29 cinam. Et coronam è spinis contextam impo-
 suerunt eius capiti, & arundinem in dextram
 eius: & genu ante eum summissò, illudebant
 30 ei, dicentes, Ave Rex Iudæorum. Et quum
 inspuiissent in eum, ceperunt arundinem il-
 31 lam, & verberabant caput eius. Et quum illu-

Marc. 15. 12

Luc. 13. 26

Mar. 15. 12

Luc. 23. 32

Ioh. 19. 16

Marc. 15. 24

Psal. 22. 19

Iohan. 2. 19

Psal. 22. 5

Sap. 1. 28

Psal. 12. 2

illuserunt ei, exuerunt eum chlamyde, indueruntque vestimentis suis: & abduxerunt eum, ut crucifigerent. Exeuntes autem inuenerunt quendam Cyrenæum, nomine Simonem, hunc angariauerunt, ut portaret crucem eius. Et cum venissent in locum qui dicitur Golgotha, quod est Caluarie locus, Dederunt ei acetum bibendum cum felle mistum: & quum gustasset, noluit bibere. Postquam autem crucifixi sunt eum, partiti sunt eius vestimenta, sortem iacentes: ut impleretur quod dictum est à Propheta, Partiti sunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam iecerunt sortem. Et sedentes seruabant eum illic. Et imposuerunt super caput eius crimen ipsius scriptum, HIC EST IESVS REX ILLE IYDAEORVM. Tunc crucifiguntur cum eo duo latrones: vnus ad dextram, & alter ad sinistram. Qui verò præteribant, conuitiabantur ei, mouentes capita sua, Et dicentes, Tu qui destruis templum, & tridud ædificas, serua te ipsum: si Filius Dei es, descende à cruce. Similiter autem etiam principes sacerdotum illudetes cum Scribis & senioribus, dicebant, Alios seruauit, se ipsum non potest seruare: si rex Israel est, descendat nunc à cruce, & credemus ei. Confidit in Deo, liberet eum nunc, si vult eum. dixit enim Filius Dei sum. Id ipsum autem etiam latrones qui crucifixi erant cum eo, exprobrabant ei. A sexta autem hora tenebræ factæ sunt super vniuersam regionem, vsque ad horam nonam. Circiter verò horam nonam exclamauit Iesus voce magna, dicens, Eli, Eli, lama sabachthani? Hoc est, Deus meus, Deus meus, cur deseruisti me?

Quidam

47 Quidam autē ex ijs qui illic stabant, quum hoc
 48 audissent, dicebant, Eliam vocat iste. Et statim
 currens quidam ex eis, quum acceptam spon- Psal. 69. 22
 49 sionem implicuisset aceto, & circumposuisset cala-
 49 mo, dedit ei vt biberet. Reliqui verò dicebant,
 Sine, videamus an veniat Elias seruaturus eum.
 50 ¶ Iesus autem quum rursus clamasset voce ma-
 51 gna, emisit spiritum. ¶ Et ecce, aulacum tem- 2. Par. 5. 14
 51 pli filium est in duas partes à summo. vsque ad
 52 imum: & terra mota est, & petrae fissae sunt. Et
 monumenta aperta sunt. & multa corpora san-
 53 ctorum qui dormierant, surrexerunt, Qui e-
 gressi e monumentis post resurrectionem eius,
 54 introierunt in sanctam urbem, & apparuerunt
 multis. Centurio verò & qui cum eo erant ser-
 uantes Iesum, viso terramotu & ijs quae facta
 fuerant, timuerunt vehementer, dicentes, Verò
 55 filius Dei erat iste. Erant autem illic mulieres
 multae procul spectantes, quae sequutae fuerant
 56 Iesum à Galilaea, ministrantes ei. Inter quas
 erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi & Iose-
 57 ph mater, & mater filiorum Zebedaei. ¶ Quum Mar. 15. 42
 autem serum diei esset, venit homo diues ab vr- Luc. 23. 50
 58 be Arimathaea, nomine Ioseph, qui & ipse disci- Iohan. 19. 38
 pulus fuerat Iesu. Is adiit Pilatum & petijt
 59 corpus Iesu. Tunc Pilatus iussit reddi corpus.
 Et Ioseph quum accepisset corpus, inuoluit illud
 60 sindone pura: Posuitque in monumento suo
 nouo quod exciderat in petra: & aduoluto saxo
 61 magno ad ostium monumenti, abiit. Erat au-
 tem illic Maria Magdalene & altera Maria, se-
 62 dentes contra sepulcrum. Postero autem die
 quae sequitur Parasceuen, coacti sunt principes
 63 sacerdotum & Pharisei ad Pilatum, Dicentes,
 F 3 Domi-

Domine, meminimus planum illum dixisse quif
adhuc viueret, Tertio post die surgam. Iube ergo
muniri sepulcrum vsque in diem tertium :
ne quando veniant discipuli eius nocte, & fu-
rentur eum, dicantque populo, Surrexit à mor-
tuis. & erit vltimus error peior priore. Dixit
eis Pilatus, Habetis custodiam, abite, munite si-
cut scitis. Ipsi autem profecti munierunt se-
pulcrum, obsignato lapide, cum custodia.

CAPVT XXVIII.

1. Mulieres sepulcrum adeunt. 2. Angelus. S. Christus
conspicitur a mulieribus. 18. Mittit Apostolos ad prædi-
candum.

Marc. 16. 6
Ioh. 20. 11

EXtremo autem Sabbatho, quum lucefceret
in primum diem hebdomadis, venit Maria
Magdalene & altera Maria, vt spectarent sepul-
crum. Et ecce, terramotus factus est magnus.
Angelus enim Domini quum descendisset è cæ-
lo, & accessisset, deuoluit lapidē ab ostio, sede-
bátque super eum. Erat autem visus eius, vt
fulgur, & vestimentum eius album sicut nix.
Custodes autem concussi sunt præ ipsius timo-
re, & facti sunt sicut mortui. Respondens autē
Angelus dixit mulieribus, Vos verò ne timete:
scio enim vos Iesum crucifixum quærere. Non
est hîc: surrexit enim prout dixit, Venite, vide-
te locum vbi iacebat Dominus. Et citò profe-
ctæ dicite discipulis eius, eum surrexisse à mor-
tuis. Et ecce, præit vobis in Galilæam illic eum
videbitis. Ecce, dixi vobis. Tunc egressæ citò à
monumēto cum timore & gaudio magno, cur-
rebant, vt renuntiarent discipulis eius. ¶ Quum
autem proficiscerentur, vt annuntiarent disci-
pulis eius, ecce, Iesus occurrit eis, dicens, Auete.

Illæ autem accesserunt, & prehenderunt pedes
 10 eius, & adorauerunt eum. Tunc ait eis Iesus,
 Ne timete: abite. annuntiate fratribus meis, vt
 11 abeant in Galilæam: & illic me videbunt. ¶ Pro-
 ficiscentibus autem ipsis. ecce, quidam ex cu-
 stodia venerunt in urbem, & annuntiauerunt
 12 principibus sacerdotum omnia, quæ facta fue-
 rant. Tunc coacti cum senioribus, consilio
 capto, pecuniam multam dederunt militibus,
 13 Dicentes, Dicite, Discipuli eius nocte venerunt,
 14 & eum furati sunt nobis dormientibus. Quod
 si hoc auditum fuerit apud præsidem, nos per-
 15 suadebimus ei, & securos vos præstabimus. Ipsi
 verò accepta pecunia fecerunt sicut erant edocti:
 & diuulgatus est iste sermo apud Iudæos vsque
 16 ad hodiernum diem. ¶ Undecim autem disci-
 puli profecti sunt in Galilæam, in montem vbi
 17 constituerat eis Iesus. Et quum vidissent eum,
 adorauerunt eum: quidam autem dubitau-
 18 runt. Et accedens Iesus loquutus est eis, di-
 cens, ¹Data est mihi omnis autoritas in celo & Heb. 1. 2
 19 in terra. ¶ ²Profecti ergo docete omnes gen- Mar. 16. 19
 tes, baptizantes eos in nomine Patris & Filij &
 20 Spiritus sancti: Docentes eos seruare omnia
 quæ mandauit vobis. & ecce, ego vobiscum
 sum omnibus diebus vsque ad con-
 summationem seculi.

Amen.



EVANGELIVM
SECUNDVM MARCVM.

CAPVT I.

4. Baptizat Iohannes. 6. Vestitus & victus ipsius.
9. Baptizatur Iesus. 12. Tentatur. 14. prædicat Euang.
16. 21. & 39. Docet in synagogis. 23. Sanat Dæmo-
niacum. 29. Socrum Petri. 32. Multos infirmos. 40.
Leprosum.

Malac. 3. 1

Esa. 40. 3

Luc. 3. 4

Ioh. 1. 15

Matt. 3. 4

Matt. 3. 5

Leu. 11. 22

Matth. 3. 12

Luc. 3. 16

Ioh. 1. 27

Actor. 1. 5, &

2. 4, & 11. 16,

& 19. 4

Matt. 3. 14

Luc. 3. 22

Ioh. 1. 33

Marc. 4. 1

Luc. 4. 1

PRINCIPIVM Euangelij Iesu Christi
Filij Dei: Vt scriptum est in Prophetis, 3
Ecce, ego mitto nuncium meum ante
faciem tuam, qui parabit viam tuam coram te.
Vox clamantis in deserto, Parate viam Domini, 3
complanate semitas eius. ¶ Baptizabat Iohan- 4
nes in deserto, & prædicabat baptismum resipi-
scientiæ ad remissionem peccatorum. Et exibat 5
ad eum tota Iudææ regio ac Hierosolymita: &
baptizabantur omnes ab eo in Iordane flumine,
confitentes peccata sua. Induebatur autem Io- 6
hannes pilis camelorum, & zona pellicea circa
lumbos suos: ¶ & edebat locustas, & mel sylue-
stre. ¶ Et prædicabat, dicens, Venit ponere me 7
qui validior me est, cuius non sum dignus, qui
incuruatus soluam corrigiam solearum. ¶ Ego 8
quidem baptizavi vos aqua: ipse vero baptizabit
vos Spiritu sancto. ¶ Et factum est diebus il- 9
lis, venit Iesus à Nazareth vrbe Galilææ, & ba-
ptizatus est in Iordane à Iohanne. Et statim 10
ascendens ex aqua, vidit findi cælos, & Spiritum
tanquam columbam descendere super eum. Et 11
vox extitit è cælis, Tu es Filius ille meus dile-
ctus, in quo acquiesco. ¶ Statimque Spiritus 12
eum expellit in desertum. Et fuit illic in deser- 13
to dies quadraginta, tentate eum Satana. eratq;
cum

- 14 cum feris: & angeli ministrabant ei. ¶ Postquam autem traditus fuit Iohannes in custodia, venit Iesus in Galilæam, prædicans Evangelium regni Dei: Et dicens, Impletum est tempus, & appropinquavit regnum Dei, respicite, & credite Evangelio. ¶ Ambulans autem ad mare Galilææ, vidit Simonem & Andream fratrem eius, iacentes rete in mare, (erant enim piscatores.) Et dixit eis Iesus, Sequimini me, & faciam ut sitis piscatores hominum. Et ipsi statim omisit retibus suis sequuti sunt eum.
- 15 Tunc progressus illinc paululum, vidit Iacobum filium Zebedæi, & Iohannem fratrem eius, qui & ipsi in nauigio sarciebant retia. Statimque vocauit eos: & ipsi omisso patre suo Zebedæo in nauigio cum mercenarijs, sequuti sunt eum. ¶ Et ingrediuntur Capernaum: statimque sabbatho ingressus Iesus in synagogam, docebat. ¶ Et percellabantur super doctrina eius. docebat enim eos ut autoritatem habens, & non ut Scribæ. ¶ Erat autem in synagoga eorum quidam, in quo erat spiritus impurus, qui exclamauit, Dicens, Ah, quid nobis tecum Iesu Nazarene? venisti ut perderes nos? noui te quis sis, nimirum Sanctus ille Dei. Et obiurgauit eum Iesus, dicens, Obmutesce, & exi ab eo. Tunc, quum discerpisset eum spiritum impurus, & clamasset voce magna, exiit ab eo. Et expauerunt omnes, ita ut mutuo quaererent inter se, dicentes, Quid est hoc? quæ doctrina noua hæc, ut per potestatem imperet etiam spiritibus impuris, & auscultent ei? Peruenit autem fama eius statim in totam regionem circumiacentem Galilææ: ¶ Et statim è
- Matt. 4. 12
 Luc. 4. 14
 Ioh. 4. 43
 Mat. 4. 18
 Luc. 5. 2
 Matt. 4. 23
 Luc. 4. 31
 Matt. 7. 28
 Luc. 4. 32
 Mar. 8. 14
 Luc. 4. 32

synagoga egressi, venerunt domum Simonis &
 Andrea cum Iacobo & Iohanne. Socrus autem 30
 Simonis decumbebat febricitans: & statim di-
 cunt ei de illa. Tunc accedens erexit eam, pre- 31
 hensa manu eius. & dimisit eam febris statim:
 & ministravit eis. Quum autem serum diei es- 32
 set, occidente sole, adducebant ad eum omnes
 malè affectos, & dæmoniacos. Et vrbs tota co- 33
 acta erat ad ostium. Et sanavit multos malè 34
 affectos varijs morbis: & dæmonia multa cie-
 cit: & non sinebat loqui dæmonia quòd ipsum
 nossent. Et manè valde multa nocte quum sur- 35
 rexisset exijt, & abiit in desertum locum, & illic
 precebat. Et prosequuti sunt eum Simon & 36
 qui cum ipso erant. Et quum inuenissent eum, 37
 dicunt ei, Omnes te quærunt. Tunc dicit eis, 38
 Eamus in contigua oppidula, vt & illic prædi-
 cem. ad hoc enim sum egressus. Et prædicabat 39
 in synagogis eorum, in tota Galilæa, & dæmo-
 nia eiiciebat. ¶ Venitque ad eum leprosus, pre- 40
 cans eum eique ad genua accidens, ac dicens ei,
 Si velis, potes me purgare. Iesus autem miseri- 41
 cordia commotus, extensa manu, tetigit eum, &
 dixit ei, Volo, purgator. Et quum hæc dixisset, 42
 statim abiit ab eo lepra, & purgatus fuit. Et 43
 grauitè interminatus ei Iesus statim ablegauit
 eum: Dixitque ei, Vide, vt nemini quicquam 44
 dicas: sed abi, ostende te ipsum sacerdoti, & of-
 fer pro purgatione tui quæ imperauit Moses,
 vt hoc sit eis testimonio. ¶ Ille verò egressus 45
 cœpit prædicare multa, & rem diuulgare, ita
 vt iam non posset Iesus manifestè introire in
 ciuitatem: sed foris in desertis locis erat, &
 veniebant ad eum vndique.

Mat. 2. 2
 Luc. 5. 12

Lemit. 14. 4
 Luc. 5. 18

CAPVT II.

3. & 5. Paralyticus remissis peccatis sanatur. 14. Matthei vocatio. 19. Ieiunia & afflictiones prædicantur. 23. Discipuli spicas vellunt. 26. Panes propositionis.

1 **ET** rursus intrauit Capernaum interiectis
 2 aliquot diebus, & auditum est eum domi
 3 esse. Statimque coacti sunt multi, aded vt iam
 4 non caperent eos ne ea quidem loca quæ erant
 5 ad ostium: & loquebatur eis sermonem Euan-
 6 gelij. Tunc veniunt ad eum ferentes paraly-
 7 ticum, qui à quatuor portabatur. Et quum
 8 non possent ei appropinquare propter turbam,
 9 detexerunt tectum adium in quibus erat, eoque
 10 perfosso, funibus demiserunt grabatum in
 11 quo paralyticus iacebat. Quum autem vidisset
 12 Iesus fidem eorum, dixit paralytico, Fili, remissa
 13 sunt tibi peccata tua. Erant autem illic
 14 quidam ex Scribis sedentes, & ratiocinantes in
 15 cordibus suis, Quid iste ita loquitur blasphemias?
 16 quis potest remittere peccata, nisi solus
 17 Deus? Et quum statim cognouisset Iesus spiritu
 18 suo, eos ita ratiocinari apud se, dixit eis,
 19 Quid ista ratiocinamini in cordibus vestris?
 20 Vtrum est facilius, dicere paralytico, Remissa
 21 sunt tibi peccata: an dicere, Surge, & tolle grabatum
 22 tuum, & ambula? Vt autem sciatis
 23 Filium hominis præditum esse autoritate remittendi
 24 peccata in terra, (ait paralytico.) Tibi dico, surge,
 25 ac tolle grabatū tuū, & abi domum tuā. Tunc ille
 26 statim surrexit: sublatoq; grabato, egressus est
 27 coram omnibus: aded vt obstupescerent omnes,
 28 & glorificaret Deū, dicētes, Nūquā tale quicquā
 29 vidim⁹. Et egressus est rursus ad

Matt. 9. 3

Ioh. 14. 4.
Esa. 43. 15Matt. 9. 9
Luc. 5. 27

ad mare: totaque turba veniebat ad eum, ac docebat eos. Et quum prætergrederetur, vidit ¹⁴
 Leuim Alphæi filium sedentem ad telonium: dixitque ei, Sequere me. Et is surgens sequutus est eum. Et factum est quum Iesus accumberet in domo illius, multi etiam publicani & peccatores simul discubebant cum Iesu & discipulis eius: erant enim multi, & sequuti fuerant eum. Quumque Scribæ ac Pharisei vidissent eum edentem cum publicanis & peccatoribus, dixerunt discipulis eius, Quid est quoddum publicanis & peccatoribus edit ac bibit? Et ¹⁷
 quum hoc audisset Iesus, dicit eis, Ijs qui valent non opus est medico, sed ijs qui male affecti sunt. ¹⁸ non veni ut vocarem iustos, sed peccatores ad resipiscentiam. ¶ Discipuli autem Iohannis ac Phariseorum ieiunabant: veniunt igitur & dicunt ei, Quare discipuli Iohannis & Phariseorum ieiunant, tui autem discipuli non ieiunant? ¹⁹ Tunc ait eis Iesus, Num possunt filij thalami quo tempore cum ipsis est sponsus, ieiunare? quandiu habent secum sponsum, non possunt ieiunare. Aderunt autem ²⁰
 dies quum tolleretur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt illis diebus. Sed nemo panniculum impexum insuit vestimento veteri: alioquin, illud ipsius supplementum nouum detrahit aliquid ex vetere vestimento, & fit peior fissura. Et nemo iniicit vinum nouum in vtres veteres: alioquin vinum nouum dirumpit vtres, & vinum effunditur, & vtres pereunt: sed vinum nouum in vtres recentes iniiciendum est. ¶ ²³ Factum est autem vt ipse præteriret Sabbatho per sata, & cooperunt discipuli eius

1. Tim. 1.13

Mat. 9.14
Luc. 5.33Matth. 12.1
Luc. 6.1

- 24 eius iter faciendo vellere spicas. Tunc Pharisei dixerunt ei, Ecce, cur faciunt Sabbatho, quod non licet? Et ipse dixit eis, Nunquam legistis quid fecerit Dauid quum egeret, & esuriret ipse & qui cum eo erant? Quomodo ingressus sit domum Dei sub Abiathar Pontifice maximo, & panes propositionis ederet, quos non licet edere nisi sacerdotibus, & dederit etiam iis qui secum erant? Dixit etiam eis, Sabbathum propter hominem factum est, non homo propter Sabbathum. Itaque filius hominis est etiam Sabbathi dominus.

Exod. 29. 33

Leui. 8. 31, &

24. 9

CAPVT III.

1. Arefacta manus sanatur. 6. Pharisei cum Herodianis consilium ineunt. 10. Tactu Christi sanantur mulier. 11. Eiusdem aspectu demones genibus accidunt. 14. Duodecim Apostoli. 24. Regnum aduersus sese partum. 29. Blasphemia in Spiritum. 33. Parentes Christi.

- 1 ET introiuit rursus in synagogam: eratque illic quidam arefactam manum habens: Et obseruabant an Sabbathis sanaturus esset eum, ut ipsum accusarent. Tunc ait homini habenti manum arefactam, Surge in medium. Eis autem dixit, Licet Sabbathis benefacere, an male facere cuipiam? hominem seruare, an trucidare: Ipsi vero silebant. Et quum circumspexisset eos cum ira, condolens quod occaluisset cor eorum, dicit homini, Extende manum tua. Et is extendit: restitutaque est manus eius sana ut altera. ¶ Tunc egressi Pharisei, statim cum Herodianis consilium inierunt aduersus eum, ut eum perderent. Sed Iesus cum discipulis suis secessit ad mare: & magna multitudo sequuta est eum a Galilæa, & a Iudæa: Et ab Hierosolymis,

Matt. 12. 9

Luc. 6. 6

lymis, & ab Idumæa, & regione quæ est trans Iordanem: & qui circa Tyrum ac Sidonem habitabant, magna multitudine, quum audissent quanta faceret, venerunt ad eum: Ipse autem dixit discipulis suis, vt nauigiolum sibi semper adesset, propter turbam, ne ipsum opprimerent. Multos enim sanauerat, adeo vt ruerent in eum, vt ipsum tangerent quotquot tenebantur flagellis. Et spiritus impuri quum eum conspexerant, accidebant ei ad pedes, & clamabant, dicentes, Tu es Filius ille Dei. Ipse verò multum interminabatur eis ne ipsum palàm facerent. ¶ Tunc ascendit in montem, & aduocauit ad se quos ipse voluit: & venerunt ad eum. Et constituit duodecim, qui secum essent & quos mitteret, vt prædicarent: Haberentq; potestatem sanandi morbos, & eijciendi dæmonia. Primum Simonem, (cui imposuit nomen Petrum.) Et Iacobum Filium Zebedæi, & Iohannem fratrem Iacobi, (& imposuit eis nomina Boanerges, quod est filij tonitru.) Et Andream, & Philippum, & Bartholomæum, & Matthæum, & Thomam, & Iacobum Alphæi filium, & Thaddæum, & Simonem Cananitem, Et Iudam Iscariotem, qui & prodidit eum, veneruntque domum. Conuenit autem rursus turba, adeo vt ne capere quidem cibum possent. ¶ Et quum hæc audissent ipsius pro-pinqui, venerunt vt prehenderent eum. dicebāt enim eum apud se non esse. Scribæ verò qui Hierosolymis descenderant: dicebant eum habere Beelzebul, & per principem dæmoniorum eijcere dæmonia. ¶ Quum autem eos aduocasset, dixit eis per parabolas, Quomodo potest

Infr. 6. 7
Matt. 10. 1
Luc. 9. 1

Matt. 9. 34 &
12. 24
Luc. 11. 14

- 24 test Satanam Satanam eiicere? Neque si regnum
 aduersus sese dissideat, potest stare regnum il-
 25 lud: Neque si domus contra semetipsam dissi-
 26 deat, potest stare domus illa. Sic quoque si Sa-
 tanas insurrexit, & dissidet aduersus semetip-
 27 sum, stare non potest, sed finem habet. Non
 potest quisquam validi alicuius vasa, ingressus
 domum eius, diripere, nisi primò validum illum
 28 vinxerit: & tunc domum eius diripiet. ⁵ Amen Matt. 12. 29
Luc. 12. 10
1. Ioh. 5. 16
 dico vobis, quæuis peccata remittentur filiis
 hominum, & blasphemiam quibuscunque blas-
 29 phemarint: Sed quicumque blasphemarit in
 Spiritum sanctum, non habet remissionem in
 30 æternum, sed tenetur æterno iudicio. Dicebant
 31 enim, Spiritum impurum habet. ² Veniunt Matt. 12. 46
Luc. 8. 19
 igitur fratres & mater eius: & foris stantes, mi-
 32 serunt ad eum, & eum vocarunt. Sedebat au-
 tem circa eum turba, illi verò dixerunt ei, Ecce,
 33 mater tua & fratres tui foris querunt te. Tunc
 respondit eis, dicens, Quæ est mater mea, aut
 34 fratres mei? Et quum circumspexisset in circui-
 tu circum se discipulos sedentes, ait, Ecce ma-
 35 ter mea & fratres mei. Quicumque enim fe-
 cerit quod Deus vult, is est frater meus, & soror
 mea, & mater.

CAPVT IIII.

4. Parabola seminantis. 14. Eiusdem expositio. 18:
 Spiritus 21. Lucerna. 26. Sementis iacta in terram. 31.
 Granum sinapis. 38. Dormit Christus in puppi.

- 1 **ET** ² rursus cepit docere iuxta mare: & coacta Mar. 13. 1
Luc. 8. 4
 est ad eum turba multa, adeò vt ipse naui-
 gium ingressus, sederet in mari: tota autem
 2 turba iuxta mare in terra erat. Et docebat eos

per parabolas multa, dicebátq; eis in doctrina sua. ¶ Audite, Ecce, quidā qui seminabat, exiit ad feminandū. Et factū est in feminando, aliud quidē cecidit iuxta viam: venerūtque volucres cæli, & deuorauerunt illud. Aliud verò cecidit in petrosa, vbi non habebat terram multam: & statim exortum est, propterea quòd non habebat profundam terram: Sole autem exortum torrefactum est, & propterea quòd non habebat radicem, exaruit. Et aliud cecidit in spinas: & assurrexerunt spinæ: ac suffocarunt illud, & fructum non dedit. Et aliud cecidit in terram bonam, deditque fructum assurgentem ac crescentem: & tulit aliud tricena, & aliud sexagena, & aliud centena. Tunc dixit eis, Qui habet aures ad audiendum, audiat. Quum autem esset solus, interrogarunt eum qui circa eum erāt eum duodecim, de parabola. Et dixit eis, Vobis datum est nosse mysterium regni Dei: ijs autem qui foris sunt, per parabolas omnia ista fiunt: ¶ Vt videntes videant, & non cernant: & audientes audiant & non intelligant: nequando conuertantur, & remittantur eis peccata. Prætera dixit eis, Nescitis parabolam istam? & quomodo omnes parabolas cognoscetis? Seminator ille, sermonem seminat. Isti autem sunt qui iuxta viam semen excipiunt, in quibus videlicet seminatur sermo: sed postquam audierunt, statim venit Satanas, & tollit sermonem seminatum in cordibus eorum. Et isti sunt similiter qui in petrosa semen excipiunt: qui videlicet quum audierint sermonem, statim cum gaudio accipiunt eum: Et non habent radicem in se, sed temporarij sunt: deinde orta oppressione

Esa. 6. 9

Matt. 13. 14

Luc. 8. 10

Ioh. 12. 40

Acto. 28. 26

Rom. 11. 8

- fione aut persequutione propter sermonem, sta-
 18 tim offenduntur. Hi sunt autem qui in spinas
 semen excipiunt, hi sunt, inquam, qui sermonem
 19 audiunt: Sed sollicitudines seculi huius, & fal-
 lacia diuitiarum, & cupiditates quæ in cæteris 1. Tim. 6. 17
 rebus versantur, introeuntes suffocant sermonem,
 20 isque rodditur infructuosus. Hi sunt verò qui
 in terram bonam semen exceperunt, qui videli-
 cet audiunt sermonem, & accipiunt, et fructum
 ferunt, aliud tricena, aliud sexagena, aliud cen-
 21 tena. ¶ Dixit etiam eis, Num lucerna venit, vt
 subter modium ponatur aut subter lectum? Mat. 5. 15
 22 nonne vt candelabro imponatur? Non est Luc. 8. 15, &
 enim quicquam occultum quod non manife- u. 33
 standum sit, vel quod abscondatur: sed oportet vt palam proferatur. Si quis habet aures ad
 23 audiendum, audiat. ¶ Præterea dixit eis, Vi-
 24 dete quid audiatis: quia mensura metimini, Mat. 7. 2
 alij vobis metientur, & adijcietur vobis qui au- Luc. 6. 38
 25 ditis. Qui enim habet, dabitur ei: & qui non
 26 habet, etiam, quod habet, tolletur ab eo. ¶ Item
 dicebat, Ita est regnum Dei, vt si quis piam iaciat
 27 semen in terram, Et dormiat, & exurgat nocte
 ac die: & semen germinet, & assurgat quomodo
 28 ipse nescit. Sponte enim terra fructum fert:
 primum herbam, deinde spicam, deinde plenum
 29 frumentum inspica. Quum autem prodiderit
 sese fructus, statim mittit falcem: quoniam a-
 30 dest messis. Dicebat etiam, Cui rei assimilamus
 31 regnum Dei? aut qua collatione confe- Mat. 13. 31
 semus illud? Velut grano sinapis: quod quum
 32 seminatur in terra, minimum est omnium se-
 minum quæ in terra sunt: Sed quum semina-
 tum fuerit, assurgit, & fit maximum omnium
 G olerum:

CAP. V.

EVANGELIUM

Matth. 13. 34

Matth. 8. 23
Luc. 8. 22

olerum : editque ramos magnos , ita vt possint
sub eius ymbra volucres cæli nidulari. ² Et ta- 33
libus multis parabolis loquebatur eis sermo-
nem, prout poterant audire. Absque parabola 34
verò non loquebatur eis : priuatim autem di-
scipulis suis explicabat omnia. ¶ ⁵ Dixit autem 35
eis die illo , quum serum diei esset, Transeamus
in vltiorem ripam. Dimissa igitur turba ac- 36
ceperunt eum, vt erat in nauigio : sed alia naui-
giola erant cumeo. Tunc oritur turbo venti 37
magnus : fluctusque irruebant in nauigium, ita
vt iam impleretur. Erat autem ipse in puppi, 38
cervicali indormiens. tunc expergefaciunt eum,
dicuntque ei, Magister, non est tibi curæ, quòd
perimus? Experrectus igitur obiurgauit ven- 39
tum, dixitque mari, Sile, obmutesce. Tum qui-
euit ventus, factaque est tranquillitas magna.
Dixit autem eis, Quid ita timidi estis? quomo- 40
do fidem non habetis? Et timuerunt timore 41
magno, dicebantque alius ad alium, Quisnam
iste est, vt etiam ventus & mare auscultent eis

CAPVT V.

1. Dæmoniæcus sanatur. 6. Dæmon agnoscens Chri-
stum. 9. Legio Dæmoniorum. 13. In porcos intrat. 22.
Iairi filia. 25. Mulier a fluxione sanguinis sanatur. 26.
Medici. 34. Fides. 39. Dormire.

Matth. 8. 23
Luc. 8. 26

ET ² venerunt in vltiorem ripam maris, in
regionem Gadarenorum. Egressoque ei è
nauigio, statim occurrit è monumentis homo
in quo erat spiritus impurus : Qui domicilium
habebat in monumentis, & ne catenis quidem
quisquam poterat eum vincire: Propterea
quòd sæpe pedicis & catenis vinctus fuerat, sed
dis-

4 discerptæ fuerant ab eo catenæ, & pedicæ con-
 5 trita: neque quisquam potuerat eum doma-
 6 re. Et per omne tempus die ac nocte in mon-
 7 tibus & in monumentis erat clamans, & con-
 8 tidens seipsum lapidibus. Quum vidisset au-
 9 tem Iesum procul, occurrit, & adorauit eum:
 10 Et clamans voce magna dixit, Quid mihi te-
 11 cum Iesu Fili Dei altissimi? adiuro te per
 12 Deum ne me torqueas. (Dicebat enim ei, Exi
 13 spiritus impure ex isto homine.) Tunc inter-
 14 rogauit eum, Quod tibi nomen est? Et re-
 15 spondit dicens, Legio mihi nomen est, quia
 16 multi sumus. Et multum precabatur eum ne
 17 mitteretur extra illam regionem. Erat au-
 18 tem illic ad montes grex porcorum magnus
 19 pascens. Et precati sunt eum omnes illi dæ-
 20 mones, dicentes, Mitte nos in porcos, vt in-
 21 troeamus. Et permisit eis statim Ie-
 22 sus. Et egressi spiritus illi impuri introierunt
 23 in porcos: & ruit ille grex præcipitio in ma-
 24 re, (erant autem quasi bis mille) & suffocati
 25 sunt in mari. Qui verò pascebant porcos fu-
 26 gerunt, & renuntiarunt in urbem & in a-
 27 gros. Et illi egressi sunt, vt viderent quid il-
 28 lud esset quod factum fuerat. Veniunt igitur
 29 ad Iesum, & conspiciunt eum qui fuerat
 30 dæmoniacus, sedentem ac vestitum, & sanæ
 31 mentis, eum inquam, qui habuerat legio-
 32 nem: & timuerunt. Et qui id viderant,
 33 narrauerunt eis, quomodo actum esset cum
 34 dæmoniaci, & de porcis. Tunc illi cœpe-
 35 runt eum rogare, vt abiret ex finibus ipso-
 36 rum. Ipso verò ingresso in nauigium, roga-
 37 bat eum ille, qui fuerat dæmoniacus, vt esset
 38 cum

Matt. 9. 18
Luc. 8. 41

cum ipso. Iesus autem non permisit ei, sed ei dixit, Abi domum tuam ad tuos, & eis renuntia quanta tibi dominus præstiterit, & quantopere misertus sit tui. Abijt igitur ille, & cœpit prædicare in Decapoli quanta ipsi fecisset Iesus. & omnes mirabantur. Et quum Iesus rursus traiecisset nauigio in vltiorem ripam, coacta est turba multa ad eum: eratque apud mare. Et ecce, venit vnus ex principibus synagogæ, nomine Iairus: & quum vidisset eum, accidit ad pedes eius. Et multum precabatur eum, dicens, Filiola mea in extremum adducta est: rogo vt venias & imponas ei manus, vt seruetur: & viuere. Abijt igitur Iesus cum eo: & sequebatur eum turba multa, & comprimebant eum. (Tunc mulier quædam quæ erat in fluxione sanguinis ab annis duodecim: fueratque multa perpeffa à multis medicis, & expenderat omnia sua, & nihil adiuta fuerat, sed potius in deterius venerat: Quum audisset de Iesu, venit in turbam tergo, & tetigit vestimentum eius. Dicebat enim, Si vel vestimenta eius tetigero, seruabor. Et statim exaruit fons sanguinis eius: & sensit corpore se sanatam esse ex eo flagello. Statim autem Iesus quum apud se cognouisset vim quæ ex ipso exierat, conuersus in turba, dixit, Quis tetigit vestimenta mea? Et dixerunt ei discipuli ipsius, Vides turbam te opprimentem, et dicis, Quis me tetigit? Ipse verò circumspiciebat, videret eam quæ hoc fecerat. Mulier autem, mens & tremens, quum sciret quod in se factum fuerat, venit & accidit ei ad pedes, dixitque ei omnem veritatem. Ille autem dixit ei, Filia, des tua te seruauit: abi in pace, & esto sana ex flagello

35 flagello tuo.) Adhuc eo loquente veniunt quidam à principe synagogæ, dicentes, Filia tua mortua est: quid amplius vexas magistrum?
 36 Iesus autem, statim ut audiit hunc sermonem qui dicebatur, dicit prefecto synagogæ, Ne metue, solummodò crede. Neq; permittit ut quisquam ipsum consequeretur, nisi Petrus & Iacobus, & Iohannes frater Iacobi. Tunc venit domum prefecti synagogæ, & tumultum conspicit, flentes & eiulantes multum. Et ingressus dicit eis, Quid tumultuamini & fletis? puella non est mortua, sed dormit. Et deridebant eum. Ipse verò, eiectionibus omnibus, accipit patrem & matrem puellæ, & eos qui secum erant, & ingreditur eò ubi puella erat iacens. Prehensaque manu puellæ, dicit ei, Talitha cumi: quod est, si interpretaris, Puella (tibi dico) surge. Et statim surrexit puella, & ambulabat: erat enim annorum duodecim, & obstupuerunt stupore magno. Ipse verò multum imperavit eis nequis id resciret: dixitque ut daretur puellæ quo videretur.

CAPVT VI.

1. Prædicans Christus a suis in patria contemnitur. 6. Incredulitas Nazarenorum. 7. Mittuntur Apostoli. 13. Eijciunt dæmonia: unguunt oleo ægrotos. 14. Iudicium Herodis de Christo. 18. Iohannes quare coniectus in carcerem. 22. Saltare. 27. Iohannes decollatus. 29. Sepultus. 30. Apostoli reuersi a prædicatione. 34. Christus docet in deserto. 37. Pascit populū quinque pambus. 48. Apostoli vexantur in mari. 56. Sanantur infirmi tactu vestimenti Christi.

1 ET egressus est illinc, venitque in patriam suam: & sequuti sunt eum discipuli eius. Mat. 13. 54
 2 Quumque aduenisset Sabbathum, cœpit in synagoga docere: multique audientes percellerant. Luc. 4. 16

bantur, dicentes, Vnde huic ista? & quæ est hæc
 sapientia quæ data est ei, vt etiam virtutes tales
 per manus eius edantur? Nonne iste est faber
 ille, filius Mariæ, frater Iacobi & Iosæ & Iudæ
 & Simonis? nonne & sorores eius hæc sunt apud
 nos? Et offendebantur in ipso. Dicebat autem
 Iohan. 4. 44 eis Iesus, Non est Propheta inhonoratus nisi
 in patria sua, & inter cognatos, & in domo sua.
 Neque potuit illic virtutem vllam edere, sed
 quum paucis agrotis imposuisset manus, sana-
 uit eos. Mirabaturque propter incredulita-
 tem eorum: & circuibat vicos in orbem, do-
 cens. ¶ Tunc aduocauit duodecim illos, cœ-
 pitque eos mittere binos. deditque eis potesta-
 tem aduersus spiritus impuros. Et præcepit eis
 vt nihil fumerent ad iter, nisi virgam tantum,
 non peram, non panem, non æs in zona: Sed
 vt calcearentur sandalijs: & ne induerentur
 binis tunicis. Et dicebat eis, Vbicunque intro-
 ieritis domum illic manete vsquedum exeatis
 illinc. ¶ Et quicumque non receperint vos, ne-
 que audierint vos, egressi illinc, excutite pul-
 uerem qui subest pedibus vestris, vt hoc sit testi-
 monio aduersus eos. Amen dico vobis, tolera-
 bilior erit Sodomorum conditio siue Gomor-
 rhorum in die iudicij, quàm vrbs illius. Egres-
 si igitur illi prædicabant, vt resipiscerent homi-
 nes. Et dæmonia multa eiciebant: vnge-
 bantque oleo multos agrotos, & sanabant eos.
 ¶ Audiuit autem hæc rex Herodes, (clarum
 enim factum erat nomen eius) dixitque, Iohan-
 nes ille qui baptizabat, surrexit à mortuis, &
 propterea virtutes agunt in eo. Alij dicebant,
 Elias est. Alij verò dicebant, Propheta est, vel
 vnus

- 16 vnus ex Prophetis illis. Quum igitur hæc Luc. 3. 19
 audisset Herodes, ait, Hic est Iohannes, quem
 17 ego decollavi, ipse surrexit à mortuis. Ipse enim
 Herodes missis satellitibus prehenderat Iohannem,
 & vinxerat eum in carcere, propter Herodiam
 uxorem Philippi fratris sui, quia
 18 duxerat eam uxorem. Dicebat enim Iohannes
 Herodi. Non licet tibi habere uxorem fratris Leuit. 18. 15
 tui. Herodias autem imminebat ei, & cupiebat
 19 eum trucidare: nec poterat. Herodes enim
 20 metuebat Iohannem, sciens eum esse virum Matth. 22. 25
 iustum ac sanctum, & obseruabat eum: auditore
 quoque eo multa faciebat, & libenter eum audiebat.
 21 Quum igitur dies opportunus adesset, quo tempore
 Herodes in natalitijs suis cœnam faciebat
 22 proceribus suis ac chiliarchis & primarijs Galilææ:
 Et introisset filia ipsius Herodiadis,
 ac saltasset, placuissetque Herodi & simul
 accumbentibus, Rex ait puellæ, Pete à me
 quodcunque volueris, & dabo tibi.
 23 Iurauitque ei, Quodcunque à me petieris,
 dabo tibi, vsque ad dimidium regni mei.
 24 At illa egressa dixit matri suæ, Quid petam?
 25 Illa verò dixit, Caput Iohannis Baptistæ. Puella
 igitur cupidè statim ad regem ingressa, id
 petijt, dicens, Velim, vt iam nunc des mihi
 26 in patina caput Iohannis Baptistæ. Rex autem
 valde tristis factus, noluit tamen, propter
 iurandum & eos qui simul accumbebant,
 27 eam reijcere. Et statim rex, misso spiculatori,
 28 imperauit vt adferretur caput eius. Ille vero
 abiit ac decollauit eum in carcere: attulitque
 caput eius in patina, & dedit illud puellæ,
 29 & puella dedit illud matri suæ. Quumque hoc

- audissent discipuli eius, venerunt & sustulerunt
 Luc. 9. 10 cadauer eius, & posuerunt in monumento. ²Go-³⁰
 acti sunt autem Apostoli ad Iesum, & annun-
 tiauerunt ei omnia & quae egerant & quae do-
 cuerant. Et dixit eis, Venite vos priuatim in ³¹
 desertum locum, & requiescite paululum. Erat
 enim multi venientes & abeuntes: & ne cibum
 Matth. 14. 18 quidem capere ipsis vacabat. ²Abierunt igitur
 Luc. 9. 10 in desertum locum nauigio seorsim. Vidit ³²
 autem eos abeuntes turba, & agnouerunt eum
 multi: & pedibus ex omnibus ciuitatibus con-
 currerunt illuc, praeueneruntque eos, & conue-
 nerunt ad eum. ²Tunc ingressus vidit turbam ³⁴
 Matth. 9. 36, & 14. 14 multam Iesus, & misericordia commotus est su-
 per eis, quoniam erant ut oues non habentes pa-
 Luc. 9. 11 storem: coepitque eos docere multa. ²Quum ³⁵
 Matth. 14. 15 autem iam multus dies esset, adierunt eum dis-
 cipuli eius, dicentes, Desertus est locus, & iam
 multus dies est: Dimitte eos, ut profecti in cir-³⁶
 cumiacentes agros ac vicos, emant sibi panes.
 nam quo vescantur non habent. At ille respon-³⁷
 dens dixit eis, Date vos ipsis quo vescantur. Tunc
 dicunt ei, Num ut profecti emamus ducentis
 denarijs panes, & demus eis quo vescantur? Ipse ³⁸
 vero dicit eis, Quot panes habetis? abite & vi-
 dete. ²Et illi re cognita, dixerunt, Quinque, &
 Luc. 9. 13 & 14. 14 duos pisces. Tunc iussit eos facere ut accum-³⁹
 berent omnes per conuiuia super viridi grami-
 ne. Accubuerunt igitur sigillatim per arcolas, ⁴⁰
 partim centeni & partim quinquageni. Et ac-⁴¹
 ceptis quinque illis panibus ac duobus illis pis-
 cibus, suspiciens in caelum, benedixit, ac fregit
 panes: deditque discipulis suis, ut illis appone-
 rent: & duos pisces partitus est omnibus. Co-⁴³
 mede-

43 mederuntque omnes, & saturati sunt: Et su-
 stulerunt fragmentorum duodecim cophinos
 44 plenos, & ex piscibus. Erant autem qui come-
 45 derant, quasi quinquies mille viri. ¶ Et statim
 coegit discipulos suos inscendere nauigium, &
 46 praeire Bethsaidam in vltiorem ripam, dum
 ipse dimitteret turbam. Et quum amandasset
 47 eos, abiit in montem ad precandum. ^{Matth. 14. 23} Quum
 autem serum diei adesset, erat nauigium in me- ^{Iohan. 6. 16}
 48 dio mari, & ipse solus in terra. Viditque eos
 vexatos in nauigio prouehendo: (erat enim vē-
 tus eis contrarius) & circa quartam vigiliam
 noctis venit ad eos, ambulans super mare: vole-
 49 batque eos praeire. Illi verò viso eo ambu-
 lante super mare, putarunt spectrum esse: & ex-
 50 clamauerunt: (Omnes enim videbant eum, &
 turbati sunt) sed statim loquutus est cum eis, &
 51 eis dixit, Confidite, ego sum, ne timete. Tunc
 ascendit ad eos in nauigium, quieuitque vetus:
 & ipsi multo magis apud sese obstupescabant, &
 52 mirabantur. Non enim intellexerant quod
 factum fuerat illis panibus: quoniam cor eorū
 53 occalluerat. Et quum traiecissent venerunt in
 54 terram Genezaret: & appulerunt. ¶ Tunc
 55 ipsis egressis è nauigio, statim agnito eo, Quum
 percurrissent totam illam circumiacentem re-
 gionem, coeperunt in grabatis malè affectos cir-
 56 cunferre, vbi audiebant eum esse. Et quocunq;
 introisset in vicos, aut vrbes, aut agros, in foris
 ponebant aegrotos, & precabantur eum, vt vel
 fimbriam pallij ipsius tangerent: & quotquot
 tangebant eum, seruabantur.

i. Apostoli reprehenduntur comedentes illotis manibus. 4. Phariseorum doctrina de lotionibus. 6. Hypocritæ. 8. Præcepta hominum, præceptis Dei præferuntur. 10. Parentes honorandi. 14. Quæ sunt quæ vere coinquinant hominem. 25. Chanana. 32. Surdus mutus sanat ur.

Matth. 15. 2

TVnc coguntur ad eum Pharisei, & quidam ex Scribis, qui venerant Hierosolymis. Et quum vidissent quosdam ex discipulis eius polutis manibus (id est illotis) edere panem, conquesti sunt. Nam Pharisei & omnes Iudæi, nisi pugno lauerint manus, non edunt, tenentes traditionem seniorum. Et à foro venientes, nisi loti fuerint, non edunt. Et alia multa sunt quæ acceperunt tenenda, nempe lotiones poculorum, & sextariorum, & eramentorum & leetorum. Deinde interrogarunt eum Pharisei & Scribæ, Quare discipuli tui non ambulant secundum traditionem seniorum, sed illotis manibus edunt panem? Ille verò respondens, dixit eis, Enim verò bene prophetauit Esaias de vobis hypocritis: vt scriptum est, Populus iste labijs me honorat, cor autem eorum procul abest à me. Frustra verò me colunt, docentes doctrinas quæ sunt mandata hominum. Nam omissio mandato Dei, tenetis traditionem hominum, lotiones sextariorum & poculorum: aliæque similia eiusmodi multa facitis. Præterea dixit eis, Sanè bene abrogatis mandatum Dei, vt traditionem vestram seruetis. ¶ Moses enim dixit, Honora patrem tuum & matrem tuam: & Qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur. Vos autem dicitis, Si dixerit quispiam patri vel matri, Corban (id est munus) quodcumque ex me erit, tibi proderit: insons erit.

Exod. 20. 17

Deutr. 5. 16

Ephes. 6. 2

Exod. 21. 17

Leuit. 20. 9

Prou. 20. 20

Nec

12 Nec permittitis amplius eum quicquam presta-
 13 re patri suo aut matri suæ: Abrogantes sermo-
 nem Dei traditione vestra quam tradidistis: &
 14 similia huiusmodi multa facitis. ¶ Præterea *Matth. 15. 10*
 15 aduocata tota turba, dixit eis, Audite me o-
 16 mnes, & intelligite. Nihil est extra hominem
 quod ingrediens in eum, possit eum polluere:
 sed quæ egrediuntur ex eo, illa sunt quæ pollu-
 17 unt hominem. Si quis habet aures ad audien-
 dum, audiat. Et quum introisset domum, di-
 18 gressus à turba, interrogarunt eum discipuli e-
 rus de parabola. Tunc dicit eis, Iræne & vos
 desipitis? non intelligitis, quicquid extrinsecus
 19 ingreditur in hominem, non posse eum pol-
 luere? Non enim ingreditur in cor eius,
 sed in ventrem: & in latrinam abit, purgans
 20 omnes escas. Dicebat autem, quod ex homi-
 21 ne egreditur, illud polluere hominem. ¶ *In. Gen. 6. 5.*
 22 tus enim ex corde hominum malæ cogitatio- & 8. 21
 nes egrediuntur, adulteria, scortationes, cœ-
 23 des, Furta, auaritiæ, scelera, dolus, protera-
 24 uia, oculus malus, obrectatio, superbia, a-
 25 mentia. Omnia hæc scelera intus exeunt, &
 26 polluunt hominem. ¶ *Erillinc surgens ab. Matth. 15. 21*
 27 ijt in confinia Tyri ac Sidonis: & ingressus
 domum, neminem volebat hoc scire: sed non
 28 potuit latere. Quum enim de eo audisset
 29 mulier cuius filiola habebat spiritum impu-
 rum, venit & accidit ad pedes eius, (Erat
 30 autem mulier Græca, Syrophœnissa genere)
 & rogauit eum, vt dæmonium eijceret ex fi-
 31 lia sua. Iesus autem dixit ei, Sine prius
 32 saturentur liberi. non est enim bonum acci-
 pere panem liberorum, & obijcere catellis.
 Ipsa

Ipsa verò respondit, & dixit ei, Etiam Domine: 28
 etenim catelli edunt sub mensa ex micis puero-
 rum. Tunc dixit ei, Propter istum sermonem 29
 abi: exijt dæmonium ex filia tua. Quum au- 30
 tem illa abiisset domum suam, inuenit dæmo-
 nium exisse, & filiam proiectam super lectum.
 ¶ Tunc regressus è finibus Tyri ac Sidonis, ve- 31
 nit ad mare Galilææ, per medios fines Decapo-
 lis. Et offerunt ei surdum difficulter loquen- 32
 tem: & precantur eum vt imponat ei manum.
 Ipse verò quum abduxisset eum è turba priua- 33
 tim, misit digitos suos in auriculas eius: & quū
 spuisset, tetigit linguam eius. Ac suspiciens in 34
 cælum, ingemuit, dixitque ei, Ephphatha, quod
 est, Adaperitor. Et statim adapertæ sunt eius 35
 aures, & solutum est vinculum linguæ eius, &
 loquebatur rectè. Et interdixit eis ne cui dice- 36
 rent, sed quantumcunque ipse eis interdixisset,
 multo magis hoc prædicabant. Et supra mo- 37
 dum percellabantur, dicentes, Bene omnia fecit:
 facit vt & surdi audiant, & muti loquantur.

CAPVT VIII.

t. Miraculum de septem panibus. 11. Iudæi signa quæ-
 runt. 15. Cauendum a doctrina phariseorum. 22. Cz-
 eus sanatur. 27. Varia populi opinio de Christo. 29.
 Apostolorum de Christo confessio. 31. Prædicat mor-
 tem suam Christus. 33. Petrus, fatan. 35. Animam ser-
 uare & perdere. 38. Erubescere Christum.

Matt. 15. 32

Diebus illis, quum multa omnino turba ef-
 set, nec haberent quo vescerentur, aduoca-
 nit Iesus discipulos suos, dixitque eis, Miseri-
 cordia commoueor erga turbam: quia iam tri-
 duum manent apud me, nec habent quo vescan-
 tur. Quod si dimisero eos ieiunos domum 3
 suam,

- suam, deficient in via, quidam enim ex eis pro-
 4 cul venerunt. Responderunt autem ei disci-
 puli eius, Vnde istos quispiam possit hinc satiare
 5 panibus in deserto? Interrogauit autem eos,
 Quot panes habetis? Ipsi verò dixerunt, Septē.
 6 Tunc præcepit turbæ vt discumberet humi: &
 acceptis septem illis panibus, quum gratias egis-
 set, fregit, deditq; discipulis suis, vt apponeret:
 7 & apposuerunt turbæ. Habebant autem pisci-
 culos paucos, & quum benedixisset, dixit, vt hos
 8 etiam apponerent. Comederunt autem, & sa-
 turati sunt: & sustulerunt fragmentorum quæ
 9 superfuerant, septem sportas. Erant autem qui
 comederant, quasi quater mille, dimisitque eos. Matt. 15. 39
 10 ¶ Et statim ingressus in nauigium cum disci- Mat. 16. 1
 11 pulis suis, venit in partes Dalmanutha. ¶ Et ve-
 nerunt Pharisei, cœperuntque altercari cum eo,
 quærentes ab eo signum è celo, tentantes eum.
 12 Ipse verò, quum altè ingemisset spiritu suo, di-
 xit, Cur natio ista signum requirit? Amen dico
 13 vobis, si dabitur nationi isti signum. ¶ Et eis Matt. 16. 4
 relictis, ingressus rursus nauigium, abiit in vlti-
 14 riorem ripam. ¶ Fuerant autem obliti disci- Matth. 16. 5
 15 puli sumere panes, & panem non habebant nisi
 vnum secum in nauigio. Tunc interdixit eis,
 16 dicens, ¶ Videte, cauere à fermento Pharisæoru Matth. 16. 6
 & fermento Herodis. Disceptabant igitur alij
 17 aduersus alios dicentes, Panes non habemus. Id
 autem quum nossset Iesus, dixit eis, Quid discep-
 18 tatis quòd panes non habetis? nondum animū
 aduertitis, nec intelligentia præditi estis? adhuc
 19 stupidum habetis cor vestrum! Quum oculos Ioh. 6. 11
 habeatis, non cernitis? & quum aures habeatis,
 non auditis? nec meministis? ¶ Quum quinque
 illos

illos panes fregi in homines quinquies mille⁹
quot cophinos fragmentis plenos sustulistis.
Dicunt ei, Duodecim. Quum autem septem¹⁰
illos hominib. quater mille, quot sportas frag-
mentis plenas sustulistis? Illi verò dixerunt,
Septem. Tunc dixit eis, Quomodo hæc non¹¹
intelligitis? ¶ Venit autem Bethsaidan: & ob-¹²
tulerunt ei cæcum, & precati sunt eum vt ipsum
tangeret. Tunc prehensa manu cæci, eduxit eum¹³
extra vicum: & quum inspuisset in oculos eius,
imposuissetque ei manus, interrogauit eum ec-
quid videret. Qui quum oculos sustulisset, di-¹⁴
xit, Video homines: nam cerno instar arborum
ambulantes. Deinde rursus imposuit manus¹⁵
oculis eius, fecitque vt denuò oculos attolleret:
& restitutus est, viditque procul & dilucidè o-
mnes. Tunc Iesus misit eum domum suam, di-¹⁶
cens, Neque in vicum illum ingreditor, neque
hæc dicito cuiquam in vico. ¶ Ingressus est¹⁷
autem Iesus ac discipuli eius in vicos Casareæ
quæ cognominatur Philippi: & in via interro-
gavit discipulos suos, dicens eis, Quem me di-
cunt homines esse? Illi verò responderunt, Io-¹⁸
hannem Baptistam: & alij Eliam: alij vnum ex
Prophetis. Tunc ipse dixit eis, Vos autem¹⁹
quem me dicitis esse? Respondens verò Petrus
dicit ei, Tu es ille Christus. Tunc intermina-²⁰
tus est, vt nulli id dicerent de se. ¶ Et cœpit
eos docere quòd oporteret Filium hominis²¹
multa pati, & reprobari à senioribus, principi-
busque sacerdotum, ac Scribis, & trucidari, &
tribus post diebus resurgere. Et aperte eum²²
sermonem loquebatur. Tunc prendit eum
Petrus, cœpitque obiurgare. Ipse verò conuer-²³
sus,

- sus, & intuitus discipulos suos, obiurgauit Pe-
 trum, dicens, Abscede à me Satana : nam non
 sapias quæ Dei sunt, sed quæ sunt hominum.
 34 ¶ Et quum aduocasset turbam cum discipulis
 suis, dixit eis, ¹ Quicumque vult me sequi ab-
 neget semetipsum, & tollat crucem suam, ac
 35 sequatur me. ² Nam quisquis voluerit ani-
 mam suam seruare, perdet eam : quisquis autem
 perdiderit animam suam causa mea & Euange-
 36 lij, is seruabit eam. Quid enim profuerit cui pi-
 am si lucratus fuerit mundum totum, & anima
 37 sua mulctetur ? Aut quam dabit quispiam
 38 compensationem animæ suæ ? ³ Nam quem-
 cunque pu duerit mei ac meorum sermonum in
 natione ista adultera & peccatrice, Filium etiam
 hominis pudebit eius, quando venerit cum glo-
 ria Patris sui cum Angelis illis sanctis.

Matth. 10. 33,
 & 16. 24
 Luc. 9. 23, &
 17. 34
 Matth. 10. 39
 & 16. 25
 Luc. 9. 24, &
 17. 33
 Ioh. 12. 25
 Matth. 10. 31
 Luc. 10. 26 &
 12. 8

CAPVT IX.

2. Transfiguratio Christi. 7. Christus audiendus.
 11. De Elia & Iohan. Bapt. 14. Dæmoniacus sana-
 tur. 23. Fides omnia potest 31. Prædicat Christus
 mortem. 33. Quis maior inter Apostolos. 36. Chri-
 stus puerum accipit in vlnas. 42. Scandalizare. 50.
 Sal. Pax.

- 1 PRæterea ¹ dixit eis, Amen dico vobis, sunt
 quidam ex ijs qui hîc adstant, qui nequaquã
 gustabunt mortem, vsquedum viderint regnũ
 2 Dei venissẽ cum potentia. ¶ ² Sexto verò post
 die accepit Iesus Petrum & Iacobum & Iohan-
 nem, & subduxit eos solos in montem subli-
 mẽ priuatim : & transformatus fuit coram eis.
 3 Et vestimenta eius facta sunt coruscantia, can-
 dida valde vt nix, qualia non potest fullo in
 4 terra dealbare. Et visus est eis Elias cum
 Mose

Matth. 16. 28
 Luc. 9. 27
 Matth. 17. 1
 Lucæ 9. 28

Mose, qui colloquebantur cum Iesu. Tunc re-
 spondens Petrus dicit Iesu, Rabbi, bonum est
 nos hinc esse: faciamus igitur tabernacula tria,
 tibi vnum, & Mose vnum, & Eliae vnum. Nec
 enim sciebat quid loqueretur: erant enim ex-
 territi. Et extitit nubes quæ inumbravit eos: 7
 venitque vox è nube, dicens, Hic est Filius ille
 meus dilectus, ipsum audire. Et repente quum 8
 circumspexissent, non amplius viderunt quen-
 quam, sed solum Iesum secum. ¶ Quum ve- 9
 rò descenderent è monte interdixit eis necui-
 narrarent quæ viderant, nisi quum Filius homi- 10
 nis à mortuis surrexisset. Ipsi igitur id conti-
 nuerunt apud se, mutuò quærentes quid illud
 esset, A mortuis resurgere. ¶ Et interrogarunt 11
 eum, dicentes, Cur Scribæ dicunt oportere, vt
 Malac. 4. 3 ¹Elias prius veniat? Ipse verò respondens dixit 12
 eis, Elias quidem prius veniens, restituet omnia:
 Esa. 53. 4 & ²vr scriptum est de Filio hominis, oportet vt
 multa patiatur, & pro nihilo habeatur. Sed di- 13
 co vobis & Eliam venisse, & istos ei fecisse quæ-
 cunque voluerunt, sicut scriptum est de eo. ¶ Et 14
 quum venisset ad discipulos suos, vidit turbam
 multam circa eos, & Scribas cum eis altercan-
 tes. Et statim tota turba viso eo expauit, & ac- 15
 currentes salutauerunt eum. Tunc interroga- 16
 uit Scribas, Quid altercamini inter vos? Et re- 17
 spondens quidam è turba, dixit, Magister, ad-
 duxi filium meum ad te, habentem spiritum
 mutum: Qui vbicumque eum corripuerit, la- 18
 cerat eum: ipse verò spumat, & stridet dentibus
 suis, & exarescit: & dixi discipulis tuis, vt eijce-
 rent, sed non potuerunt. Ipse verò respondens 19
 ei dixit, Onatio incredula, quousque tandem
 apud

apud vos ero? quousque tandem tolerabo vos?
 20 adducite eum ad me. Illum igitur adduxerunt
 ad eum. Quum autem eum vidisset, continuo
 spiritus discerpfit eum: & ille quum cecidisset
 21 in terram, voluebatur spumans. Tunc inter-
 rogavit Iesus patrem eius, Quantum temporis
 est, quodd hoc accidit ei? Ipse vero ait, Ab infan-
 22 te. Et saepe eum in ignem abiecit & in aquas, vt
 perderet eum. Sed si quid potes, succurre no-
 23 bis, misericordia commotus erga nos. Iesus au-
 tem dixit ei, Si potes hoc credere, omnia fieri
 24 possunt credenti. Pater vero pueri statim cla-
 mans, cum lacrymis dixit, Credo, Domine: suc-
 25 curre incredulitati mea. Quum vidisset autem
 Iesus turbam simul accurrere, objurgavit spiri-
 tum illum impurum, dicens ei, Tu spiritus mu-
 te & surde, ego tibi impero, Exi ab eo, & ne am-
 26 plius ingreditor in eum. Et quum clamasset
 spiritus, multumq; discerpisset eum, exiuit: &
 27 ille factus est quasi mortuus, aded vt multi di-
 cerent mortuum esse. Iesus vero prehensa ma-
 28 nu eius, erexit eum: & ille surrexit. ¶ Et quum
 esset ingressus domum, discipuli eius interro-
 gauerunt eum priuatim, Cur nos non potuimus
 29 spiritum illum eiicere? Ipse vero dixit eis, Hoc
 genus demoniorum nulla re potest exire nisi
 30 per precationem & ieiunium. ¶ Et illincē Matth. 22. 71
 gressi, vnà iter faciebant per Galilaam: nec vo- Luc. 9. 22
 31 lebat, vt quisquam id sciret. Docebat enim di-
 scipulos suos, & dicebat eis, Filius hominis tra-
 ditur in manus hominum, qui trucidabunt eum:
 32 sed trucidatus, tertio die resurget. Ipsi vero
 ignorabant hoc dictum, & timebant eum inter-
 33 rogare. ¶ Venit igitur Capernaum, & quum Matth. 18. 1
Luc. 9. 45
 H venit

- venisset domum, interrogavit eos, Quid in via inter vos disceptabatis? Ipsi vero siluerunt: 34
nam alij aduersus alios differuerant in via quis esset cæteris maior. Et quum confedisset, voca- 35
uit duodecim illos, & dixit eis, Si quis vult primus esse, erit omnium vltimus, & omnium minister. Et acceptum puerulum, statuit in medio eorum: eoq̄ue in vlnas recepto dixit eis, 36
Quisquis vnum ex talibus puerulis exceperit nomine meo, me excipit: & quicumque me exce- 37
perit, non me excipit, sed eum qui misit me. ¶ Re- 38
spondit autem ei Iohannes, dicens, Magister, vidimus quendam per nomen tuum eijcientem dæmonia, qui non sequitur nos: & prohibuimus eum, quia non sequitur nos. Iesus autem 39
ait, Ne illum prohibete. ¶ nullus enim est qui edat virtutem per nomen meum, & possit citò maledicere mihi. Nam qui non est contra nos, 40
pro nobis est. ¶ Quisquis enim potum dederit vobis poculū aquæ in nomine meo, id est, quòd 41
fistis Christi, amen dico vobis, nequaquam perdidit mercedem suam. ¶ Et quisquis offenderit vnum ex paruis istis qui credunt in me, 42
bonum esset ei potius, si circumponeretur saxum molare circa collum eius, & proijceretur in mare. ¶ Quòd si manus tua facit vt tu offendas, 43
abscinde eam: bonum est tibi ad vitam ingredi mancum, potius quàm duas manus habentem abire in gehennam, in ignem inextinguibilem: 44
¶ Vbi vermis eorum non interit, & ignis non extinguitur. Et si pes tuus facit vt tu offendas, 45
abscinde eum. bonum est tibi ingredi in vitam claudum, potius quàm duos pedes habentem proijci in gehennam, in ignem inextinguibilem: 46
Vbi

46 Vbi vermis eorum non interit, & ignis non ex-
 47 tinguitur. Et si oculus tuus facit, vt tu offen-
 das, erue eum, bonum est tibi introire in regnū
 Dei luscum, potius quàm duos oculos haben-
 48 tem projici in gehennam ignis: Vbi vermis eo-
 49 rum non obit, & ignis non extinguitur. Nam
 omnis homo igne salietur: ¹ & omnis oblatio Leuit. 2. 13
 50 sale salietur, ² Bonus est sal: si verò sal insulsus Matth. 5. 13
 fuerit, quònam ipsum condietis? habete in vo- Lucæ 14. 34
 bisipulis salem, & pacem habete inter vos mutuo.

CAPVT X.

1. Vxor ob solam fornicationem dimittenda. 13. Pa-
 uili Christo offeruntur. 17. A diuite interrogatur Iesus,
 quomodo vita æterna possideatur. 28. Apostoli relin-
 quentes omnia propter Christum. 33. Christus prædi-
 cit mortem suam. 35. Filiorum Zebedæi petitio. 45
 Bar-timæus cæcus sanatur.

4 **ET** ¹ quum illinc surrexisset, venit in fines Iu- Matth. 19. 1
 daeæ per regionem qua est trans Iordanem:
 & conuenit rursus turba ad eum: & vt cõsue-
 2 uerat, rursus docebat eos. Tunc accedentes
 Pharisei interrogarunt eum, an liceret viro vxor-
 3 rem dimittere: tentantes eum. Ipse verò respon-
 4 dens dixit, Quid vobis mandauit Moses? Ipsi
 autem dixerunt, ¹ Moses permisit libellum abs- Deut. 24. 2
 5 cessionis scribere, & dimittere vxorẽ. Tunc re-
 spõdens Iesus dixit eis, Pro duritia cordis vestri
 6 scripsit vobis mandatũ istud: A principio verò
 creationis, ² masculum & sceminam fecit Deus. Gen. 1. 17
 7 ³ Propterea relinquet homo patrẽ suum & ma- Matth. 29. 4
 8 trem, & agglutinabitur vxori suæ: Et qui duo Gen. 2. 24
 fuerant, erunt caro vna. Itaq; non sunt amplius 2. Co. 6. 16
 9 duo, sed vna caro. ⁴ Quod ergo Deus cõiunxit, Ephes. 5. 31
 10 homo ne seũgat. Et domi rursus discipuli ei 1. Cor. 7. 10
 11 eadem de re interrogarũt eũ. Ipse verò dixit eis,

Matth. 5. 32 ² Quicumque dimiserit uxorem suam, & duxerit
 & 19. 9 aliam, moechatur adversus eam. Et si mu-
 Luc. 16. 18 lier dimiserit virum suum, & nupsit alteri,
 1. Cor. 7. 10 moechatur. ¶ ³ Tunc obrulerunt ei puerulos
 Matth. 19. 13 ut tangeret eos: discipuli verò obiurgabant eos
 Luc. 18. 15 qui offerebant. Quod quum vidisset Iesus, in-
 dignatus est, & dixit eis, Sinite puerulos venire
 ad me, & ne prohibete eos. talium enim est re-
 gnum Dei. Amen dico vobis, quicumque non
 excepit regnum Dei, ut puerulus, nequaquam
 in id ingredietur. Et quum accepisset eos in
 vlnas, impositis in eos manibus, benedixit eis.
 Matth. 19. 16 ¶ Et egrediente eo ut se daret in viam, quidam
 Luc. 18. 18 quum accurrisset, & accidisset ei ad genua, in-
 terrogavit eum, Magister bone, quid faciam, ut
 vitam aeternam possideam? Iesus autem dixit
 ei, Cur me dicis bonum? nullus est bonus nisi
 Exod. 20. 13 vnus, nempe Deus. Mandata nosti, Ne mee-
 chare, Ne occidito, Ne furare, Ne fasum testi-
 monium dicito, Ne damno afficito quenquam,
 Honora patrem tuum & matrem. Ille verò re-
 spondens dixit ei, Magister, hec omnia observa-
 ui a iuventute mea. Iesus autem eum intuitus,
 dilexit eum, & dixit ei, Vnum te deficit: abi,
 quaecumque habes vende, & da pauperibus: &
 habebis thesaurum in caelo: & veni, sequere me,
 sublata in humeros cruce. Ille verò mœstus fa-
 ctus propter hunc sermonem, abiit cōtristatus:
 habebat enim bona multa. Et quum circum-
 spexisset Iesus, dicit discipulis suis, Quàm diffi-
 cilè, qui opes habent, in regnum Dei introibunt?
 Discipuli verò expauerunt ad eos sermones ip-
 sius. Iesus autem rursus respondens dixit eis,
 Filij, quàm difficilè est, ut qui confidunt opi-
 bus,

- 25 bus, in regnum Dei ingrediantur. Facilius est
 26 camelum per foramen acus transire, quàm diui-
 27 tem in regnum Dei ingredi. Illi verò amplius
 percellabantur, dicentes inter se, Et quis potest
 27 seruari? Intuitus autem eos Iesus dicit, Apud
 homines, hoc est impossibile, sed non apud De-
 um: nam omnia possibilia sunt apud Deum.
 28 ¶ Tunc Petrus cœpit ei dicere, Ecce, nos reli- Mat. 19. 27
 29 quimus omnia, & sequuti sumus te. Respon- Luc. 18. 28
 dens, autem Iesus ait, Amen dico vobis, nullus
 est qui reliquerit domũ, aut fratres, aut sorores,
 aut patrẽ, aut matrem, aut vxorẽ, aut liberos, aut
 30 agros, mea causa & Euangelij, Qui accipiat cœ-
 ruplicita, nunc isto tempore, domos, & fratres, &
 31 forores, & matres, & liberos, & agros, cum per-
 sequutionibus, & in seculo venturo vitam æter-
 31 nam. ¶ Multi autem primi, erunt vltimi; & vl- Mat. 19. 30
 32 timi primi. ¶ Erant autem in via ascendentes Luc. 13. 30
 Hierosolyma: & præibat eis Iesus, & expauesce- Mat. 20. 17
 bant, & sequentes timebant. Et ipse, assumptis Luc. 18. 31
 33 rursum duodecim, cœpit eis dicere quæ sibi e-
 rant euentura: Dicens, Ecce, ascendimus Hie-
 rosolyma, & Filius hominis tradetur principi-
 34 bus Sacerdotum & Scribis: & condemnabunt
 eum morte, tradentque eum Gentibus: Quæ
 35 illudent ei, & flagellabunt eum, & inspuent in
 eum, & trucidabunt eum: sed tertia die resur- Mat. 20. 20
 35 get. ¶ Tunc accedunt ad eum Iacobus & Io-
 hannes filij Zebedei, dicentes, Magister, velimus
 36 vt quicquid petierimus, præstes nobis. Ipse ve-
 37 rò dixit eis, Quid me vultis vobis præstare? Illi
 autem dixerunt ei, Da nobis vt vnus ad dextram
 tuam, & alter ad sinistram tuam sedeamus in
 38 gloria tua. Iesus autem dixit eis, Nescitis quid

petatis. potestis bibere poculum quod ego bibo,
 & baptismo quo ego baptizor, baptizari? Ipsi³⁹
 verò dixerunt ei, Possumus. Iesus autem dixit
 eis, Poculum quidem quod ego bibo, bibetis: &
 baptismo quo ego baptizor, baptizabimini:⁴⁰
 Sed sedere ad dextrā meā & ad sinistram meam,
 non est meum dare, sed dabitur quibus paratum
 est. Et quum hæc audissent alij decem, cœpe-⁴¹
 runt indignari de Iacobo & Iohanne. Iesus au-⁴²
 tem quum eos aduocasset, dixit eis, Scitis eos
 quibus placet imperare Gentibus, dominari in
 eas: & qui magni sunt inter eas, licentia in eas
 uti. Verūm non ita erit inter vos: sed quicumq;⁴³
 voluerit fieri magnus inter vos, erit minister ve-
 ster: Et quicumq; voluerit ex vobis fieri primus,⁴⁴
 erit omnium seruus. Nam & Filius hominis non
 venit, vt sibi ministraretur, sed vt ministraret, &
 daret animam suam redemptionis pretium pro
 multis. ¶ Tunc veniunt Hiericho, & eoq; egre-⁴⁶
 diente ab Hiericho, ac discipulis eius & turba
 multa, filius Timæi Bartimæus cæcus sedebat
 iuxta viam medicans: Et quum audisset ipsum⁴⁷
 esse Iesum illum Nazarenum, cœpit clamare, &
 dicere, Fili David Iesu miserere mei. Et obiur-⁴⁸
 gabant eū multi vt fileret: ille verò multo magis
 clamabat, Fili David, miserere mei. Tunc Iesus⁴⁹
 quum substitisset, iussit eum vocari. Vocāt igitur
 cæcum, dicentes ei, Confide, surge: vocat te.
 Ipse verò abiecto pallio suo quū surrexisset, ve-⁵⁰
 nit ad Iesum. Et respōdens dixit ei Iesus, Quid
 vis tibi præstare? Cæcus autem ait ei, Rabboni, vt
 visum recipiam. Iesus autē dixit ei, Abi, fides tua⁵¹
 te seruauit. Statim igitur recepit visum, & se-
 quebatur Iesum per viam,

CAPVT XI.

1. Christus ingreditur Ierusalem veſtus aſeſſo. 13. Fi-
 cus inſtruoſa maledicitur. 15. Eijciuntur templo ven-
 dentes & ementes. 23. Virtus fidei. 24. Fides oratio-
 nis. 25. Peccata fratri remittenda. 27. Sacerdotes per-
 runt qua autoritate Chriſtus faciat quæ facit. 30. Baptiſ-
 mus Iohannis vnde.

- 1 **Q**um^s autem appropinquarent Hieroſoly. Matth. 21. 1
 mis Bethphage & Bethania ad mōtem O. Luc. 19. 29
- 2 learum, miſit duos è diſcipulis ſuis, Et dicit eis,
 Abite in vicum, qui vobis eſt ex aduerſo, & ſta-
 tim vt ingrediemini in eum, inuenietis pullum
 ligatum, ſupra quem nullus hominum ſedit:
 3 ſoluite eum, & adducite. Quòd ſi quis vobis di-
 xerit, Cur hoc facitis? dicite, Dominum eo o-
 4 pus habere: & eum ſtatim huc mittet. Abierunt
 autem & inuenerunt pullum ligatum apud o-
 5 ſtium foris in biuio: & ſoluerunt eum. Tunc
 quidam eorum qui illic adſtabāt, dixerunt eis,
 6 Quid facitis qui ſoluitis pullum? Ipſi verò di-
 xerunt eis prout mandarāt Ieſus: & illi dimiſe-
 7 runt eos. ^s Adduxerunt igitur pullū ad Ieſum, Iohan. 11. 14
 8 & iniecerunt ei pallia ſua, ſeditq; ſuper eū. Mul-
 ti verò pallia ſua ſtrauerūt per viā: alij autē fron-
 des cædebant ex arboribus, & ſternebant in viā.
 9 Et qui præibant, quiq; ſequebantur, clamabant,
 dicentes, Hoſanna, benedictus, qui venit in no-
 10 mine Domini. Benedictum regnum patris no-
 ſtri David, quod venit in nomine Domini: ho-
 11 ſanna o qui es in caelis altiffimis. ^s Et ingreſſus Matth. 21. 20.
 eſt Hieroſolymam Dominus, & in templum: Luc. 19. 45
 quumq; circumſpexiſſet omnia, & veſpe-
 ra iam hora eſſet, venit Bethaniam cum duo-
 12 decim: ¶ ^s Et poſtero die quum eſſent Matth. 21. 19
 13 Bethania, eſuriit. Quumq; procul vidif-
 ſet ficum habentem folia, venit viſurus videlicet

num inueniret aliquid in ea : & quum venisset
 ad eam, nihil inuenit nisi folia. non enim erat
 tempus ficuum. Tunc respondens Iesus dixit
 ficui, Ne amplius ex te in seculum quisquam
 fructum comedat. Et hoc audierunt discipuli
 eius. ¶ Veniunt igitur Hierosolymam. Et
 ingressus Iesus in templum, cœpit eijcere eos
 qui vendebant & emebant in templo, & mensas
 numulariorum, & cathedras vendentium co-
 lumbas subuertit. Nec sinebat vt quisquam de-
 portaret vas per templum. Et docebat dicens
 eis, Nonne scriptū est ¹⁴ Domum meam, domū
 precationis vocatum iri ab omnibus Gentibus?
 Ierem. 7. 11 ¹⁵ vos autem eam fecistis speluncam latronum.
 Et hoc audierunt Scribæ & principes sacerdo-
 tum, & quærebant quomodo eum perderent. ti-
 mebant enim eum, quia tota turba percellaba-
 tur super doctrina ipsius. Quum verò vespera
 Matth. 21. 9 ¹⁶ esset, egressus est Iesus ex vrbe. ¶ ¹⁷ Et manè ad-
 ambulantes ficui, viderunt eam exaruisse radici-
 tus. Tunc recordatus Petrus dixit ei, Rabbi,
 ecce, ficus illa cui imprecatus es, exaruit. Et re-
 spondens Iesus, dixit eis, Habete fidem Dei.
 Amen enim dico vobis, quicumq; dixerit monti
 huic, Tollitor & proijcitor in mare: nec hæsita-
 tauerit in corde suo, sed crediderit futura quæ
 Matt. 7. 7 ¹⁸ dicit, erit ei quicquid dixerit. ¹⁹ Propter eam dico
 Luc. 11. 9 ²⁰ vobis, quæcumq; precantes petitis, creditè vos
 Matt. 6. 14 ²¹ accepturos: & erunt vobis. ²² Et quum adsti-
 teritis precantes, remittite si quid habetis ad-
 uersus aliquem: vt & Pater ille vester qui in ce-
 lis est, remittat vobis offensas vestras. Nam si
 Matth. 21. 14 ²³ vos non remiseritis, nec Pater ille vester, qui in
 Luc. 10. 1 ²⁴ cælis est, remittet offensas vestras. ¶ ²⁵ Tunc ve-
 niunt ²⁶

27 nunt rursus Hierosolyma: & quum ipse ambularet in templo veniunt ad eum principes Sacerdotum, & Scribæ, & seniores: Et dicunt ei, **Qua**
 28 **authoritate ista facis? & quis tibi dedit authoritatem istam, vt hæc facias?** Iesus autem respondens dixit eis, interrogabo vos & ego respondendam. Respondete igitur mihi, & dicam vobis qua authoritate hæc faciam. **Baptisma**
 30 **Iohannis è caelo erat, an ex hominibus?** respondete mihi. Ratiocinabantur autem apud se dicentes, **Si dixerimus, E caelo: dicet, Quare ergo non credidistis ei? Sed si dicamus, Ex hominibus: timemus populum. omnes enim sentiebant**
 31 **dé Iohanne, eum verè Prophetam fuisse. Tunc respondentes dicunt Iesu, Nescimus. Et Iesus respondens dicit eis, Nec ego dicam vobis qua**
 33 **authoritate hæc faciam.**

CAPVT XII:

1. De vinea. 10. Christus, lapis reprobatus a Iudæis.
 12. De tributo dando Cæsar. 18. Sadducæi negantes resurrectionem. 28. Primum mandatum. 31. Dilectio Dei & proximi præponitur sacrificijs. 36. Christus, filius Davidis. 38. Cauendum a Scribis & Phariseis.
 42. Vidua paupercola.

1 **ET** cœpit eis per parabolas dicere, **Vineam** Matth. 21. 33
 plantauit quidam, & circumposuit sepem, & Luc. 20. 9
 fodit lacum, & edificauit turrim, & elocauit eam Isa. 5. 1
 2 agricolis: ac peregrè profectus est. Misitque Ierem. 2. 21
 3 seruum ad agricolas suo tempore, vt ab agricolis acciperet ex fructu vineæ. Illi verò captum
 4 eum ceciderunt, ac remiserunt inanem. Et rursum misit ad eos alium seruum, & illi huic quoque lapidato caput vulnerarunt, & remiserunt

Psa. 118, 21

Esa. 28, 18

Matth. 21. 42

Acto. 4. 11

Rom. 9. 33

1. Pet. 2. 8

Matth. 22. 15

Luc. 20. 20

Rom. 13. 7

Matth. 22. 25

Luc. 22. 27

Deutr. 25. 5

dedecoratum. Et rursus alium misit, & illum
 trucidarunt: multo s̄que alios, hos quidem ca-
 dentes, illos verò trucidantes. Quum ergo vn̄
 adhuc haberet filium suum dilectum, misit et-
 iam illum vltimum ad eos, dicens, Reueribun-
 tur filium meum. Illi verò agricolæ dixerunt
 inter se, Iste est hæres: venite, trucidemus eum,
 & nostra erit hæreditas. Et captum eum truci-
 darunt, & eiecerunt extra vineam. Quid ergo
 faciet dominus vineæ? Veniet, & perdet illos a-
 gricolas, & dabit vineam alijs. Ne hanc quidem
 Scripturam legistis? ¹ Quem lapidem reproba-
 runt ædificâtes, is factus est caput anguli. A Do-
 mino factum est istud, & est mirabile in oculis
 nostris? Studebant igitur eumprehendere: sed
 timuerunt turbam. norant enim eum aduersus
 ipsos illam parabolam dixisse: itaque omisso eo
 abierunt. ² Et miserunt ad eum quosdã è Pha-
 risæis & Herodianis, vt eum captarent sermone.
 Illi verò, quum venissent, dicunt ei, Magister, sci-
 mus te veracem esse, neq; curare quenquam. non
 enim respicis in personam hominum, sed in ve-
 ritate viam Dei doces: Licet censum Cæsari da-
 re, an non? demus, an non demus? Ipse verò
 quum sciret eorum hypocrisin, dixit eis, Quid
 me tentatis? proferte mihi denarium, vt videam.
 Illi verò protulerunt. Tunc dicit eis, Cuius est
 imago ista & inscriptio? Illi verò dixerunt ei, Cæ-
 saris. Et respondens Iesus dixit eis, ³ Reddite
 quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ Dei sunt, Deo.
 Et admirati sunt super eo. ⁴ Tunc veniunt ad
 eum Sadducæi, qui dicunt non esse resurrectio-
 nem: & interrogarunt eum, dicentes, Magister,
⁵ Moses scripsit nobis vt si cuius frater mortuus
 sit,

fit, ac reliquerit vxorem, & filios non reliquerit,
 accipiat ipsius frater vxorem eius, & excitet semē
 20 fratri suo. Septem ergo fratres fuerunt: ac pri-
 mus accepit vxorem, & moriens non reliquit se-
 21 men. Et secundus accepit eam & mortuus est, &
 ne ipse quidem reliquit semen: & tertius itidem.
 22 Et acceperunt eam septem illi, neq; reliquerunt
 semen: vltima omnium mortua est & mulier.
 23 In resurrectione ergo, quum resurrexerint, cu-
 ius eorum erit vxor? nam septem habuerunt e-
 24 am vxorem. Tunc respondens Iesus dixit eis,
 Nōne propterea erratis quod nesciatis Scriptu-
 25 ras, neque potentiam Dei? Postquam enim &
 mortuis resurrexerint, neq; vxores ducunt, ne-
 que nuptum dantur: sed sunt vt Angeli qui in
 26 caelis sunt. De mortuis verò, quod suscitandi
 sint, non legistis in libro Moſis quomodo in
 rubo loquutus sit ei Deus, dicens, ^{Exod. 3. 6.} Ego sum
 Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob? ^{Matth. 22. 32}
 27 Non est Deus mortuorum, sed Deus viuentiū:
 28 vos ergo multum erratis. ¶ Et quum accessisset ^{Matth. 22. 35}
 quidam è Scribis qui audierat eos disceptantes,
 & sciebat eum bene illis respondiſſe, interroga-
 uit eum quod eſſet primum omnium manda-
 29 rum. Iesus autem respondit ei, Primum omni-
 um mandatorum est, ^{Deut. 6. 4} Audi Iſrael, Dominus
 30 Deus noſter, Dominus vnus est: Diliges igitur
 Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex
 tota anima tua, & ex tota cogitatione tua, & ex
 31 totis viribus tuis. hoc est primū mandatū. Et se-
 cundum illi ſimile, hoc est, ^{Leuit. 19. 18} Diliges proximum
 tuū, vt teipſum. ^{Matt. 22. 39} maius iſtis aliud mandatū nō
 32 eſt. Tunc dixit ei Scriba ille, Bene, Magiſter, in ^{Rom. 13. 9}
 veritate dixiſti. nam vnus eſt Deus, nec alius eſt ^{Gal. 5. 14.}
^{Iac. 2. 8}

præter

præter eum: Et diligere eum ex toto corde, & 33
 ex tota intelligentia, & ex tota anima, & ex totis
 viribus, ac diligere proximum, vt seipsum, plus
 est quàm omnia holocausta & sacrificia.
 Tunc Iesus quum vidisset eum cordatè respon- 34
 disse, dixit ei, Non longè es à regno Dei. Et ne- 35
 mo amplius audebat eum interrogare. Et re- 36
 spondens Iesus dicebat, docēs in templo, Quo-
 modo dicunt Scribæ Christum esse filium Da- 37
 uid? Nam ipse Dauid dixit per Spiritum san- 38
 ctum, Dixit Dominus Domino meo, Sede ad
 dextram meam, vsquedum posuero inimicos 39
 tuos scabellum pedum tuorum: Ipse ergo Da- 40
 uid dicit eum Dominum, vnde igitur filius eius
 est? Et multa turba audiebat eum libenter.
 Ipse autem dicebat eis in doctrina sua, Cauere 41
 à Scribis, qui volunt stolari ambulare, & amanti-
 salutationes in foris, Primosque confessus in 42
 conuentibus, & primos accubitus in cœnis:
 Qui deuorant domos viduarum, & in speciem 43
 vruntur longis precibus, isti auferent grauius
 iudicium. ¶ Et quum sedisset Iesus ex aduer- 44
 so gazophylacij, spectabat quomodo turba mit-
 terebatur in gazophylacium. multi igitur diuites 45
 mittebant multa. Et quum venisset quædam
 vidua pauper, misit minuta duo, quod est qua- 46
 drans. Tunc ille quum aduocasset discipulos 47
 suos, dixit eis, Amen dico vobis, vidua hæc pau-
 per plus misit quàm omnes qui miserunt in ga-
 zophylacium. Nam omnes ex eo quod ipsis 48
 redundat miserunt: hæc verdè penuria sua mi-
 sit omnia quæ habebat, totum inquam, victum
 suum.

1. De destructione vrbis Ierosolymæ. 9. Persecutiones propter Euangelium. 10. Euangelium prædicandum omnibus Gentibus. 26. De aduentu Christi ad iudicium. Vigilandum, & orandum.

- 1 **ET** quum egrederetur è templo, dixit ei qui- Matth. 24. 1
 dam è discipulis eius: Magister, vide quales Luc. 21. 5
 2 lapides, & qualia ista sunt ædificia. Tunc Ie-
 sus respondens dixit ei, Vides ista magna ædifi-
 3 cia: non relinquetur lapis super lapidem, qui Luc. 19. 44
 non destruat. Et quum sederet in monte
 Olearum ex aduerso templi, interrogarunt eum
 priuatim Petrus & Iacobus, & Iohannes &
 4 Andreas. Dic nobis quando hæc erunt, &
 quod signum erit quãdo futurum est, vt omnia
 5 hæc consummentur. Iesus autem eis respon-
 dens cœpit dicere, Videte ne quis seducat. Ephes. 6. 6
 6 Multi enim venient in nomine meo, dicentes, 2. The. 2. 3
 7 Ego sum Christus: multosque seducent. Quã
 autem audieritis bella & rumores bellorum, ne
 turbamini: oportet enim ista fieri, at nondum
 8 erit finis. Surgat enim gens in gentem, & re-
 gnum in regnum: eruntque terramotus singu-
 9 gulis locis, & erunt fames ac turbæ. Principia
 dolorum ista. sed caute vos vobisipsis: tradent
 enim vos in confessus & synagogas: cademini,
 & corã præsidibus ac regibus sistemini mea cau-
 10 sa, vt hoc sit testimonio aduersus eos. Et apud
 omnes gentes oportet primùm predicari Euan-
 11 gelium. Quum autem vos traditos duxerint, Matth. 10. 19
 ne antè solliciti estote quid dicturi sitis, neque Luc. 12. 11
 & 21. 14
 meditamini: sed quicquid datum fuerit vobis
 12 illo momento, id loquimini. non enim estis
 vos qui loquimini, sed Spiritus sanctus. Tradet
 autem

Mat. 24. 16

Luc. 21. 20

Dan. 9. 25

Matth. 24. 25

Luc. 21. 8

Ezech. 32. 7

Esa. 13. 10

Joel. 2. 10. 31.

Eccl. 3. 15

autem frater fratrem ad mortem, & pater filium
 & insurgent liberi aduersus parentes, & eos cu-
 rabunt morte multandos. Et eritis ex omni-
 bus propter nomen meum: sed qui perseueraue-
 rit ad finem usque, is seruabitur. Quum autem
 uideritis abominationem illam vastatricem, que
 dicta est à Daniele Propheta, positam ubi non
 oportet, (qui legit, animaduertat) tunc qui fue-
 rint in Iudæa, fugiant in montes: Qui uero fue-
 rit supra domum, ne descendat domum, nec in-
 grediatur ut quicquam sumat è domo sua. Et
 qui fuerit in agro, ne reuertatur retrò, ut sumat
 pallium suum. Væ autem ventrem ferentibus
 & lactantibus per illos dies. Orate uero ne fiat
 fuga uestra hyeme. Erunt enim dies illi talis op-
 pressio qualis non fuit à principio rerum condi-
 tarum quas condidit Deus, usque ad hoc tempus,
 nec erit. Et nisi Dominus contraxisset dies il-
 los, omnis caro periret: sed propter electos quos
 elegit, contraxit dies illos. Actum si quis uo-
 bis dixerit, Ecce hic Christus, uel, Ecce illic: ne
 credite. Surgent enim pseudochristi & pseu-
 dopropheta, & edent signa ac miracula ad se-
 ducendum, si fieri possit, etiam electos. Vos au-
 tem caute. Ecce, prædixi uobis omnia. Cæ-
 terum per illos dies, post oppressionem illam,
 sol obscurabitur, nec dabit luna splendorem su-
 um. Et stellæ cæli excident, & potestates que
 in cælis sunt concutientur. Et tunc uidebunt
 Filium hominis uenientem in nubibus cum po-
 tentia multa & gloria. Ipse uero tunc mittet
 Angelos suos, & suos electos coget à quatuor
 uentis, ab extremo terræ usque ad extremum ca-
 li. A ficu uero discite parabolam, Quum ra-
 mus

mus eius iam tener fit, & germinat folia, nostis
 29 propè esse æstatem. Ira & vos, quum hæc vide-
 ritis fieri, agnoscite propè esse & ad fores regnû
 30 Dei. Amen dico vobis, nequaquam præterierit
 31 hæc ætas vsquedum facta sint hæc omnia. Cælû
 & terra præteribunt, sermones autem mei ne-
 32 quaquam præteribunt. Sed de die illo ac hora
 nemo scit, ne Angeli quidem qui in cælo sunt:
 33 nec ipse Filius, sed solus Pater. ¹ Cauete, vigila-
 te & orate: nescitis enim quando tempus illud
 34 fit futurum. Nam Filius hominis ita est, vt
 quispiam qui peregrè agens relicta domo sua,
 dataq; seruis suis potestate, ac suo cuique opere,
 35 ianitori mandauit vt vigilaret. Vigilate igitur,
 (nescitis enim quando dominus domus veniet,
 vespere, an media nocte, an in gallicinio, an ma-
 36 nè.) Ne quum repentè venerit, inueniat vos
 37 dormientes. Quæ autem dico vobis, omnibus
 dico, Vigilate.

Matth. 24-13

CAPVT XIII.

1. Consilium Sacerdotum contra Christum. 3. Mulier
 vngens caput Christi vnguento. 12. Paschæ prepara-
 tio. 22. Institutio Coenæ. 41. Christi captiuitas. 43.
 Iudas osculo prodit Christum. 53. Christus coram Ca-
 iapha. 66. petri negatio.

ERat autem pascha & azyma duobus post
 diebus: & quærebant principes Sacerdotum
 & Scribæ quomodo eum dolo prehensum tru-
 cidarent. Dicebant autem, Non in festo, ne tu-
 2 multus sit populi. Quum autem Iesus esset Be-
 thaniæ in domo Simonis Leprosi, accubente eo
 3 venerat mulier habens alabastrû vnguenti nardi
 liquide multi pretij: & cõfracto alabaistro, effu-
 4 derat ei in caput. Quidã aut indignabatur apud
 sese, & dicebãt, Quorsum profusio ista vnguenti
 facta

Matth. 26.1

Luc. 22.1

facta est? Nā poterat hoc vendi amplius quam 5
trecentis denarijs, & dari pauperibus. Et fre-
mebant in eam. Iesus autem ait, Omittite eam. 6
quid ei molestiam exhibetis? bonum opus ope-
rata est erga me. Semper enim pauperes habe- 7
bitis vobiscum, & quandoque volueritis,
potestis eis benefacere: me verò non semper ha- 8
bebitis. Hæc quod potuit fecit: occupavit e-
nim ungere meū corpus ad sepulturam. Amen 9
dico vobis, vbiunque prædicatum fuerit Euā-
gelium hoc in toto mundo, etiam id quod ista 10
fecit, dicetur in memoriam ipsius. ¶ Tunc 11
Iudas Iscariotes, vnus ex duodecim, venit ad 12
principes sacerdotum, vt eum ipsis proderet. Il- 13
li verò eo audito gauisi sunt: & polliciti sunt se 14
pecuniam ei duros. Quærebat igitur quo-
modo opportunè eum proderet. ¶ Ac primo 15
die Azymorum, quando pascha mactabant, di- 16
cunt ei discipuli ipsius, Vbi vis vt profecti par-
mus vt edas pascha? Tunc mittit duos è disci- 17
pulis suis, & dicit eis, Abite in urbem: & occur-
ret vobis quidam portans amphoram aqua: se- 18
quimini eum. Et quocunque introierit, dicite 19
patrifamiliâs, Magister dixit, Vbi est diuersori-
um, vbi pascha cum discipulis meis edam? Tunc 20
ipse vobis indicabit cœnaculum magnum stra-
tum, paratum: illic parate nobis pascha. Abie- 21
runt igitur discipuli eius, veneruntque in ciui-
tatem, & inuenerunt omnia prout dixerat eis:
& parauerunt pascha. Et quum serum diei es- 22
set, venit cum duodecim. ¶ Quumque accu- 23
buisent, & ederent, ait Iesus, Amen dico vobis,
vnus ex vobis proder me, qui edit mecum. Ipsi 24
verò cœperunt cōtristari, & ei dicere sigillatim,
Num

Act. 1. 14

Luc. 22. 4

Matth. 26. 17

Luc. 22. 7

Matth. 26. 20

1. 22. 14

Ioh. 13. 21

- 20 Num ego? Et alius, Num ego? Ipse autem re-
 spondens dixit eis, Vnus ex duodecim, qui ma-
 num intingit mecum in catinum, me proder.
 21 Filius quidem hominis abit, prout scriptum est
 de eo: sed va homini illi per quem Filius homi-
 nis proditur: bonum erat homini illi, si natus
 non fuisset. Et edentibus ipsis, quum acce-
 22 pisset Iesus panem; & benedixisset, fregit: dedita-
 que eis, & ait, Accipite, edite: hoc est corpus me-
 23 um. Et accepto poculo, quum gratias egisset,
 24 dedit eis: & biberunt ex eo omnes. Et dixit
 eis, Hoc est sanguis meus Noui illius testamen-
 25 ti, qui pro multis effunditur. Amen dico vo-
 bis, non bibam amplius ex fructu vitis vsque ad
 diem illum quum ipsum bibam nouum in regno
 26 Dei. Et quum hymnum cecinissent, exierunt
 27 in montem Olearum. Tunc dicit eis Iesus,
 Omnes offendemini in me nocte ista. Nam scri-
 ptum est, Percutiam pastorem, & dispergen-
 28 tur oues. Sed postquam surrexero, praibō
 29 vobis in Galilæam. Petrus autem dixit ei, Et-
 30 iam si omnes offendantur, at non ego. Tunc di-
 cit ei Iesus, Amen dico tibi, hodie nocte ista,
 priusquam bis gallus vocem miserit, ter abnega-
 31 bis me. At ille multo magis dicebat, Si me o-
 portuerit commori tibi, haud quaquam te ab-
 negabo. Itidem autem etiam omnes dicebant,
 32 Veniūt igitur in locū cuius nomen est Geth-
 semane. Tunc dicit discipulis suis, Sedete hic
 33 vsquedum precatus fuero. Et assumit Petrum
 & Iacobum, & Iohannem secum coepit que ex-
 34 pauescere & grauissimè angi. Et dixit eis, Vn-
 diquaq; tristis est anima mea vsq; ad mortem:
 35 manete hic: & vigilate. Progressus que paulu-
 lum;

Matt. 26. 26

1. Cor. 11. 24

Iohan. 16. 32

Zach. 13. 7

Infr. 16. 7

Matt. 26. 30

Luc. 22. 19

lum, procidit in terram: & oravit, vt si possibile
 esset, abiret ab ipso hora illa. Dixitque, Abba, 36
 Pater, omniaabilia sunt tibi: transfer à
 me istud poculum. verum non quid ego velim,
 sed quid tu. Tunc venit & inuenit eos dormien- 37
 tes: dicitque; Petro, Simon dormis? non potuisti
 vnā horam vigilare? Vigilate & precamini, 38
 ne introcatis in tentationem. Spiritus quidem
 promptus est, sed caro infirma. Et quum rur- 39
 sus abisset, precatus est, & eundem sermonem
 dixit. Et reuersus inuenit eos rursus dormi- 40
 entes, (erant enim oculi eorum grauati) neque
 sciebant quid ei responderent. Et venit tertio, 41
 dicitque; eis, Dormite quod superest, & requiesci-
 te: sufficit, venit hora: ecce traditur Filius ho-
 minis in manus peccatorum. Surgite, camus, 42
 ecce: qui prodit me, appropinquauit. ¶ Et sta- 43
 tim, adhuc eo loquente, adest Iudas qui erat v-
 nus è duodecim: & cum eo turba multa cum
 gladijs & fustibus, à principibus Sacerdotum &
 Scribis & senioribus. Dederat autē eis iste qui 44
 eum prodebat, commune signum, dicens, Quē-
 cunque osculatus fuero, is est: comprehendite
 eum, & abducite tutō. Quum igitur venisset, 45
 statim accedit ad eum, dicitque; ei, Rabbi, rabbi:
 ac deosculatus est eum. Ili vero iniecerunt in 46
 eum manus, & ceperunt eum. Quidam autem 47
 adstantium exerto gladio percussit seruum Pon-
 tificis maximi, & abstulit eius auriculam. Et re- 48
 spondens Iesus dixit eis, Vt aduersus latronem
 existis cum gladijs & fustibus ad comprehen-
 dendum me? Quotidie eram apud vos in tem- 49
 plo docens, nec cepistis me. Sed oportet vt im-
 pleantur Scripturæ. Tunc relicto eo omnes fu- 50
 gerunt

Matth. 26. 47

Luce 22. 47

Ioh. 18. 3

- 51 gerunt. ¶ Quidam autem iuuenis sequebatur
 cum, amictus sindone super nudum corpus &
 52 prehenderunt eum iuuenes. Ipse verò derelicta
 53 sindone, nudus effugit ab illis. ¶ Tunc abduxerunt
 Iesum ad Pontificem maximum: & conue-
 nerunt cum eo omnes principes sacerdotum, &
 54 seniores & Scribæ. Petrus autem procul sequu-
 tus est eum intrò vsq; in aulam Pontificis ma-
 ximi: & erat confidens cum ministris, & calefa-
 55 ciens sese ad ignem. ¶ Principes autem sacerdo-
 tum & totus confessus quærebant testimoniũ
 aduersus Iesum, vt eum morte mulctarent: nec
 56 inueniebant. Nam multi falsum testimonium
 dicebant aduersus eum: sed non erant paria i-
 57 psorum testimonia. Tunc quidam surrexerunt,
 58 & falsa testati sunt aduersus eum, dicentes, Nos
 audiimus eum dicentem, ¶ Ego destruam tem-
 plum hoc quod est manibus factum, & triduo
 59 aliud absque manibus, factum adificabo. Sed
 nesci quidem par erat testimonium eorum
 60 Tum Pontifex maximus quum assurrexisset in
 medium, interrogauit Iesum, dicens, Non re-
 spondes quicquam? quid illud est quod isti
 61 aduersum te testificantur? Ipse verò silebat, &
 nihil respondit. Rursum Pontifex maximus
 eum interrogauit, & dixit ei, Tunc es ille Chri-
 62 stus Filius Dei benedicti? Iesus autem dixit,
 Ego sum, ¶ & videbitis Filium hominis seden-
 tem ad dextram potentie Dei, & venientem
 63 cum nubibus caeli. Pontifex maximus verò di-
 ruptis vestibus suis dixit, Quid adhuc nobis o-
 64 pus est testibus? Audistis blasphemiam: quid
 vobis videtur? Illi verò omnes contra eũ iudica-
 65 runt, ipsum teneri mortis pœna. Et ceperunt
 I 2 quidam

Matt. 26. 57
 Luc. 22. 54
 Ioh. 18. 24

Matth. 26. 59

Iohan. 1. 19

Matth. 24. 30

Matt. 26. 69

Luc. 22. 55

Iohan. 18. 25

Matth. 27. 71

Luc. 22. 56

Ioh. 18. 25

Mat. 27. 57

Ioh. 19. 38

quidam conspuere in eum: & obtegere faciem eius, & colaphos ei infligere, & dicere ei, Vaticinare. ministri verò bacillorum ictibus eum cedebant. ¶ Quum verò Petrus esset in aula inferius, venit quaedam ex ancillis Pontificis maximi: Et viso Petro qui se calefaciebat, intuita in eum, dixit, Et tu cum Nazareno Iesu eras. Ipse verò negavit, dicens, Non noui, neque scio quid tu dicas. Et exiuit extrà in vestibulum: & gallus vocem misit. ¶ Tunc ancilla quum rursus vidisset eum, cœpit dicere ijs qui adstabant, Hic est vnus ex ipsis. Ipse verò rursus negavit. ¶ Et rursus paulò post qui adstabant dixerunt Petro, Verè ex ipsis es: etenim Galilæus es, & loquutio tua similis est. Ipse autem cœpit execrari & iurare, dicens, Non noui hominem istum quem dicitis. ¶ Tunc secundò gallus vocem misit, & recordatus est Petrus verborum quæ dixerat ei Iesus, Priusquam gallus vocem miserit, ter me abnegabis. Et quum se prorsus fuisset, fleuit.

CAPVT XV.

1. De his quæ Christus sub Pilato præfide passus est. 11. Parabbas Christo præfertur. 15. Christus traditur a Pilato, ut crucifigatur. 17. Spinis coronatur. 19. Conspuitur & irridetur. 21. Simon Cyrenæus portat crucem Christi. 27. Christus crucifigitur inter duos latrones. 29. Conuictis afficitur. 37. Expirat. 43. Ioseph sepelit Christum.

Mat. 27. 1

Luc. 22. 66

Ioh. 18. 20

Statim autem diluculo, consilio inuito, summi Sacerdotes cum senioribus & Scribis ac toto consensu, vinctum Iesum abduxerunt, tradideruntque Pilato. Tunc interrogauit eum Pilatus, Tunc es ille rex Iudæorum? Ipse verò respondens dixit ei, Tu dicis. Et multum accusatus.

4 cusabant eum principes Sacerdotum. ¶ Pilatus Matth. 27. 12
 autem rursus interrogauit eum, dicens, Non re- Luc. 23. 3
 spondes quicquam? ecce, quàm multa aduer- Iohan. 18. 35
 5 sus te testificantur. Iesus autem nihil amplius
 6 respondit, aded vt miraretur Pilatus. In festo
 autem dimittebat eis vnum ex vinctis quemcū-
 7 que postulassent. Erat verò quidam qui dice-
 batur Barabbas, vinctus cum seditionis socijs,
 8 qui cædem per seditionem fecerant. Et vocife-
 rans turba cœpit petere vt faceret prout semper
 9 ipsis fecerat. Pilatus autem respondit eis, di-
 cens, Vultis dimittam vobis regem illum Iu-
 10 daorum? (Nouerat enim eum per inuidiam
 11 traditum fuisse à Principibus sacerdotū.) Prin-
 cipes verò sacerdotum concitarunt turbam, vt
 12 potius Barabban ipsis dimitteret. Tunc Pila-
 tus respōdens, rursus dixit eis, Quid ergo vul-
 tis faciam isto quem dicitis regem Iudæorum?
 13 Ipsi verò rursus clamauerunt, Crucifige eum.
 14 Pilatus autem dicebat eis, Nam quid mali fecit?
 Illi autem amplius clamauerunt, Crucifige eū.
 15 Pilatus autem volens turbæ satisfacere, dimisit
 eis Barabban, & Iesum flagellatum tradidit vt
 16 crucifigeretur. ¶ Milites verò abduxerunt eū
 intra aulam, id est, prætorium, & conuocarunt
 17 totam cohortem. Et induerunt eum purpura,
 & circumposuerunt ei contextam coronam spi-
 18 neam. Et cœperunt eum salutare, dicentes, Aue
 19 rex Iudæorum. Et verberabant eius caput cala-
 mo, & inspuebant in eum, ac summissis genibus
 20 adorabant eum. Quum autem illussissent ei,
 exuerunt eum purpura, & induerunt eum vesti-
 21 eum. ¶ Præterea angariarunt prætereuntem Matth. 27. 32
Luc. 23. 26

quendam Simonem Cyrenæum (venientem ru-
 re, patrem Alexandri & Rufi) vt portaret cru-
 cem eius. ² Duxeruntque eum in locum Gol-
 gotha, quod est, si interpreteris, Caluarię locus.
 Et dederunt ei bibendum myrrhatum vinum: ²³
 ipse verò non sumpsit. ² Quumque cruci-
 fissent eum, partiti sunt vestimenta eius, ia-
 cta sorte super ea, quis quid tolleret. Erat au-
 tem hora tertia quando crucifixerunt eum. E-
 ratque inscriptio criminis ipsius inscripta his ver-
 bis, REX ILLE IVDÆORVM. Cru-
 cifixerunt etiam cum eo, duos latrones: vnum
 ad dextram, & alterum ad eius sinistram. Et
 impleta est Scriptura, quę dicit, ² Et cum scele-
 ratis numeratus est. Et qui præteribant, con-
 uiciabantur ei, mouentes capita sua, ac dicen-
 tes, Vah, ² Tu qui destruis templum, & tridud
 ædificas, Serua teipsum, & descende è cruce. ³⁰
 Similiter autem & principes sacerdotum illu-
 dentes, dicebant alij ad alios cum Scribis, Alios
 seruauit, seipsum seruare non potest. Christus
 ille rex Israel descendat nunc è cruce, vt videa-
 mus & credamus. Et qui crucifixi erant cum eo,
 probris afficiebant eum. Quum verò aduenis-
 set hora sexta, tenebrę factę sunt super totam
 regionem vsque ad horam nonam. Et hora no-
 na clamauit Iesus voce magna, dicens, ² Eloi, E-
 loi, lama sabachthani? quod est, si quis interpre-
 tetur, Deus meus, Deus meus, cur me deseruisti?
 Et quidam adstantium quum audissent, dice-
 bant, Ecce, Eliam vocat. Cucurrit autem qui-
 dam, ² & impleta sponsia aceto, & circumposi-
 ta calamo, dedit ei potum, dicens, Sinite: videa-
 mus an veniat Elias ad detrahendum eum. Iesus
 autem

38 autem emissâ voce magna, expirauit. Et aula-
 um templi fissum est in duas partes, à sumo vsq;
 39 ad imum. Quum vidisset autem Centurio qui
 adstabat ipsi ex aduerso, eum ita emissio clamore
 expirasse, dixit, Verè, homo iste Filius erat Dei.
 40 Erant autem etiam mulieres procul spectantes:
 inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Ia-
 41 cobi parui & Iose mater, & Salome. Quæ, etiam
 quum esset in Galilæa, ^{Luc. 9. 2} sequuta fuerant eum,
 & ministrauerant ei: alixq; multæ quæ simul cū
 42 eo ascenderant Hierosolyma. ^{Matth. 27. 47,} Quum autem
^{Luc. 23. 50} serum diei iam esset, (quoniam erat parasceue,
^{Ioh. 19. 30} hoc est, ante sabbathum.) Veniens Ioseph or-
 tus ex Arimathæa, honestus senaror, qui & ipse
 expectabat regnum Dei, fidenti animo introijt
 44 ad Pilatum, & petijt corpus Iesu. Pilatus autē
 miratus est si iam mortuus esset: & aduocato cē-
 45 turione, interrogauit eum an iamdudum mor-
 tuus fuisset. Et re cognita ex Centurione, do-
 46 nauit corpus ipsi Ioseph. Is autem emit sindo-
 nem, & detractum eum, inuoluit sindone: depo-
 sivitq; in monumento quod erat excisum è pe-
 tra: & aduoluit saxum ad ostium monumenti.
 47 Maria Magdalene verò & Maria Iose mater, spe-
 ctabant vbi poneretur.

CAPVT XVI.

1. De Christi resurrectione 9. Christus apparet Mariæ
 Magdalene & alijs. 15. Mittit Apostolos ad prædicandū.
 19. Ascensio Christi.

1 ET ^{Luc. 24. 1} quum exactum esset sabbathum, Maria
^{Ioh. 20. 1} Magdalene, & Maria Iacobi mater, & Salo-
 me emerunt aromata, vt venientes vngerēt eum.
 2 Itaq; valde manè, primo die hebdomadis veniūt
 3 ad monumentum exorto sole. Dicebantque
 I 4 inter

inter sese, Quis deuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? Et intuita, conspiciunt lapidem esse deuolurum: nam erat magnus valde. Ingressi igitur in monumentum, viderunt iuuenem sedentem ad dextram, amictum stola candida: & expauerunt. Ipse vero dixit eis, Ne expauescite: Iesum illum queritis Nazarenum qui fuit crucifixus: resurrexit, non est hic, ecce locus vbi posuerant eum. Sed abite, dicite discipulis eius & Petro, ipsum preire vobis in Galilæam? illic eum videbitis, prout dixit vobis. Tunc abeuntes cito, fugerunt à monumento. tenebat enim eas tremor & stupor. neque cuiquam dicebant: timebant enim. Quum autem resurrexisset Iesus, mane, primo die hebdomadis apparuit primùm Mariæ Magdalena, ex qua eiecerat septem demonia. Illa profecta annuntiauit ijs qui cum ipso fuerant, iugentibus ac silentibus. Illi vero quum audissent eum vivere, & conspectum fuisse ab ea, non crediderunt. Postea autem duobus ex ipsis ambulans apparuit alia forma, quum rus proficiscerentur. Et illi abierunt, & annuntiauerunt reliquis: qui ne illis quidem crediderunt. Postremo, vnâ sedentibus ipsis vndecim exhibuit sese: & exprobrauit incredulitatem eorum, & cordis duritiem: quod ijs qui ipsum conspexerant excitatum, non credidissent. Et dixit eis, Profecti in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ. Qui crediderit & baptizatus fuerit, seruabitur: qui vero non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos qui crediderint, hæc subsequenter, Per nomē meum demonia eijcient: linguis loquentur nouis:

Matth. 28. 1
Iohan. 20. 12

Sup. 14. 28
Matth. 26. 32

Ioh. 20. 26
Luc. 8. 2

Luc. 14. 13

Luc. 24. 36
Iohan. 20. 19

Matt. 28. 19

Ioll. 12. 48

A. 707. 16. 18
A. 707. 2. 4. &
10 46

- 18 nouis: ¹ Serpentes tollent: & si quid lethale bi- Act. 28. 5
berint, nequaquam nocebit eis: ² agrotis ma- Act. 28. 8
19 nus imponent, & bene habebunt. ¶ ³ Dominus Luc. 24. 52
igitur postquam loquutus fuisset eis: sursum
recepit in cælum, & sedit ad dexteram Dei. Hbc. 2. 4
20 Illi verò egressi prædicarunt vbique, ⁴ Domino
vnâ operante, & sermonem confirmante per si-
gna subsequentiâ.

EVANGELIUM

SECUNDVM LVCAM.

CAPVT I.

1. Præfatur Lucas. 5. Zacharias & Elisabet: 15. Iohannes qualis futurus. 20. Zacharias incredulus, mirus efficitur. 26. Angelus salutatur Mariam, & annuntiat Christi natiuitatem. 39. Maria uisitat Elizabet. 46. Canticum Mariæ. 68. Canticum Zachariæ nunciâs Christum promissum venisse. 76. Iohannis officium.

1 **Q**VONIAM multi aggressi sunt com-
2 ponere, narrationem earum rerû quarû
3 plena fides nobis facta est, Prout tradi-
4 derunt nobis qui à principio spectatores ipsi &
5 ministri fuerunt sermonis: Visum est etiam
6 mihi omnia altè repetita, penitus consequuto
ordine, de eis ad describere, præstâtissime Theo-
phile: Vt agnoscas earum rerum veritatem
quas auditione accepisti.

7 **F**Vit diebus Herodis illius regis Iudææ, Sacer-
8 dos quidam nomine Zacharias, ¹ ex vice A. 1. Par. 24. 1
9 bia: vxor verò ipsius erat ex filiabus Aaron, &
10 nomen eius Elizabet. Erant autem iusti am-
bo in conspectu Dei, incedentes in omnibus

Exod. 30. 7
E. 16. 17

77 2^o Luc. 4. 5
Matth. 1. 14

mandatis & constitutionibus Domini inculpate. Nec erat ipsis proles, eò quòd esset Elizabeth sterilis, & ambo prouecti iam essent ætate. Factum est autem quum is sacerdotio fungeretur in ordine vicis suæ ante Deum, Secundum ritum functionis sacerdotalis, sortitus est munus suffimenti faciendi, postquam ingressus esset in templum Domini. ² Et tota multitudo populi foris precabatur tempore suffitus. ³ Visus autem est ei Angelus Domini, stans ad dextram altaris suffitus. Et Zacharias eo viso turbatus est, & pavor incidit in eum. Dixit autem ei Angelus, Ne time Zacharia. nam exaudita est deprecatio tua: vxorq; tua Elisabeth gignet tibi filium, & vocabis nomen eius Iohannem. Et erit tibi gaudio & exultationi, multiq; super eius natiuitate gaudebunt. Erit enim magnus in conspectu Domini, & vinum siceramq; non bibet: & Spiritu sancto implebitur etiam ab utero matris suæ: ⁴ Mustosq; filiorum Israel conuertet ad Dominum Deum ipsorum. Nam ipse præcedet in conspectu eius, cum spiritu & virtute Elizabeth, vt conuertat corda patrum in filios, & rebelles ad prudentiam iustorum: vt paret Domino populum instructum. Tunc dixit Zacharias Angelo. Quo argumento istud noscam? ego enim sum senex, & vxor mea prouecta est ætate. Et respondens Angelus dixit ei, Ego sum Gabriel qui adsto in conspectu Dei: missusq; sum vt te alloquar, & hæc tibi læta nuntiem: Et ecce stilebis, nec loqui poteris ad eum vsq; diem quo hæc fiant. eo quòd non credidisti sermonibus meis, qui implebuntur tempore suo. Erat autem tem populus expectans Zachariam: & mirabantur

22 bantur quoddam is tardaret in templo. Ille verò e-
 gressus non poterat eis loqui: & cognouerunt
 eum visionem vidisse in templo. Nam ipse in-
 23 nuebat eis: permansitq; murus. Et factum est,
 vt impleti sunt dies ministerij ipsius, abiit do-
 24 mum suam. Post illos autem dies concepit E-
 lisabet vxore eius: & occultauit se mēibus quin-
 25 que, dicens, Nempe ita mihi fecit Dominus die-
 bus quibus me intuitus est, vt auferret probrum
 26 illud meum inter homines. ¶ Mense autem
 sexto missus est Angelus Gabriel à Deo in vr-
 27 bem Galilææ cui nomen Nazareth, ^{Matth. 1. 18} Ad vir-
 ginem desponsam viro cui nomen erat Io-
 seph, ex domo Dauid: nomen autem virgi-
 28 ginis erat Maria. Ingressus igitur Angelus ad
 eam, dixit, Aue grata dilecta: Dominus tecum
 29 est: benedicta tu inter mulieres. Illa verò quum
 eum vidisset, perturbata est super eius sermone:
 30 & cogitabat qualis esset salutatio ista. Tunc di-
 xit ei Angelus, Ne time Maria: es enim in gra-
 31 tia apud Deum. ^{Esai. 7. 14} Et ecce concipies in utero, & ^{Infra 2. 25}
 paries filium: ^{Matth. 1. 21} & vocabis nomen eius Iesum.
 32 Hic erit magnus, & Filius Altissimi vocabitur:
 dabitq; ei Dominus Deum sedem Dauid patris
 33 ipsius: ^{Dan. 7. 14. 27} Regnabitq; super domum Iacob in ^{Mich. 4. 7}
 æternum, & regni eius non erit finis. Dixit
 34 autem Maria ad Angelum, Quomodo erit
 istud, quandoquidem virum non sum cognitu-
 35 ra? Et respondens Angelus dixit ei, Spiritus san-
 ctus superueniet in te, & virtus altissimi inum-
 brabit te: propterea id etiam quod nascetur ex
 36 te sanctum, Vocabitur filius Dei. Et ecce,
 Elisabet cognata tua, & ipsa concepit filium in
 senectute sua: & hic mensis est sextus ipsi, que vo-
 cabatur

tabatur sterilis: Quia apud Deum non erit
 impossibile vllum verbum. Dixit autem Ma-
 ria, Ecce ancilla Domini. fiat mihi secundum
 verbum tuum. Et abiit ab ea Angelus. ¶ Quum
 autem surrexisset Maria per eos dies, profecta
 est in montanam regionem cum festinatione,
 in urbem Iuda: Et ingressa est domum Zacha-
 ria, & salutauit Elisabet. Et factum est, vt au-
 diuit Elisabet salutationem Maria, salijt foetus
 in vtero eius: & repleta est spiritu sancto Elisa-
 bet. Exclamauitque voce magna, & dixit, Be-
 nedicta tu inter mulieres, quia benedictus fru-
 ctus vteri tui. Et vnde hoc mihi, vt veniat ma-
 ter Domini mei ad me? Ecce enim, vt peruenit
 vox salutationis tuae ad aures meas, salijt foetus
 exultans in vtero meo. Et beata quae credidit:
 nam perficientur ea quae dicta sunt ei à Domi-
 no. Tunc ait Maria, Magnificat anima mea
 Dominum, Et exultat spiritus meus super
 Deo seruatore meo. Quia respexit humilem
 ancillam suam. ecce enim, ex hoc tempore bea-
 tam me praedicabunt omnes aetates: Quia ma-
 gnificè mecum egit potens ille, cuius sanctum
 est nomen. Et cuius misericordia in omnes
 aetates parata est timentibus ipsum. ¶ Forte
 facinus fecit brachio suo: ¶ dissipauit superbos
 cogitatione cordis ipsorum. Detraxit poten-
 tes è thronis, & extulit humiles. ¶ Famelicos
 impleuit bonis, & diuites ablegauit inanes.
 ¶ Suscepit Israel puerum suum, vt memor esset
 misericordiae. (¶ Prout loquutus est patribus
 nostris, nimirum Abrahamo, & semini eius) in
 aeternum. Mansit autem Maria cum illa quasi
 tres menses: & postea reuertit domum suam.
 ¶ Elisa-

Bfa. 11. 9

Psal. 33. 10

Esa. 29. 15

1. Reg. 2. 6

Psal. 34. 11

Esa. 30. 18, &

31. 8, & 4. 6

Ierem. 31. 3, 20

Gen. 17. 19, &

22. 15

Psal. 132. 11

- 57 ¶ Elifabeta verò impletum est tempus pariendi:
 58 & peperit Filium. Et audierunt accolæ & cog-
 nati eius, Dominum magnifica misericordia
 sua usum esse erga eam, & ei gratulabantur. Supr. 14
 59 Et factum est, die octauo venerunt, vt circunci-
 derent puerulum: & vocabant eum ex nomine
 60 patris ipsius, Zachariam. Sed respondens ma-
 ter eius, ait, Nequaquam: sed vocabitur Iohan-
 61 nes. Et dixerunt ad eam, Nemo est in cogna-
 62 tione tua, qui vocetur isto nomine. Innuebant
 63 autem patri eius quid vellet eum vocari. Isque
 postulatis tabellis scripsit, dicens, & Iohannes Supr. 15
 64 est nomen eius. Et mirati sunt omnes. Aper-
 tum est autem os eius illico, & lingua eius: &
 65 loquebatur benedicens Deo. Ortus est igitur
 timor omnibus accolis eorum: & in tota mon-
 tana regione Iudææ diuulgata sunt omnia ver-
 66 ba ista. Et omnes qui audierunt, reposuerunt
 ea in corde suo, dicentes, Quisnam puerulus
 hic erit? Manus autem Domini erat cum eo.
 67 Et Zacharias pater eius repletus est Spiritu san-
 68 cto: prophetauitque, dicens, & Benedictus Do-
 minus Deus Israel, quod inuiserit & redemerit
 69 populum suum. & Et erexerit cornu salutis no- Psal. 132. 17
 70 bis in domo David pueri sui: & Prout loquutus Psal. 132. 18
 est per os sanctorum, qui à seculo fuerunt, Pro- Ierem. 23. 6,
 71 phetarum suorum, Fore vt nos seruaret ex ini- & 30. 10
 micis nostris, & è manu omnium qui oderunt
 72 nos. Vt vteretur misericordia erga patres no-
 73 stros, ac memor esset Testamenti sui sancti: Et
 & iurandi quod iurauit Abrahamo patri Gen. 22. 16
 74 nostro, nimirum se daturum nobis: Vt sine Ierem. 31. 33
 metu, è manu inimicorum nostrorum liberati, Heb. 6. 13, 17
 75 seruiremus ipsi, & Cum sanctitate & iustitia in
 ipseus 1. Pet. 1. 15

ipſius conſpectu, cunctos dies vitæ noſtræ. Tu
 verò puerule, Propheta Altiffimi vocaberis: præ
 ibis enim ante faciem Domini, vt pares vias e
 ius, Et des cognitionem ſalutis populo eius,
 per remiſſionem peccatorum ipſorum: Pro
 pter viſcera miſericordiæ Dei noſtri, quibus in
 uiiſit nos ^ſgermen ex alto: Vt appareat ijs qui
 in tenebris & umbra mortis poſiti ſunt, ad diri
 gendos pedes noſtros in viam pacis. Ipſe autem
 puerulus creſcebat & corroborabatur Spiritu:
 fuit que in deſertis ad eum uſque diem quo ſe
 o
 ſcenderet apud Iſraelem.

Supr. 17

Zach. 3. 9. &

4. 12

Malac. 4. 2

CAPVT II.

1. Cenſetur tota terra a Cæſare Auguſto. 7. Naſcitur
 Chriſtus. 13. Canticum Angelorum. 21. Chriſtus cir
 cunciditur. 22. Puerperæ Mariæ purgatio. 28. Simeon
 ſuſcipit Chriſtum. 29. Canticum Simeonis. 36. Anna
 prophetiſſa. 40. Puer Chriſtus. 46. Ieſus cum docto
 ribus diſputat.

FActum eſt autem diebus illis, prodijte edictu
 à Cæſare Auguſto, vt describeretur tota ter
 ra. (Hæc descriptio prima facta eſt præſide Sy
 riæ Cyrenio.) Ibant igitur omnes vt describe
 rentur in ſuam quiſque urbem. Aſcendit autem
 etiam Ioseph à Galilæa, ex vrbe Nazareth, in Iu
 dæam, in urbem Dauid quæ vocatur Bethleem
 (propterea quòd eſſet ex domo & familia Da
 uid.) Vt describeretur cum Maria deſponſa ſi
 bi vxore, quæ erat prægnans. Factum eſt autem
 quum eſſent illic, completi ſunt dies quibus ipſa
 pareret. Peperit igitur filium ſuum primoge
 nitum, & ſciscijs eum inuoluit, reclinauit que
 eum in præſepi: ed quod non erat eis locus in
 diuerſorio. ¶ Erant autem paſtores in ea
 dem regione excubantes, & agentes vigilias no
 ctis

Iohan. 7. 41

9 Etis super gregem suum. Et ecce Angelus Do-
 mini superuenit ipsis, & gloria Domini circum-
 10 fulsit eos. & timuerunt timore magno. Tunc di-
 cit eis Angelus, Ne timete: ecce enim euangelizo
 vobis gaudiū magnum, quod erit toti populo:
 11 Nempe natum esse vobis hodie Seruatore (qui
 12 est Christus Dominus) in vrbe Dauid. Hoc
 autem vobis signum erit, Inuenietis infantem
 13 fascijs inuolutum, iacentem in praesepe. Et re-
 pentē adfuit cum Angelo multitudo exercitu-
 um caelestium, laudantium Dominum & dicen-
 14 tium. Gloria in caelis altissimis Deo, & in terra
 15 pax, in homines beneuolentia. Et factum est, vt
 discesserunt ab eis Angeli in caelum, cum pasto-
 res illi dixerunt alij ad alios, Eamus sanè Beth-
 lehem vsque, & videamus factū istud quod Do-
 16 minus notum fecit nobis. Venerunt igitur fe-
 stinantes, & inuenerunt Mariam & Ioseph, &
 17 infantem iacentem in praesepe. Quum vidissent
 autē, diuulgauerunt id quod dictū fuerat ipsis
 18 de puerulo illo. Et omnes qui audierunt, mira-
 ti sunt ea quae ipsis dicta fuerant à pastoribus.
 19 Maria verò ista omnia conseruabat, cōferens eā
 20 in corde suo. Reuersi sunt autem pastores, glo-
 rificantes & laudantes Deum super omnibus
 quae audierant & viderant, prout ipsis dictum
 21 fuerat. Et quum aduenisset dies octauus, vt Gen. 17. 12
 circumciderent puerulum, tunc vocatum est Leuit. 12. 3
 nomen eius Iesus, quod vocatum fuerat ab Supr. 4. 31.
 Angelo priusquam ipse in vtero conciperet. Marth. 1. 21
 22 tur. Et quum impleti fuissent dies purificationis
 Mariae, secundū legē Moysi, adduxerunt eum Leuit. 12. 6
 23 Hierosolymā, vt sifterent eum Domino. (Prout Exod. 13. 28
 scriptū est in Lege Domini, Omnis masculus Num. 8. 6
 primo.

Lcui. 12. 6

primogenitus, sanctus Domino erit.) Et ut
 darent oblationem, secundum id quod dictum
 est in Lege Domini, par turturum, aut duos
 pullos columbarum. ¶ Et ecce quidam erat in
 Hierusalem, cui nomen Simeon: eratque homo
 iste iustus ac religiosus, expectans consolatio-
 nem Israel: & Spiritus sanctus erat super eum.
 Fueratque ipsi diuinitus nuntiatum a Spiritu
 sancto, ipsum non visurum mortem priusquam
 vidisset Christum illum Domini. Is igitur ve-
 nit impulsore Spiritu in templum. & quum in-
 troducerent puerulum Iesum parentes, ut eius
 causa facerent quod ex Lege consueuerant,
 Tunc ipse accepit eum in vlnas suas, & benedi-
 xit Deo, ac dixit, Nunc dimittis seruum tu-
 um, Domine, secundum verbum tuum, in pace.
 Quia viderunt oculi mei salutem tuam, Quam
 parasti in oculis omnium populorum: Lumen
 patefaciendum Gentibus, & gloriam populi tui
 Israel. Pater autem & mater eius mirabantur
 super ijs quae dicebantur de eo. Et benedixit
 eis Simeon, dixitque Mariae matri eius, ¶ Ecce
 positus est iste in casum & resurrectionem mul-
 torum in Israel, & in signum cui contradica-
 tur: (Quin & tuam ipsius animam traiciet gla-
 dius) ut detegantur ex multis cordibus cogi-
 tationes. ¶ Erat etiam quaedam Anna prophe-
 tissa, filia Phanuel, ex tribu Aser: haec processer-
 rat in multam aetatem, postquam vixisset cum
 viro annis septem a virginitate sua. Et quum
 esset vidua quasi annorum octoginta quatuor,
 non abscedebat a templo, ieiunijs ac depreca-
 tionibus seruiens Deo noctem ac diem: Hae-
 c igitur eo ipso momento quum superuenisset,
 vicis

Esa 8. 14
 Rom. 9. 32
 1. Pet. 2. 8

vicissim confitebatur Domino, & loquebatur
 de eo omnibus qui expectabant redemptionem
 39 in Hierusalem. At illi vt perfecerunt omnia se-
 cundum Legem Domini, reuersi sunt in Gali-
 40 læam, in urbem suam Nazareth. Puerulus au-
 tē crescebat, & corroborabatur Spiritu, imple-
 baturque sapientia : & Dei gratia ipsi inerat.
 41 ¶ Ibant verò parentes eius quotannis Hieroso-
 42 lymam^s in festo paschæ. Quum igitur factus Deut. 26.1
 esset annorum duodecim, ascenderunt ipsi Hie-
 43 rosolymam secundum ritum festi. Peractisq;
 eius diebus, quum reuerterentur illi, remansit
 puer Iesus in Hierusalem : quod nesciuit Io-
 44 seph nec mater eius. Existimantes autem eum
 esse in comitatu, ierunt viam vnus diei : & re-
 quirebant eum inter cognatos & inter notos.
 45 Et quum eum non inuenissent, reuersi sunt in
 46 Hierusalem, quærentes eum. Et factum est, tri-
 duo post inuenerunt eum in templo, sedentem
 in medio magistrorum, & audientem eos, et eos
 47 interrogantem. Obstupescabant autem omnes
 qui eum audiebant, super intelligentia & respõ-
 48 sione eius. Et eo viso fuerunt attoniti : & dixit ei
 mater eius, Fili, cur ita fecisti nobis ? ecce pater
 49 tuus & ego cruciati quærebamus te. Tunc di-
 xit ad eos, Quid est, quod quærebatis me ? an ne-
 sciebatis quod in ijs quæ Patris mei sunt, oportet
 50 me esse ? At ipsi non intellexerunt verba, quæ
 51 ipsis loquutus erat. Descendit autem cum eis,
 venitque Nazareth : & erat eis subiectus. Et
 mater eius conseruabat omnia hæc in corde
 52 suo. Iesus autem proficiebat sapientia & statu-
 ra ac gratia apud Deum & homines.

4. Iohannes hortatur ad resipiscentiam. 15. Testimonium ipsius de Christo. 20. Herodes illum in carcerem includit. 21. Christus baptizatur. 23. Catalogus Matrum Christi.

ANno verò decimoquinto imperij Tiberij¹ Casaris, Pontio Pilato præfide Iudææ, & tetrarcha Galilææ Herode, Philippo autē ipsius fratre tetrarcha Iturææ & Trachonitidis regionis, & Lyfania Abilenes tetrarcha,² SubPon³ tificibus maximis Anna & Caiapha, factum est verbum Domini ad Iohannem Zachariæ filiū, in deserto. ⁴ Venit igitur in omnem regionem³ circumiacentem Iordani, prædicans Baptismum resipiscentiæ in remissionem peccatorum. Ut⁴ est scriptum in libro sermonum Esaiaæ Prophetæ, dicentis, ⁵ Vox clamantis in deserto, Parate viam Domini, complanate semitas eius. Omnis⁵ vallis implebitur, & omnis mons & collis deprimetur: & quæ curua sunt, fient via recta, & asperæ viæ fient planæ. Videbitque omnis⁶ caro salutem Dei. Dicebat igitur turbæ veni-⁷ enti ut baptizaretur ab ipso, ⁸ Progenies viperarum, quis præmonstravit vobis, ut futuram iram effugeretis? Ferte igitur fructus dignos⁸ ijs qui resipuerint, & ne cœperitis dicere apud vos ipsos, Patrem habemus Abraham. Dico enim vobis, posse Deum etiam ex lapidibus istis excitare liberos Abrahamo. Iam verò securis⁹ etiam ad radicem arborum posita est: omnis igitur arbor non edens fructum bonum, exciditur, & in ignem abiicitur. Tunc interrogavit¹⁰ eū turba, dicens, Quid igitur faciemus? Respon-¹¹ dens autē dixit eis, ¹² Qui habet duas tunicas, impertiat

Luc. 2. 14
I. Ioh. 3. 17

12 pertiat non habenti: & qui habet escas, similiter
 13 faciat. Venerunt autē & publicani vt baptizare-
 14 tur: & dixerunt ei, Magister, quid faciemus? Ipse
 15 verò dixit eis, Nihil amplius quàm quod cōsti-
 16 tutum est vobis, exigite. Interrogauerūt autem
 17 eum etiā milites, dicentes, Et nos quid faciemus?
 18 Et dixit eis, Neminem concutite, neq; calum-
 19 niamini: & cōtenti estote stipendijs vestris. Ex-
 20 pectante autem populo, & cogitantib; omnibus
 21 in cordibus suis de Iohanne, nūmnam ipse esset
 22 Christus ille, Respondit Iohannes, dicens o-
 23 mnibus, Ego quidem baptizo vos aqua: sed ve-
 24 nit qui validior me est, cuius non sum dignus
 25 qui soluam solearum corrigiam. ipse vos bapti-
 26 zabit Spiritu sancto & igni. Cujus vētilabrum
 27 in manu ipsius, & perpurgabit aream suam: co-
 28 getq; triticum in horreum suum, paleam autem
 29 exuret igni inextinguibili. Multa igitur etiam
 30 alia exhortans euangelizabat populo. ¶ Hero-
 31 des autē tetrarcha, quum argueretur ab eo de He-
 32 rodiade vxore Philippi fratris eius, deq; omnib;
 33 sceleribus quæ ipse fecerat: Adiecit & hoc supra
 34 omnia, quòd inclusit Iohannē in carcere. ¶ Fa-
 35 ctum est autē quū baptizaretur omnis populus,
 36 & Iesus baptizatus esset, & precaretur, vt apertū
 37 sit cælum: Ac descenderit Spiritus sanctus cor-
 38 porca specie tanquam colūba, supra eū: & vox de
 39 cælo extiterit, dicens, Tu es Filius ille meus di-
 40 lectus, in te acquiesco. ¶ Ipse autē Iesus incipiebat
 41 esse quasi annorū triginta, filius (vt existimaba-
 42 tur) Ioseph, qui fuit filius Heli, Qui fuit Mat-
 43 thas, qui fuit Leui, qui fuit Melchi, qui fuit Iana,
 44 qui fuit Ioseph, Qui fuit Martathia, qui fuit A-
 45 mos, qui fuit Naū, qui fuit Esli, qui fuit Naggas,

Matth. 3. 11

Marc. 1. 8

Iohan. 1. 26

Act. 1. 5, & 8.

4. & 11. 10, &

19. 4

Matth. 14. 3

Marc. 6. 17

Matth. 3. 13

Marc. 1. 9

Iohan. 1. 32

Qui fuit Maath, qui fuit Mattathiaë, qui fuit ²⁶
 Semei, qui fuit Ioseph, qui fuit Iuda. Qui fuit ²⁷
 Iohanna, qui fuit Rhesa, qui fuit Zorobabel,
 qui fuit Salathiel, qui fuit Neri, Qui fuit Mel-²⁸
 chi, qui fuit Addi, qui fuit Cosam, qui fuit El-
 modam, qui fuit Er, Qui fuit Iose, qui fuit E-²⁹
 liezer, qui fuit Iorim, qui fuit Matthat, qui fuit
 Leni, Qui fuit Simeon, qui fuit Iuda, qui ³⁰
 fuit Ioseph, qui fuit Ionam, qui fuit Elia-
 cim, Qui fuit Melea, qui fuit Mainam, ³¹
 qui fuit Matthata, qui fuit Nathan, qui fuit
 David, Qui fuit Iessæ, qui fuit Obed, qui ³²
 fuit Boos, qui fuit Salmon, qui fuit Naasson,
 Qui fuit Aminadab, qui fuit Aram, qui fuit ³³
 Esrom, qui fuit Phares, qui fuit Iuda, Qui ³⁴
 fuit Iacob, qui fuit Isaac, qui fuit Abraham,
 qui fuit Thara, qui fuit Nachor, Qui fuit Sa-³⁵
 ruch, qui fuit Ragau, qui fuit Phalec, qui fuit
 Heber, qui fuit Sale, Qui fuit Alphaxad, qui ³⁶
 fuit Sè, qui fuit Noe, qui fuit Lamech, Qui fuit ³⁷
 Mathusala, qui fuit Henoch, qui fuit Jared, qui
 fuit Mahalaleel, qui fuit Cainan, Qui fuit He-³⁸
 nos, qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei.

CAPVT III.

1. De tentatione & iunio Christi. 16. Docet in Na-
 zareth magna omnium admiratione. 24. Propheta in
 patria docens contemnitur. 33. Dæmoniacus sanatur.
 38. Socrus Petri sanatur. 40. Sanantur & infirmi. 41.
 Et dæmones consistuntur Christum.

Matt. 4. 1
 Marc. 1. 12

Iesus autem plenus Spiritu sancto, reuertit ²¹
 Iordane, & ²actus est ab eodem Spiritu in de-
 sertum: Dies quadraginta tentante eum dia-
 bolo. Neque comedit quicquam per illos dies:
 sed

- 3 sed ijs exactis, postea esuriit. Tunc dixit ei
 diabolus, Si Filius es Dei, dic isti lapidi, vt fiat
 4 panis. Et respondit ei Iesus, dicens, Scriptum
 est, ^{Deutr. 8. 3} non pane solo victurum hominem, sed o-
 5 mni verbo Dei. Tunc quum subduxisset eum
 diabolus in montem sublimem, ostendit ei o-
 6 mnia regna terra puncto temporis. Et ait ei
 diabolus, Tibi dabo potestatem hanc vniuer-
 sam, & gloriam illorum regnorum. nam mihi
 7 tradita est, & cuiuscunq; voluero, do eam. Itaq;
 8 si tu adoraueris me, erunt tua omnia. Respon-
 dens autem Iesus, dixit ei, Abscede à me Satana:
 scriptum est enim, ^{Deutr. 6. 16} Adorabis Dominum Deum
 9 tuum, & ei soli seruias. Tum duxit eum in Hie-
 10 rusalem, & eum statuit supra pinnae templi: &
 dixit ei, Si Filius Dei es, iace te ipsum hinc deor-
 11 sum. Scriptum est enim, ^{Psal. 91. 12} Angelis suis manda-
 bit de te, vt custodiant te. Et in manus tol-
 12 lent te, nequando offendas ad lapidem pedem
 tuum, Respondens autem Iesus, dixit ei, Di-
 13 ctum est, ^{Deut. 6. 16} Non tentabis Dominum Deum tu-
 um. Et finita omni tentatione, diabolus abs-
 14 celsit ab eo ad tempus. Reuersus est autem Ie-
 sus cum virtute Spiritus in Galilaam: & fama
 de eo exijt in totam circumiacentem regionem.
 15 Et ipse docebat in synagogis eorum, omnibus
 16 ipsum glorificantibus. ^{Matth. 13. 54} Venit igitur Naza-
 reth, vbi fuerat nutritus: & intrauit, vt consu-
 17 uerat, die Sabbathi, in synagogam: & surrexit
 vt legeret. Tunc datus est ei liber Esaiæ Pro-
 18 phetæ: quumq; explicuisset librum, Inuenit lo-
 cum in quo scriptum erat, ^{Marc. 6. 1} Spiritus Domini
 super me, propterea quòd vnxit me: vt euange-
 lizem pauperibus misit me, vt sanem contritos
 corde,

corde, vt prædicem captiuis dimissionem, & cæcis visus recuperationem, & confractos emit-
tam in libertatem: Vt prædicem annum Domi-¹⁹
ni acceptum. Et complicatum librum quum²⁰
reddidisset ministro, sedit: & omnium in syna-
goga oculi erant intenti in eum. Cœpit autem²¹
eis dicere, Hodie impleta est hæc Scriptura au-
dientibus vobis. Et omnes testimonium ei da-²²
bant, ac mirabantur super sermonibus plenis
gratia, qui procedebant ex ore ipsius, dicebant-
que, Nonne iste est filius Ioseph? Et dixit ad²³
eos, Omnino diceris mihi hoc prouerbum, Me-
dice, cura te ipsum: quæcunque audiuius fa-
cta fuisse in Capernaum, fac etiam hic in patria
Iohan. 4. 44. tua. Dixit autem, Amen dico vobis, Nemo²⁴
Propheta acceptus est in patria sua. Sed in ve-²⁵
ritate dico vobis, Multæ viduæ erant diebus
1. Reg. 17. 9. Elie in Israel, quando clausum est cælum ad
Iac. 5. 17. annos tres & sex menses, aded vt fuerit fames ma-
gna per totam regionem: Sed ad nullam illa-²⁶
rum missus est Elias, nisi Sareptam urbem Sido-
niæ, ad mulierem viduam. Et multi leprosi²⁷
2. Reg. 5. 14. erant in Israel sub Elisæo propheta, sed nemo
eorum purgatus est nisi Naaman Syrus. Tum²⁸
repleti sunt omnes excandescencia in synago-
ga, hæc audientes. Et quum surrexissent, eiece-²⁹
runt eum extra urbem, & duxerunt eum vsq; ad
supercilium montis super quem vrbs ipsorum
erat ædificata, vt præcipitarent eum. Ipse verò³⁰
quum transisset per medium eorum, profectus
Matth. 4. 13. est. ¶ Et descendit in Capernaum urbem Ga-³¹
Mar. 1. 21. lilææ, ibique docebat eos sabbathis. Et per-³²
Matth. 7. 29. celebantur super doctrina eius, erat enim ser-
Mar. 1. 22. mo ipsius cum autoritate. ¶ Erat autem in³³
syna-

- synagoga quidam habens spiritum dæmonia-
cum impurum, qui exclamauit voce magna-
34 Dicens, Ah, quid nobis tecum Iesu Nazarene ?
venisti vt perderes nos? noui te qui sis: nimirum
35 Sanctus ille Dei. Et obiurgauit eum Iesus, di-
cens, Obmutesce, & exi ab eo. Tunc dæmo-
nium abiecto illo in medium, exiit ab eo, ni-
36 hilque ei nocuit. Et obortus est pavor in o-
mnibus. & colloquebantur alij cum alijs, dicē-
tes, Quid hoc rei est, quòd cum autoritate ac
potestate imperat impuris spiritibus, & exeunt?
37 Et peruenit rumor de eo in omnem locum cir-
38 cumiacentis regionis. ¶ Quum surrexisset au-
tem Iesus è Synagoga, introiuit domum Simo-
nis. Socrus vero Simonis detinebatur febrī
39 magna: & rogauerunt eum pro illa. Tunc i-
pse adstans supra eam, obiurgauit febrim: & fe-
bris eam dimisit. illa verò quum illico surrexisset,
40 ministravit eis. Occidente autem sole, o-
mnes qui habebant agrotantes morbis varijs,
ducebant ipsos ad eum: ille verò vnique i-
41 psorum, impositis manibus, sanauit eos. ¶ Ex. Marc. 1. 35
Ibant autem etiam dæmonia ex multis, claman-
tia ac dicētia, Tu es Christus ille Filius Dei. Sed
ipse obiurgans, non sinebat ea loqui quòd sciret
42 ipsum esse Christum. ¶ Orto autem die egres-
sus, profectus est in desertum locum: & turba
quærebat eum, veneruntque vsque ad ipsum: &
43 retinebant eum ne ab ipsis discederet. Ille verò
dixit eis, Certè etiam alijs vrbibus oportet me
euangelizare regnum Dei. nam ad hoc missus
44 sum. Et prædicabat in synagogis Galilææ.

CAPVT V.

K. 4

I. Chr.

1. Christus docet e nauigio. 6. De captura piscium. 12. Leprosus. 16. In deserto orat Christus. 18. Paralyticus. 27. Leui publicanus. 34. ieiunia & afflictiones Apostolorum post ascensionem. 36. 37. 38. Vetusis vrbibus & vetibus discipuli debiles & minus robusti comparantur.

Matth. 4. 23
Marc. 1. 16

Factum est autem, quum turba immineret ei,¹ audiendi verbi Dei causa, ipse stabat apud stagnum Genezaret: Viditq; duo nauigia quæ² ad stagnum erant: piscatores verò quum ex ijs descendissent, abluebant retia. Ingressus autem³ in vnum istorum nauigiorum, quod erat Simoni, rogauit eum vt à terra proueheret paululù: quumq; confedisset, docebat turbam ex nauigio. Vt cessauit autem loqui, dixit ad Simonem,⁴ Prouehito in altum, & demittite retia vestra ad capturam. Tum respondens Simon, ait ei, Magister, quum per totam noctem nos fatigauerimus, nihil cepimus: tamen ex tuo iussu demittam rete. Et quum hoc fecissent, concluderunt⁶ piscium multitudinem magnam. dirumpebatur autem rete eorum. Et innuerunt socijs qui⁷ erant in altero nauigio, vt venirent, & ipsis optularentur. Venerunt igitur, & impleuerunt ambas naues, ita vt mergerentur. Quum autem⁸ hæc vidisset Simon Petrus, accidit ad genua Iesu, dicens, Discede à me. Nam homo peccator sum, Domine. Pavor enim occupat eum &⁹ omnes qui cum eo erant, super captura piscium quam comprehenderant. Similiter autem &¹⁰ Iacobum & Iohannem filios Zebedæi, qui erant socij Simoni. Tunc ait ad Simonem Iesus, Ne metue: ab hoc tempore homines viuos capies. Illi autem quum subduxissent in terram nauigia,¹¹ relictis omnibus, sequuti sunt eum. ¶ Et¹² factum

Matth. 8. 2
Marc. 1. 40

factum est, quum esset in quadam vrbe, tum ec-
 ce adfuit quidam plenus lepra: ac viso Iesu pro-
 cidens in faciem, rogauit eum, dicens, Domine,
 13 si velis, potes me purgare. Iesus autem extensa
 manu terigit eum, dicens, Volo, purgator. Et
 14 statim lepra abiit ab eo. Ipse verò præcepit ei,
 vt nulli hoc diceret: Sed vade, inquit, ostende
 te ipsum Sacerdoti, & offer pro purgatione tui,
 15 prout præcepit Moses, vt hoc sit eis testimo- *Lcuit. 14. 4*
 nio. ¶ Dimanabant autem eo magis sermones
 de eo: & conueniebat turba multa, vt audirét,
 16 & per eum sanarentur à morbis suis. Ipse au-
 17 tem secedens, erat in desertis, & precabatur. ¶ Et
 factum est quodam die, quum ipse doceret, ef-
 sentque Pharisei sedentes ac Legis doctores,
 qui venerant ex omnibus vicis Galilææ & Iudeæ
 & ex Hierusalem: & potentia Domini adesset
 18 ei ad sanandum illos: ¶ Tunc ecce adfuerunt *Matth. 9. 2.*
 quidam ferentes in lecto hominem qui erat pa- *Marc. 2. 3*
 ralyticus: & studebant eum inferre, & ponere
 19 in ipsius conspectu. Et quum non inuenissent
 qua parte eum inferrent, propter turbam, ascen-
 derunt supra domum, & per tegulas demiserunt
 20 eum cum lectulo in medium, ante Iesum. Qui
 fide eorum visa, dixit, Heus tu, remissa sunt tibi
 21 peccata tua. Tunc cœperunt ratiocinari Scri-
 bæ & Pharisei, dicens, Quis est iste qui loqui-
 tur blasphemias? Quis potest remittere peccata
 22 nisi solus Deus? Iesus autem quum nosset eor-
 um ratiocinationes, respondens dixit eis, Quid
 23 ratiocinamini in cordibus vestris? Vtrum est
 facilius dicere, Remissa sunt tibi peccata: an di-
 24 cere, Surge & ambula? Vt autem sciatis Filium
 hominis præditum esse authoritate in terra re-

Matth. 9. 9
Marc. 2. 14

1 Tim. 1. 35
Matth. 9. 14
Marc. 2. 18

mittendi peccata, (ait paralytico) Tibi dico,
Surge, & sublato lectulo tuo, proficiscere do-
mum tuam. Is autem illico quum surrexisset
in conspectu eorum, sublato eo in quo iacuerat,
abiit domum suam, glorificans Deum. Et stu-
por cepit omnes, & glorificabant Deum: & re-
pleti sunt timore, dicentes, Certè vidimus ino-
pinata hodie. Post hæc verd exiit, & conspexit
publicanum nomine Leui, sedentem ad teloni-
um, & dixit ei, Sequere me. Et ille relicto omni-
bus surrexit, & sequutus est eum. Et fecit ei Le-
ui epulum magnum domi suæ: eratque turba
multa publicanorum, & aliorum qui cum ipsis
accumbebant. Qui autem ex ijs erant Scribæ ac
Pharisæi, murmurabant aduersus discipulos
eius, dicentes, Quare cum publicanis & pecca-
toribus editis & bibitis? Et respondens Iesus
dixit eis, Non opus est ijs qui sani sunt, medico:
sed ijs qui malè affecti sunt. Non veni vt voca-
rem iustos, sed peccatores ad resipiscentiã. Ipsi
verd dixerunt ei, Quare discipuli Iohannis ieiun-
ant crebrò, & deprecationes faciunt, similiter
& discipuli Pharisæorum. tui verd edunt & bi-
bunt? Ipse autem dixit eis, Num potestis face-
re vt filij thalami, quo tempore cū ipsis est spon-
sus, ieiuent? Aderunt autem dies quum tol-
letur ab eis sponsus, tunc ieiunabunt illis die-
bus. Dicebat autè eis etiam per parabolam, Ne-
mo panniculũ noui vestimenti immittit in ve-
stimentum vetus: alioqui & illud nouum. findit
vetus, & veteri non conuenit panniculus sum-
ptus ex nouo. Et nemo iniicit vinum nouũ in
vires veteres: alioqui disrumpet vinum nouum
vires, & ipsum effundetur, & vres peribũt: Sed
vinum

vinum nouum in vtres recētes iniiciendum est :
 39 & vtraq; conseruantur. Et nemo qui biberit ve-
 tus, statim vult nouum : dicit enim, Vetus vti-
 lius est.

C A P V T V I .

1. Discipuli spicas vellunt Sabbatho. 6. T e habente
 manum aridam. 13. Electio Apostolorum. 20. De heret-
 itudinibus & maledictionibus. 27. Inimici diligendi.
 46. Quo fructu verbum Dei sit audientium.

1 **F**ACTUM est verò vt sabbatho altero primo per-
 transiret per sata. Vellebant autem eius disci-
 puli spicas, edebantq;ue, confricantes manibus.
 2 **Q**uidam autem Pharisaorum dixerunt eis, Cur
 3 facitis quod non licet facere sabbathis? Tunc
 respondens Iesus dixit eis. Ne hoc quidem le-
 4 gistis quod fecit Dauid quum esuriret, ipse &
 qui cum eo erāt? Quomodo introierit domum
 Dei, & panes propositionis sumpserit, ederitq;ue
 ac dederit etiam ijs qui secum erant: quos pa-
 5 nes non licet edere nisi solis sacerdotibus? Et
 dicebat eis, Filius hominis dominus est etiam
 6 Sabbathi. Factum est verò etiam alio sabbatho
 vt ipse ingrederetur in synagogam, ac doce-
 7 ret. Erat autem ibi quidam cuius manus dexte-
 ra erat arida. Obseruabant autem eum Scribæ
 ac Pharisæi, an sabbatho sanaturus esset illum,
 8 vt inuenirent accusationem aduersus eum. At
 ipse norat cogitationes eorum: & dixit homini
 qui habebat manum aridam, Surge, & sta in me-
 9 dio. Ille verò surgens stetit. Dixit igitur eis Ie-
 sus, Interrogabo vos quiddam, Licet sabbathis
 10 benefacere, an malefacere cupiam? hominē ser-
 uare, an perdere? Et quū eos omnes circumspexis-
 set, ait homini, Extende manū tuā. Ille autē ita
 fecit & restituta est manus eius sana sicut altera.

Matth. 12. 3

Marc. 3. 1

Sa. 21. 6

Exod. 19. 33

Leuit. 9. 32,

& 24. 9

Matth. 12. 5

Marc. 3. 1

Isra. 9. 1
 Matt. 10. 1
 Marc. 3. 13
 & 6. 7

Matth. 5. 1

Esa. 65. 13

Esa. 61. 3. 7

Matth. 5. 11

Amos 6. 1.
 Eccl. 31. 8
 Esa. 65. 13

Ipsi autem repleti sunt amētia: & colloqueban- 11
 tur alij cum alijs, quidnam facerent Iesu. ¶ Fa- 12
 ctum est autem illis diebus, abiit in montem ad
 precandum: & pernoctauit illic, precans Deū.
 ¶ Et quum dies ortus esset, aduocauit discipu- 13
 los suos, & quum ex ipsis elegisset duodecim,
 quos & Apostolos nominauit, (Nempe Simo- 14
 nem, quem etiam nominauit Petrum, & An-
 dream fratrem eius, Iacobum & Iohānem, Phi- 15
 lippum & Bartholomæum, Matthæum &
 Thomam, Iacobum Alphej filium, & Simonem 16
 qui vocatur Zelotes, Iudam Iacobi fratrem,
 & Iudam Iscarioten, qui etiam fuit proditor.)
 Descendit cum eis, stetitque in loco campestri: 17
 turbaq; discipulorum eius, & multitudo ma-
 gna plebis ex tota Iudæa & Hierusalem, & à
 maritima regione Tyri & Sidonis, qui uenē-
 rant ut audirent eum, & sanarentur à morbis
 suis: Et qui torquebantur à spiritibus impu- 18
 ris: & sanabantur. Et tota turba studebat eū
 tangere: quia uirtus ab eo exibat, & sanabat om- 19
 nes. ¶ Ipse uero sublatis oculis suis in disci- 20
 pulos, dicebat, Beati pauperes: quia uestrum est
 regnum Dei. ¶ Beati qui nunc esuritis: quia 21
 saturabimini. ¶ Beati qui nunc fletis: quia ride-
 bitis. ¶ Beati eritis quum uos oderint homi- 22
 nes, & separauerint uos, & conuitiati fuerint
 uobis, & nomen uestrum ut malum eiecerint,
 propter Filium hominis. Gaudete illo die & 23
 salite. ecce enim merces uestra multa est in calis.
 nam itidem faciebant Prophetis patres eorum.
 ¶ Sed uæ uobis diuitibus: nam reportatis con- 24
 solationem uestram. ¶ Uæ uobis qui impleti e- 25
 stis: nam esurietis. Uæ uobis qui ridetis nunc:
 nam

- 26 nam lugebitis & flebitis. Væ vobis quum bene vobis dixerint omnes homines : nam itidem
 27 faciebant pseudoprophetaſ patres eorum. ² Sed Matth. 5. 44
 vobis dico qui auditis, Diligite inimicos ve-
 28 ſtros, benefacite ijs qui vos oderunt: Benedicite
 ijs qui denouent vos, & precamini pro ijs qui
 29 infeſtant vos. ² Et qui tibi verberauerit maxil-
 lam, præbe & alteram: ² & ab eo qui tollit tibi
 30 pallium, etiam tunicam ne prohibeto. Cuius
 autem petenti abs te, da: & ab eo qui tollit res
 31 tuas, ne repetito. ² Et prout vultis vt faciant
 vobis homines, vos etiam facite eis ſimiliter.
 32 ² Nam ſi diligitis eos qui vos diligunt, quæ vo-
 bis erit gratia? nam peccatores etiam diligunt
 33 eos à quibus diliguntur. Et ſi benefeceritis ijs
 qui vobis benefaciunt, quæ vobis erit gratia? nã
 34 & peccatores etiam idem faciunt, ² Et ſi mu-
 tuũ dederitis ijs à quibus ſperatis vos receptu-
 35 ros, quæ gratia erit vobis? nã & peccatores pec-
 catoribus dant mutuũ, vt recipiant paria. Ita-
 que diligite inimicos veſtros, & benefacite, &
 36 mutuũ date, nihil inde ſperantes: & erit mer-
 ces veſtra multa, ² ac filij eritis illius Altiffimi. Matth. 5. 45
 nam ipſe benignus eſt erga ingratos & malos.
 37 Eſtote ergo miſericordes, prout & Pater veſter
 miſericors eſt. ² Ne iudicate, & non iudicabi-
 38 mini: ne condemnate, & non condemnabimi-
 ni: abſoluite, & abſoluemini: Date, & dabi-
 39 tur vobis: ² menſuram, inquam, bonam præ-
 ſam, agitaram, & ſuperfluentem dabunt in ſinũ
 veſtrum. Eadem enim menſura qua metimini,
 40 viciffim metientur vobis alij. ¶ Dicebat au-
 tem eis parabolam, ² Num poteſt cæcus cæco
 41 præire? nã ne ambo in foueam cadent? Non
 eſt

est discipulus supra magistrum suum : sed quis-
quis erit perfectus discipulus, erit vt magister.

Matt. 7. 1

² Quid autem aspicias festucam quæ est in oculo ⁴¹

fratris tui, trabem autem quæ est in oculo pro- ⁴²

prio, non animaduertis? Aut quomodo potes ⁴³

dicere fratri tuo, Frater, sine eijciam festucam ⁴⁴

quæ in oculo tuo est: quæ ipse trabem quæ est in ⁴⁵

oculo tuo, non respicias? Hypocrita, eijce primæ ⁴⁶

trabem illam ex oculo tuo: & tum dispicies, vt ⁴⁷

eijcias festucâ quæ est in oculo fratris tui. ⁴⁸ Non ⁴⁹

est enim arbor bona quæ ferat fructum putrem, ⁵⁰

neque arbor putris quæ ferat fructum bonum. ⁵¹

Matt. 6. 16
& 12. 38

² Vnaquæq; enim arbor ex fructu proprio cog- ⁴⁴

noscitur. Neque enim è spinis colligunt ficus, ⁴⁵

neq; è rubo vindemiant vnam. Bonus homo ex ⁴⁶

bono thesauro cordis sui profert bonû: & ma- ⁴⁷

lus homo ex malo thesauro cordis sui profert ⁴⁸

malum. ex abundantia enim cordis loquitur os ⁴⁹

eius. ⁵⁰ Quid autem vocatis me Domine, Domi- ⁵¹

Matt. 7. 11
Rom. 2. 13
Iac. 1. 21

ne: & non facitis quæ dico? Quisquis venit ad ⁴⁷

me, & audit sermones meos, & eos præstat, indi- ⁴⁸

cabo vobis cui similis sit: Similis est cuiquam æ- ⁴⁹

dificanti domû, qui fodit & excauauit, posuitq; ⁵⁰

fundamentum super petram: vbi autem venit ⁵¹

inundatio, illisum est flumen domui illi, sed ⁵²

non potuit eam quaterere: fundata enim erat su- ⁵³

per petram. Qui autem eos audiuit, nec præsti- ⁵⁴

tit, similis est cuiquam qui ædificauit domum ⁵⁵

suam super solum absque fundamento: cui il- ⁵⁶

lisum est flumen: itaque statim cecidit, fuitque ⁵⁷

ruina domus illius magna. ⁵⁸

CAPVT VII.

1. De seruo Centurionis. 6. Fides Centurionis. 11. Fi-
lius viduæ suscitatur in Nain. 18. Iohannes mittit di-
scipulos

scilicet in suos ad Christum: 33. Eiusdem peculiaris virtus ratio. 37. Peccatrix rigat pedes Iesu.

- 1 **Q**Uum autem finisset omnia verba sua au- Matt. 8. 5
 2 diente populo, ingressus est Capernaum.
 3 Centurionis autem cuiusdam seruus malè af-
 4 fectus moribundus erat: qui erat ipsi pretiosus.
 5 Is verò quum audisset de Iesu, misit ad eum senio-
 6 res Iudæorum, rogans eum vt veniret & serua-
 7 ret seruum suum. Isti autem quum venissent ad
 8 Iesum, precati sunt eum studiose, dicentes dignum
 9 esse cui hoc præberet. Diligit enim, aiebant, ge-
 10 tem nostram, & synagogam ædificauit nobis.
 11 Iesus ergo proficiscebatur cum eis. Et quum iam
 12 non longè abesset domo, misit ad eum Centurio
 13 ille amicos, dicens ei, Domine, ne vexare: neque
 14 enim sum dignus, vt testum meum subeas: Ideo
 15 ne meipsum quidem sum dignum arbitratus qui
 16 venirem ad te: sed dic verbo, & sanabitur puer
 17 meus. Etenim ego homo sum sub potestate cõ-
 18 stitutus, habes sub me milites: & dico huic, Pro-
 19 ficiscere, & proficiscitur: & alteri, Veni, ac venit:
 20 & seruo meo, Fac hoc, ac facit. Auditis autem his,
 21 Iesus admiratus est eum: & conuersus dixit tur-
 22 bæ quæ ipsum sequebatur, Dico vobis, ne in Is-
 23 rael quidẽ tantam fidem inueni. Et domum re-
 24 uersi qui missi fuerant, sanum inuenerunt ser-
 25 uum qui ægrotus fuerat. ¶ Et factum est die se-
 26 quenti, proficiscebatur in ciuitatẽ quæ vocatur
 27 Nain, & proficiscebantur cum eo discipuli eius
 28 multi, turbaq; multa. Vt autem appropinquauit
 29 portæ ciuitatis, ecce, defunctus efferebatur, qui
 30 vnigenitus erat matri suæ, & ipsi quidem vi-
 31 duæ: turbaque ciuitatis multa erat cum ea. Et
 32 Dominus eam intuitus, misericordia cõmotus
 33 est

Matt. ii. 2

est super ea, & dixit, Ne flecto. Quumque ac-¹⁴
 cessisset, tetigit loculum, (ij verò qui portabant,
 substituerunt) & dixit, Adolefcens, tibi dico, sur-
 ge. Tunc resedit qui fuerat mortuus, & ccepit ¹⁵
 loqui: & ille dedit eum matri suae. Ccepit au-¹⁶
 tem omnes timor: & glorificabant Deum, di-
 centes. Certè Propheta magnus surrexit inter
 nos. & certè Deus respexit populum suum. Per-¹⁷
 uenitque iste de eo sermo in totam Iudaeam, &
 in totam regionem circumiacentem. ¹⁸ Et an-
 nuntiarunt Iohanni discipuli ipsius de his o-
 mnibus: qui conuocatos duos quosdam è di-
 scipulis suis, Misit ad Iesum, dicens, Tunc is es ¹⁹
 qui venturus erat, an alium expectabimus?
 Quum igitur venissent ad eum viri illi, dixerunt, ²⁰
 Iohannes Baptista misit nos ad te, dicens, Tunc
 is es qui venturus erat, an alium expectabimus?
 Eadem autem hora multos sanauit à morbis ²¹
 & flagellis & spiritibus malis: & cæcis multis
 visum gratificatus est. Et respondens Iesus, ²²
 dixit eis. Profecti annuntiate Iohanni quæ vi-
 distis & audistis: cæcos visum recipere, claudos
 ambulare, leprosos purgari, surdos audire, mor-
 tuos excitari, pauperibus euangelizari. Et bea-²³
 tus est quicumque non fuerit offensus in me.
 Quum autem abiissent nuntij Iohannis, ccepit ²⁴
 de Iohanne dicere ad turbam, Quid existis in
 desertum, vt spectaretis? arundinem quæ vento
 agitur? Sed quid existis vt videretis? homi-²⁵
 nem mollibus vestimentis amictum? ecce, qui
 vestitu honorifico & luxu vtuntur, sunt in pa-
 latijs Regum. Sed quid existis vt videretis? ²⁶
 Prophetam? certè dico vobis, etiam amplius
 quàm Prophetam. Hic est de quo scriptum est, ²⁷
 Ecce

- 28 ¹ Ecce mitto nuntium meum ante faciem tuam, *Malach. 3. 1*
 qui præparabit viam tuam coram te. Nam dico vobis, Inter eos qui gignuntur è mulieribus nemo est maior Propheta Iohanne Baptista: sed
 29 qui minimus est in regno Dei, maior est eo. Et his auditis, totus populus, & publicani iustificarunt Deum, qui baptizati fuerant baptismo
 30 Iohannis. Pharisei autem & Legis interpretes consilium Dei reiecerunt aduersus semet-
 31 ipsos, non baptizati ab eo. ² Dixit autem Dominus, *Matth. 11. 19*
 Cui ergo assimilabo homines nationis
 32 istius? & cui rei similes sunt? Similes sunt puerulis sedentibus in foro, & qui acclamant alij
 alijs, & dicunt, Cecinimus vobis tibijs, & non
 33 saltastis: lamentati sumus vobis, & non fleu-
 istis. Venit enim Iohannes Baptista neque edens
 34 panem, neque bibens vinum: & dicitis, Daemonium
 habet. Venit Filius hominis edens ac bibens: & dicitis,
 35 Ecce homo edax & vini potor, amicus publicanorum ac peccatorum.
 Sed iustificata est sapientia à filijs suis omni-
 36 bus. ¶ Rogauit autem eum quidam ex Phariseis,
 37 vt cum ipso vesceretur: itaque ingressus quæ fuerat
 in vrbe peccatrix, quum cognouisset eum accubuisse
 38 in domo Pharisei, allato alabastrum vnguenti,
³ Et stans apud pedes eius retrò, *Marc. 14. 40*
Iohan. 20. 11
 flens cepit lacrymis rigare pedes eius, & capillis
 39 capitis sui exergebat, & deosculabatur pedes
 eius, & vnguento vngebat. Quum autem id
 vidisset Phariseus qui vocauerat eum, dixit apud
 se, Hic si esset Propheta, nosset quæ & qualis
 40 sit ea mulier quæ tangit ipsum: nam est peccatrix. Tunc respondens Iesus dixit ei, Simon
 L habet

habeo quiddam quod tibi dicam. At ille ait, Magister, Dic. Duo debitores, inquit Iesus, 41 erant cuidam creditori: vnus debebat denarios quingentos, alter verò quinquaginta. Quum 42 autem illi non essent soluendo, gratificatus est vtrisque; Horum igitur, dic, vter eum plus diliget? Respondens verò Simon, dixit, Existimo 43 eum cui plus gratificatus est. At ille dixit ei, Rectè iudicasti. Et conuersus ad mulierem, dixit 44 Simoni, Vides hanc mulierem? ingressus sum domum tuam, aquam pedibus meis nō dedisti: hæc autem lacrymis rigauit pedes meos, & capillis capitis sui exersit. Osculum mihi non 45 dedisti: hæc autem, ex quo intraui, non intermisit deosculari pedes meos. Oleo caput meum 46 non vnxisi: hæc autem vnguento vnxit pedes meos. Cuius rei gratia dico tibi, remissa esse 47 peccata eius multa. nam dilexit multum. cui autem paululum remittitur, paululum diligit. Dixit autem ei, Remissa sunt tibi peccata. Et 48 cœperunt qui simul accumbebant, dicere inter se, Quis est hic, qui etiam peccata remittit? Dixit autem ad mulierem, Fides tuæ te seruaui: 49 vade in pace. 50

CAPVT VIII.

2. Mulieres ministrantes Christo de facultatibus suis, 4. Parabola seminantis. 16. Lucerna. 19. Mater & fratres Christi. 22. Christus ventis imperat. 26. Delegatione. 37. Geraseni Christum reuincunt. 41. Iairi filia sanatur. 43. Mulier a fluxione sanguinis sanatur. 52. Fletus ob mortuos.

ET factum est deinceps, ipse iter faciebat per singulas vrbes & vicos, prædicans & euangelizans regnum Dei: & duodecim illi erant cū eo: Et quædam mulieres quas sanauerat à spiritibus

1. ribus malis & morbis, Maria quæ vocabatur
 Magdalene, ² ex qua septem damonia exierant, Marc. 16. 9
 3. Et Iohanna vxor Chuza procuratoris Herodis,
 & Susanna, & aliæ multæ quæ ministrabāt ei ex
 4. facultatibus suis. ⁵ Quum autem multa turba Matth. 13. 2
 conueniret, & qui in singulis vrbibus erāt, pro-
 5. ficiscerentur ad eum, dixit per parabolā. Qui-
 dam qui seminabat, exiit ad seminandum semen
 suum: & in seminando aliud cecidit in viam, &
 conculcatum est, & volucres cæli deuorarunt
 6. illud: Et aliud cecidit super petram, & enatum
 7. exaruit, quia non habebat humorem: Et aliud
 cecidit inter spinas, & simul enatæ spinæ suffo-
 8. carunt illud: Et aliud cecidit in terram bo-
 nam, & quum enatum esset, edidit fructum cen-
 9. tuplum. Hæc dicens clamabat, Qui habet aures
 ad audiendum, audiat. Interrogabant autem
 eum discipuli eius, dicentes, quæ esset ista para-
 10. bola. Ipse verò dixit eis, Vobis datum est nosse
 mysteria regni Dei: reliquis autem per parabola
 loquor, ¹¹ vt videntes non videant, & audien- Esa. 6. 9
 11. tes non intelligant. ¹² Est autem hæc parabola mat. 13. 14
 12. la: Semen est sermo Dei. Qui autem in vi- marc. 4. 12
 am, ij sunt qui audiunt: deinde venit diabo- loh. 12. 40
 13. lus, & tollit sermonem è corde eorum, ne, Act. 28. 26
 quum crediderint, seruentur. Qui verò super Rom. 11. 8
 14. petram, ij sunt qui quum audierint, cum gau- Matth. 13. 18
 dio excipiunt sermonem: sed isti radices non marc. 4. 15
 15. habent, qui ad tempus credunt, & tempore ten-
 tationis abscedunt. Quod autem in spinas ce-
 cidit, ij sunt qui audierunt: sed profecti à so-
 licitudinibus & diuitijs ac voluptatibus vitæ
 suffocantur, nec fructū perferunt. Quod autem
 in bonam terram cecidit, ij sunt qui in corde

honesto ac bono auditum sermonem retinent,
 & fructum adferunt per patientiam. ² Nemo ¹⁶
 porro lucernam accensam operit vase, aut sub-
 ter lectum ponit: sed candelabro imponit, vt
 qui ingrediuntur videant lumen. ³ Non est ¹⁷
 enim quicquam occultum quod non sit futu-
 rum manifestum: nec absconditum quod non
 sit cognoscendum, & venturum in apertum.
 Videte ergo quomodo audiatis. ⁴ quisquis e- ¹⁸
 nim habet, dabitur ei: & quicumque non habet,
 etiã quod videtur habere, tolletur ab eo. ¶ Ve- ¹⁹
 nerunt autem ad eum mater & fratres eius, &
 non poterant eum conuenire propter turbam.
 Et annuntiatum est ei, dicentibus nonnullis, ²⁰
 Mater tua & fratres tui stant foris, cupientes
 te videre. Ipse verò respondens, dixit eis, Mater ²¹
 mea & fratres mei, isti sunt, qui sermonem Dei
 audiunt, & eum præstant. ¶ Factum est au- ²²
 tem quodam die, ipse ingressus est in nauigium,
 ac discipuli eius: & dixit eis, Transeamus in vl-
 teriorem ripam stagni. Et prouecti sunt. Na- ²³
 uigantibus autem eis sopitus est. & descendit
 turbo venti in stagnum: & complebantur, ac
 periclitabantur. Accedentes autem expergefe- ²⁴
 cerunt eum, dicentes, Magister, magister, peri-
 mus. Ipse verò experrectus obiurgauit ventum
 ac fluctuationem aquæ: & cessauerunt, factaq;
 est tranquillitas. Dixit autem eis, Vbi est fides ²⁵
 vestra? Timentes autem mirati sunt, dicentes
 alij ad alios, Quisnam iste est, vt ventis quoque
 & aquæ imperet, & auscultent ei? ²⁶ Et nauiga-
 runt in regionem Gadarenorum quæ est in op-
 posita ripa Galilææ. Ipsi autem egresso in ter- ²⁷
 ram, occurrit ex vrbe vir quidam qui habebat
 dæmonia

Matth. 5. 15
 Marc. 4. 21
 Infr. 12. 53

Mat. 10. 26
 Marc. 4. 22
 Infr. 12. 2

Mat. 13. 13
 & 23. 29
 marc. 4. 25
 Infr. 19. 26
 Matt. 12. 46
 marc. 3. 32

Matth. 8. 25
 marc. 4. 36

Matt. 8. 28
 marc. 5. 1

27 dæmonia à temporibus multis, & vestimento
 non induebatur: neque in vlla domo manebat,
 28 sed in monumentis. Is ergo quum vidisset Ie-
 sum, & exclamasset, accidit ei ad pedes, & voce
 magna dixit, *Quid mihi tecum Iesu Fili Dei al-*
 29 *tissimi? rogo te ne me torqueas? Præcipiebat*
 enim spiritui impuro, vt exiret ab eo homine.
 nam à multo tempore corripuerat eum: itaque
 30 vinctus ille catenis & pedicis, custodiebatur: sed
 disruptis vinculis agitabatur à dæmone in deser-
 31 ta. Interrogauit autem eum Iesus, dicens, *Quod*
 tibi nomen est? Ipse verò dixit, *Legio.* Nam dæ-
 32 monia multa ingressa erant in eum. Et roga-
 bant eum ne imperaret ipsis, vt abirent in abyssum.
 33 Erat autem ibi grex porcorum multorū
 pascentium in monte: & rogabant eum dæmo-
 34 nia, vt permitteret ipsis in illos ingredi. Et per-
 misit eis. Egressa autem dæmonia ex eo homi-
 35 ne, ingressa sunt in porcos: & grex ruit è præci-
 pitio in stagnum: & suffocatus est. Quum
 36 autem pastores vidissent quod factum fuerat,
 fugerunt: & profecti annuntiarunt in urbem
 37 & in agros. Exierunt igitur vt viderent quod
 factum erat: veneruntque ad Iesum, & inuene-
 runt hominem illum, à quo dæmonia exie-
 rant, vestitum, ac sanæ mentis, sedentem ad pe-
 38 des Iesu: & timuerunt. Annuntiauerunt au-
 tem ipsis etiam ij qui viderant, quomodo libe-
 39 ratus fuisset qui fuerat dæmoniacus. Et roga-
 uit eum tota multitudo circumiacentis regio-
 nis Gadarenorum, vt discederet ab ipsis, quia
 magno timore tenebantur: ipse autem ingres-
 40 sus nauigium, reuersus est. Rogauit autem
 eum vir ille à quo dæmonia exierant, vt esset

Matth. 9. 18
 marc. 5. 12

cum eo : sed dimisit eum Iesus, dicens, Reuerte-³⁹
 re domum tuam, & narra, quanta tibi præstite-
 rit Deus. Abijt igitur prædicans per rotam vr-
 bem quanta ipsi præstitisset Iesus. ¶ Factum est ⁴⁰
 autem quum reuertisset Iesus, excepit eum tur-
 ba : nam omnes expectabant eum. ⁴¹ Et ecce, ve-
 nit quidam cui nomen Iairus, qui erat præse-
 ritus synagoga: quumque accidisset ad pedes Je-
 su, rogabat eum vt ingrederetur domum ipsius:
 Quoniam erat ei vnigenita filia quasi annorum ⁴²
 duodecim, eaque moriebatur. (Inter eundem
 verò turba coarctabat eum. Et mulier quæ ⁴³
 rat in fluxione sanguinis ab annis duodecim, &
 in medicos impenderat totum victum, nec ab
 vlllo potuerat curari, Quum accessisset à ter-⁴⁴
 go, tetigit simbriam pallij ipsius : & illico sub-
 stitit fluxio sanguinis eius. Tunc ait Iesus, Quis ⁴⁵
 est qui me tetigit ? Negantibus autem omni-
 bus, dixit Petrus & qui cum eo erant, Magister,
 turba te constringit & opprimit, & dicis, Quis ⁴⁶
 est qui me tetigit ? Iesus autem ait, Tetigit me
 aliquis. nam ego cognoui virtutem à me existi-⁴⁷
 se. Quum autem mulier illa vidisset se non la-
 tuisse, tremens venit, & accidens ei ad pedes,
 declarauit ei in conspectu totius populi quam
 ob causam tetigisset eum, & quomodo sanata
 fuisset illico. Ipse verò dixit ei, Confide filia, ⁴⁸
 fides tua te seruauit : vade in pace.) Adhuc eo ⁴⁹
 loquente, venit quidam à præfecto synagoga,
 dicens ei, Mortua est filia tua : ne vexa magi-
 strum. Iesus autem hoc audito, respondit ei, ⁵⁰
 Ne metue : crede solummodo, & seruabitur.
 Ingressus verò domum, non permisit ingredi ⁵¹
 quenquam nisi Petrum & Iacobum & Iohan-

52 nem, & patrem ac matrem puella. Flebant au-
 tem omnes, & plangebant eam: ipse vero dixit,
 53 Ne flete: non est mortua, sed dormit. Et deri-
 54 debant eum, quod scirent esse mortuam. Ipse
 vero, eiecit foras omnibus, & prehensa manu
 55 eius, clamauit, dicens, Puella, surge. Et reuer-
 sus est spiritus eius, ac surrexit illico: & ipse pre-
 56 cepit ut ei daretur cibus. Et obstupuerunt pa-
 rentes eius: ipse vero precepit eis ut nulli dice-
 rent quod factum fuerat.

CAPVT IX.

i. Mitruntur Apostoli ad predicandum. 7. & 10. Opinio vulgi de Christo. 12. De quinque panibus & duobus piscibus. 20. Confessio Apostolorum. 24. Perdere animam. 33. Christus audiendus. 37. Lunaticus. 46. Contentio Apostolorum de primatu. 49. Quidam eiciens daemona nomine Christi. 52. Samaritani nolunt Christum recipere. 55. Vindicta prohibita. 57. 59. 61. De tribus Christum sequi volentibus, sed diuersis rationibus.

- 1 **C**onuocatus autem Iesus duodecim discipulis suis, dedit eis vim ac potestatem in omnia
 2 daemona, & morbos sanandi. ² Misitq; eos ut
 3 predicarent regnum Dei, & sanarent aegrotos.
 4 ³ Et dixit eis, nihil sumite ad iter, neque virgas,
 5 neque peram, neque panem, neque pecuniam:
 6 neque binas tunicas habete. Et in quamcunque
 7 domum intraueritis, illic manete, & illinc exite.
 8 ⁴ Et quicumque non receperint vos, exeuntes ex
 9 vrbe illa, etiam puluerem a pedibus vestris excu-
 10 tite, ut sit testimonio aduersus eos. Exeuntes
 11 igitur obibant singulos vicos, euangelizantes &
 12 sanantes vbique. ¶ ⁵ Audiuit autem Herodes
 13 tetrarcha omnia quae fiebant ab eo: & haesita-
 14 bat propterea quod dicebatur a quibusdam Io-
 15 hannem excitatum esse a mortuis: A quibusdam
 16 verò

Matth. 10. 1

mar. 3. 13.

& 6. 7

Matt. 10. 7

Matth. 10. 9

mar. 6. 8

mar. 6. 8

mar. 6. 8

mar. 6. 8

mar. 6. 8

mar. 6. 8

mar. 6. 8

mar. 6. 8

mar. 6. 8

mar. 6. 8

mar. 6. 8

mar. 6. 8

mar. 6. 8

mar. 6. 8

mar. 6. 8

mar. 6. 8

verò, Eliam apparuisse: ab alijs autem Pro-
 phetam quempiam ex antiquis resurrexisse. Tūc
 ait Herodes, Iohannem ego decollavi: quis est
 autem iste de quo ego talia audio? Et studebat
 eum videre. ¶ Reuersi autem Apostoli nar-
 ra-
 rauerunt ei quæcunque fecerant. Et ipse as-
 sumptis illis, secessit priuatim in locum desertū
 vrbis quæ vocatur Bethsaida. Quod quum
 cognouisset turba, sequuta est eum: ipse autem
 excepit eos, & loquebatur eis de regno Dei: &
 eos quibus sanatione opus erat, sanabat. ¶ Dies
 autem cœperat inclinare: & accedentes duode-
 cim dixerunt ei, Dimitte turbam, vt abeuntes in
 circumiacentes vicos & agros, illuc diuertant,
 & inueniant cibaria: nam hîc in loco deserto
 sumus. Ipse verò dixit eis, Date ipsis vos quo
 vescantur. Ipsi verò dixerunt, Non sunt nobis
 plus quàm quinque panes & duo pisces, nisi nos
 profecti emamus toti huic populo escas. Ad-
 erant enim quasi viri quinquies mille. Ait au-
 tem discipulis suis, Facite vt discumbant per
 singulos quosque discubitus quinquageni. Ipsi
 igitur ita fecerunt, & discubuerunt illi omnes.
 Ipse verò, acceptis quinque illis panibus & duo-
 bus piscibus, suspiciens in cælum, benedixit eis:
 & fregit, deditque discipulis vt apponerent tur-
 bæ. Comederunt igitur omnes illi, & saturati
 sunt: & sublatum est quod superfuit ipsis frag-
 mentorum, cophini duodecim. ¶ Et factum
 est quum ipse solus precaretur, erant cum eo di-
 scipuli: interrogauitque eos, dicens, Quem me
 dicit esse turba? Ipsi autem respondentes dix-
 erunt, Iohannem Baptistam: alij autem Eliam:
 alij verò, Prophetam quempiam ex antiquis re-
 sur-

- 20 surrexiffe. Dixit autem eis, Vos verò quem me
 esse dicitis? Respondens autem Petrus dixit,
 21 Christum illum Dei. Ipse verò interminatus
 22 eis, præcepit vt nulli hoc dicerent: Dicens,
 Oportet Filium hominis multa pati, & repro- Matth. 17. 22
 bari à senioribus & principibus Sacerdotum & mar. 8. 31
 23 Scribis, & trucidari, & tertia die excitari. [¶]Di- Infr. 14. 27
 cebat autem omnibus, Si quis vult me sequi, ab- matth. 10. 38
 neget semetipsum, & tollat crucem suam quo- & 16. 24
 24 tidie, & sequatur me. [¶]Quisquis enim volue- mar. 8. 34
 rit animam suam seruare, perdet eam: quisquis Infr. 17. 33
 verò perdiderit animam suam mea causa, is ser- matth. 10. 39
 25 uabit eam. [¶]Quid enim prodest cuiquam si lu- & 16. 25
 cretur vniuersum mūdum, seipsum autem per- mar. 8. 35
 26 dat, siue seipso mulctetur? [¶]Quem enim pu- loh. 12. 25
 duerit mei ac meorum sermonum, eius pudebit matth. 16. 26
 27 Filium hominis, quando venerit cum gloria mar. 9. 36
 sua & Patris, sanctorumque Angelorum. [¶]Di- Infr. 12. 9
 28 co autem vobis verè, sunt quidam ex ijs qui hic matth. 10. 33
 adstant, qui nequaquam gustabunt mortem vs- mar. 8. 38
 29 quedum viderint regnum Dei. [¶]Factum est 2. Tim. 2. 12
 autem, post hæc verba quasi dies octo interces- Matth. 16. 28
 30 serant, quum assumptis Petro & Iohanne & Ia- mar. 9. 1
 31 cobo, ascendit in montem vt precaretur. Et fa-
 cta est inter precandum species vultus eius alia,
 32 & vestitus eius albus ac emicans. Et ecce, duo
 33 viri colloquebantur cum eo, qui erant Moses &
 Elias: Qui visi cum gloria, dicebant ipsius exi-
 tum, quo futurum erat vt defungeretur in Hie-
 rusalem. Petrus verò & qui cum ipso erant,
 grauati erant somno: quum autem euigilassent,
 viderunt gloriam eius, & duos illos viros qui
 stabant cum eo. Et factum est quum illi disce-
 derent ab eo, dixit Petrus ad Iesum, Magister,
 L 5 bonum

bonum est nos hinc esse : atq; aded faciamus tria
 tabernacula, vnum tibi, & vnum Mosi, & vnum
 Elia : nesciens quid diceret. Hac autem ipso
 dicente, extitit nubes quæ inumbravit eos : ri-
 muerunt autem dum ingrederentur in nubem.
 Et vox extitit è nube, dicens, Hic est Filius ille
 meus dilectus, ipsum audite. Et postquam vox
 illa extitisset, inuentus est Iesus solus : ipsi au-
 tem siluerunt, & nulli declararunt per id tem-
 pus quicquam eorum quæ viderant. [¶] Factum
 est autem sequenti die, quum ipsi descendissent
 de monte, occurrit ei turba multa. Et, ecce,
 quidam è turba exclamavit, dicens, Magister,
 rogo te, respice ad filium meum : nam vnigeni-
 tus est mihi, Et ecce spiritus arripit eum, & re-
 pète clamat, & discerpit eum cum spuma, & re-
 discedit ab eo conterens eum. Et rogavi disci-
 pulos tuos, vt ipsum eijcerent, sed nõ potuerunt.
 Respondens autem Iesus ait, O natio incredula
 & peruersa, quousque tandem ero apud vos, &
 tolerabo vos? Adduc filium tuum huc. Quum
 autem adhuc accederet, lacerauit eum damo-
 nium, & discerpsit. obiurgauit autem Iesus
 spiritum impurum, & sanauit puerum, & red-
 didit eum patri suo. Percellebantur igitur om-
 nes super magnifica Dei virtute. Omnib. verò
 mirantibus super omnibus quæ faciebat, dixit
 discipulis suis, [¶] Reponite vos in aures vestras
 sermones istos: futurum est enim, vt Filius homi-
 nis tradatur in manus hominũ. Ipsi verò igno-
 rabant dictum istud, eratq; ipsis occultum, aded
 vt illud non sentirent : & timebant eum inter-
 rogare de hoc dicto. [¶] Incidit autem discepta-
 tio inter eos, quis esset eorum maximus. Iesus
 autem

Matth. 17. 14.
 Marc. 9. 17

Matth. 17. 21.
 Marc. 9. 15

Matth. 18. 1
 Marc. 9. 35

- autem visa cogitatione cordis ipsorū, acceptum
 48 puerulum statuit apud se: Et dixit eis, Quicun-
 que exceperit puerulū huc nomine meo, me ex-
 cipit: & quicunq; me exceperit, excipit eum qui
 me misit. nam qui minimus est inter vos omnes,
 49 is erit magnus. ¹ Respondens autem Iohannes Marc. 9. 31
 ait, Magister, vidimus quēdam sub nomine tuo
 eijcientem daemonia: & prohibuimus eum: quia
 50 te non sequitur nobiscum. Et dixit eis Iesus, Ne
 prohibete illum: qui enim nō est aduersus nos,
 51 pro nobis est. Factum est autē quum impletur
 tempus quo sursum reciperetur, tum ipse sese
 obfirmavit, vt proficisceretur in Hierusalem.
 52 Misitq; nuntios ante faciem suam, qui profecti
 ingressi sunt in vicum Samaritanorum, vt pa-
 53 rarent ei hospitium. ² Sed illi non receperunt 2. Reg. 3
10. 12
 eum, quōd habitum præferret proficiscentis in
 54 Hierusalem. Quum autem hoc vidissent disci-
 puli eius Iacobus & Iohannes, dixerunt, Domi-
 ne, vis dicamus vt ignis descendat è caelo, & con-
 55 sumat eos, vt etiam Elias fecit? Sed conuersus
 Iesus obiurgauit eos, dicens, Nescitis cuius spi-
 56 ritus vos sitis. ³ Filius autem hominis non ve- Matt 9. 19
 nit, vt perderet animas hominū, sed vt seruaret.
 57 Abierunt igitur in alium vicum. ¶ Factum est
 autem proficiscentibus ipsis, quidam in via di-
 xit ei, Sequar te quocunq; ieris, Domine.
 58 Dixit autem ei Iesus, Vulpes lustra habent, &
 volucres cali, nidos: Filius autem hominis non
 59 habet vbi caput inclinet. ⁴ Ait autem ad ali- Matt. 9. 21
 um quendam, Sequere me. Ille verō dixit,
 Domine, permitte mihi vt prius abeam ac sepe-
 60 liam patrē meū. Dixit autē ei Iesus, Sine vt mor-
 tui sepeliant mortuos suos: tu verō profectus
 annu-

annuntia regnum Dei. Dixit autem etiam alius, Sequar te Domine: sed permitte mihi prius, vt valedicam ijs qui sunt domi meæ. Ait autem ei Iesus, Nemo qui manu sua admota aratro, respexit ad ea quæ retrò sunt, appositus est ad regnum Dei.

CAPVT X.

i. LXX. discipuli. 10. Ingratis vrbibus impietas obijcitur. 17. Discipulos redeuntes humilitatis admonet. 30. Proximus quis. 38. De Martha & sorore Maria.

Post hæc autem designauit Dominus etiam alios septuaginta, misitque eos binos ante faciem suam in omnem urbem & locum quò futurum erat vt ipse veniret. Dicebat ergo eis. ² Messis quidem multa, sed operarij pauci: rogate ergo dominum Messis, vt emittat operarios in messem suam. ³ Abite: ecce, ego mitto vos vt agnos in medium luporum. Ne portate crumenam, neq; peram, neque calceamenta: & neminem in via salutaueritis. ⁴ In quamcunq; domum ingrediamini, primùm dicite, Pax huic domui. Quòd si fuerit illic quispiam filius patris, requiescet super eum pax vestra: sin minus, ad vos reuertetur. Manete autem in ea ipsa domo, edentes & bibentes quæ ab ipsis apposta fuerint: ⁵ dignus enim est operarius mercede sua. Ne transite è domo in domum: ⁶ Sed & in quamcunq; urbem ingressi fueritis, & exceperint vos, edite quæ apponuntur vobis. Et facite agrotos qui in ea fuerint, & dicite eis, Appropinquauit ad vos regnum Dei. In quamcunq; autem urbem ingressi fueritis, & non exceperint vos, egressi in plateas eius, dicite, ⁷ Etiam puluerem qui adhesit nobis ex

Matth. 9. 37

Matth. 10. 16

1. Reg. 4. 29

Matth. 10. 12

mar. 6. 10

Deutr. 24. 14

mat. 10. 10

1. Tim. 5. 18

Matth. 10. 11

Supr. 9. 5

Acto. 13. 51, &

18. 6

vrbe

vrbe vestra, vobis abstergeimus: tamen hoc sci-
 12 tote, appropinquasse ad vos regnum Dei. Dico
 autem vobis, Sodomorum conditionem die il-
 13 lo tolerabiliorem fore quàm vrbis illius. [¶] Vae Matth. 11. 22
 tibi Chorazin, vae tibi Bethsaida. nam si in Ty-
 ro & Sidone editæ fuissent virtutes quæ editæ
 sunt apud vos, olim cum sacco & cinere seden-
 14 tes resipuissent. Ideo Tyri & Sidonis tolera-
 15 bilior erit conditio in iudicio quàm vestra. Et
 tu Capernaum quæ vsque ad cælum sublata es,
 16 vsque ad inferos deprimèris. [¶] Qui vos audit, Matt. 10. 40
 me audit: & qui vos reijcit, me reijcit: qui verò
 Iohan. 13. 20
 17 me reijcit, reijcit eum qui misit me. Reuersi sunt
 autem septuaginta cum gaudio, dicentes, Do-
 mine, etiam daemona subiiciuntur nobis per
 18 nomen tuum. Ipse autem dixit eis, Spectabam
 19 Satanam, vt fulgur, è cælo cadentem. Ecce, do-
 vobis potestatem calcandi serpentes & scorpio-
 nes, & supra omnem vim inimici: & nihil vos
 20 lædet. Sed de eo ne gaudete quòd spiritus vo-
 bis subiiciantur: gaudete verò potius quod no-
 21 mina vestra scripta sunt in cælis. ¶ [¶] Eo ipso matth. 11. 23
 momento exultauit Iesus spiritu, & dixit, Con-
 fiteor tibi Pater, Domine cæli & terræ, quòd
 hæc absconderis à sapientibus & intelligentibus
 & detexeris ea infantibus: etiam Pater quia ita
 22 placuit tibi. Omnia mihi tradita sunt à Patre
 meo: & nemo nouit quis sit Filius, nisi Pater:
 & quis sit Pater, nisi Filius, & cuiusque volue-
 23 rit filius detegere. Tunc conuersus ad discipu-
 los, seorsim dixit, [¶] Beati oculi qui vident quæ matth. 13. 16
 24 vos videtis. Dico enim vobis, multos Prophe-
 ras & Reges cupiuisse videre quæ vos videtis, nec
 vidisse: & audire quæ auditis, nec audiuisse.

[¶] Tum

CAP. X.

EVANGELIUM

Matt. 22. 35
mar. 12. 28

Deut. 6. 1

Leuit. 19. 18

¶ Tum ecce, quidam Legis interpres surrexit 25
tentans eum, & dicens, Magister, quid faciendo,
vitam aeternam possidebo? At ille dixit ei, In 26
Lege quid scriptum est? quomodo legis? Ille 27
verò respondens dixit, ¶ Diliges Dominum De-
um tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima
tua, & ex totis viribus tuis, & ex tota cogitatio-
ne tua: ¶ & proximum tuum ut teipsum. Tum 28
ipse dixit ei, Rectè respondisti: hoc fac, & vi-
ues. Ille autem volens iustificare seipsum, di- 29
xit Iesu, Et quis est meus proximus? Excipiens 30
autem Iesus dixit, Quidam descendebat ab
Hierusalem in Iericho, & incidit in latrones,
qui expoliato eo & plagis impositis abierunt,
eo seminece relicto. Fortè autem Sacerdos 31
quidam descendit per eandem viam: qui viso
eo, ex aduerso praterijt. Similiter & Leuita, 32
quum venisset ad eum locum, & illum vidisset,
praterijt ex aduerso. Samaritanus autem qui- 33
dam iter faciens, venit ad eum, & eo viso, mi-
sericordia commotus est: Et accedens obliga- 34
uit eius vulnera, infundens oleum ac vinum: &
ipsum impositum suo iumento, duxit in diuer-
sorium, & eius curam egit. Postero autem die 35
abiens, prolatos duos denarios dedit hospiti, &
dixit ei, Curam ipsius age: & quodcunque præ-
tereas insumpseris, ego quum rediero, reddam
tibi. Quis igitur horum trium tibi videtur 36
proximus fuisse illi qui incidit in latrones? Ille 37
autem dixit, Is qui usus est misericordia erga
eum. Ait igitur ei Iesus, Abi, & tu fac similiter
¶ Factum est verò inter eundem, ipse ingres- 38
sus est in quendam vicum: mulier autem qua-
dam Martha nomine excepit eum domum su-
am.

39 am. Et huic erat soror quæ vocabatur Maria,
 quæ etiam assidens ad pedes Iesu, audiebat ipsi-
 40 us sermonem. Martha vero distrahebatur circa
 frequens ministerium, superueniens igitur ait,
 Domine, non est tibi curæ quod soror mea re-
 liquit me, vt sola ministrarem? dic ergo ei vt mihi
 41 vicissim opituletur. Respondens autem dixit
 ei Iesus, Martha, Martha, sollicita es, & satagis
 42 de multis: Atqui vna re opus est. Maria vero
 bonam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.

CAPVT XI.

1. Docet Apostolos orare. 14. Dæmonium mutum
 eicitur. 17. Mulier et turba vocem extollens. 29. Iu-
 dæi signa petunt. 37. A Pharisæo iniuratus externam
 sanctorumque laruam corripit.

ET factum est quum ipse precaretur quodam
 in loco, vt cessauit, dixit ei quidam ex eius di-
 scipulis, Domine, doce nos precari prout & Io-
 hannes docuit discipulos suos? Dixit autem Matt. 6. 4
 eis, Quum precamini, dicite, PATER noster
 qui es in cælis, sanctificetur nomen tuum: veniat
 regnum tuum: fiat voluntas tua, sicut in cælo,
 3 etiam in terra. Panem nostrum quotidianum
 4 da nobis in diē. Et remitte nobis peccata nostra:
 etenim ipsi remittimus omnibus qui nobis de-
 bent. Et ne nos inducas in tentationem, sed li-
 5 bera nos à malo. ¶ Dixit etiam eis, Quis vestrum
 habebit amicum, & proficiscetur ad eum me-
 dia nocte, & dicet ei, Amice, da mihi mutuò tres
 6 panes: Quoniam amicus meus venit de via
 7 ad me, & non habeo quod apponam ei. Et
 ille intus respondens dicat, Ne mihi molesti-
 am exhibe: iam ostium clausum est, & pueruli
 mei

mei mecum sunt in cubili: non possum surgere
 & dare tibi. Dico vobis, etiam si non dederit ei
 surgens, eo quod amicus eius sit: at certe pro-
 pter importunitatem eius surget, ac dabit ei
 quotquot sunt ei opus. ¹ Et ego dico vobis,
 Petite, & dabitur vobis: quarite, & inuenietis:
 pulsate, & aperietur vobis. ² Quisquis enim
 petit, accipit: & qui quarit, inuenit: & pulsa-
 ti aperietur. ³ Ecquis autem ex vobis pater, si
 filius ab eo petierit panem, lapidem ei dabit: aut
 si pisces, num pro pisce dabit ei serpentem? Aut
 si petierit ouum, num dabit ei scorpionem? Si
 vos igitur quum sitis mali, nostis bona dona da-
 re liberis vestris: quanto magis Pater vester cae-
 lestis dabit Spiritum sanctum ijs qui ab eo pe-
 tierint? ⁴ Eiecit etiam demonium quod erat
 mutum: factum est autem, egresso demonio,
 loquutus est mutus, & mirata est turba. Qui-
 dam verò ex ijs dixerunt, ⁵ Per Beelzebul princi-
 pem demoniorum eiecit demonia. Et alij ten-
 tantes, signum è caelo petebant ab eo. Ipse verò
 quum sciret cogitationes eorum, dixit eis, ⁶ Om-
 nne regnum disidens aduersus sese, vastatur: &
 domus aduersus sese disidens, cadit. Quod si
 etiam Satanas aduersus seipsum disidet, quo-
 modo stabit regnum eius? Nam dicitis, per Be-
 elzebul eijcere me demonia. Quod si ego per
 Beelzebul eijcio demonia, filij vestri per quem
 eijciunt? propterea ipsi erunt vestri iudices. Sin-
 autem digito Dei eijcio demonia, nempe per-
 uenit ad vos regnum Dei. Quum validus quis-
 piam armatus custodit aulam suam, in pace sunt
 ea quae habet. Postquam verò quispiam eo va-
 lidior inuadens vicerit eum, totam armaturam
 eius

matth. 7.7

& 21.22

mar. 11. 24

loh. 14. 13

& 16. 23

lac. 1. 10

matth. 7. 7

matth. 9. 32,

& 12. 22

mar. 3. 20

matth. 9. 32,

& 12. 22

mar. 3. 20

matth. 9. 24

mar. 3. 22

matth. 12. 25

mar. 3. 24

- eius aufert qua confidebat, & spolia eius distri-
 23 buit. Qui non est mecum, contra me est: & qui
 24 non colligit mecum, spargit. Quum impurus Matth. 11. 43
 spiritus exierit à quopiam, transit per arida loca,
 quærens requiem: & non inueniens, dicit,
 25 Reuertar domum meam vnde exiui. Veniens
 26 igitur inuenit eam versam & ornatam. Tunc
 proficiscitur & accipit septem alios spiritus pe-
 iores quàm sit ipse: & ingressi habitant illic:
 fitque vltima cõditio hominis illius deterior Heb. 6. 4
 27 priorè. ¶ Factum est autem quum hæc diceret,
 1. Pet. 2. 20
 attollens vocem quadam mulierè turba, dixit
 ei, Beatus vterus qui te portauit, & vbera quæ
 28 suxisti. Ipse autem dixit, Imò verò beati qui au-
 29 diunt sermonem Dei, & eũ obseruāt. ¶ Quum Marc. 12. 38
 autem turba congregaretur apud eum, cœpit
 dicere. Natio hæc scelerata est: signum requirit,
 sed signum non dabitur ei, nisi signum illud Ionæ. 2. 1
 30 Ionæ Propheta. Nam prout fuit Ionas signum
 Niniuitis, ita etiam erit Filius hominis nationi
 31 isti. Regina Austri surget in iudicio cum vi-
 3. Reg. 16. 1
 2. Par. 9. 1
 ris nationis huius, & condemnabit eos, quòd
 venerit à terminis terræ vt audiret sapientiam
 Solomonis: & ecce, plus quàm Solomon est
 32 hoc in loco. Viri Niniuitæ resurgent in iudi-
 cio cum hac natione, & condemnabunt eam:
 quòd ad præconium Ionæ respuerint: & ecce Ionæ. 3. 5
 33 plus quàm Ionas est hoc in loco. Nullus ve-
 Supra 8. 16
 rò lucernam accensam in occulto ponit, neque matth. 5. 15
 subter modium: sed in candelabrum, vt qui in-
 34 grediuntur, splendorem videant. Lucerna Matth. 6. 22
 corporis est oculus: quum igitur oculus tuus
 fuerit simplex, totum quoque corpus tuum lu-
 cidum erit: quum verò malus fuerit, etiam cor-

pus tuum tenebrosum erit. Considera ergo ³⁵
 num lumen quod in te est, tenebrae sint. Itaque ³⁶
 si corpus tuum totum lucidum fuerit, non ha-
 bens aliquam partem tenebrosam: sic erit luci-
 dum totum, ut quum lucerna fulgore te illu-
 strat. ¶ Postquam autem loquutus esset, roga- ³⁷
 uit eum quidam Phariseus ut pranderet apud
 se. Ingressus igitur discubuit. Phariseus autem ³⁸
 quum hoc vidisset, admiratus est eum non pri-
 us ablutum fuisse ante prandium. Dixit autem ³⁹
 Matth. 23. 25 Dominus ei, Vos quidem Pharisei exteriorem
 poculi patinaeque partem purgatis: sed quod in-
 tra vos est, plenum est rapina & scelere. Demen- ⁴⁰
 tes, nonne qui fecit quod foris est, etiam id quod
 intrus est fecit? Imo, ea quae adsunt date in elec- ⁴¹
 mosynam: & ecce omnia erunt vobis pura. Sed ⁴²
 vae vobis Phariseis, quoniam decimatis men-
 tham & rutam, & quoduis olus, sed prae-teritis
 iudicium & charitatem Dei. Hec autem oportuit
 Infra. 20. 46 facere, & illa non omittere. Vae vobis Phari- ⁴³
 seis, quoniam diligitis primum concessum in
 Matth. 23. 6 conventibus, & salutationes in foris. Vae vobis ⁴⁴
 Marc. 12. 38 Scribae & Pharisei hypocritae: quoniam estis ut
 Matth. 23. 27 monumenta quae non apparent, & quae nesciunt
 ij qui super ea ambulant. Respondens autem qui ⁴⁵
 da ex Legis interpretibus, ait ei, Magister, quum
 haec dicis, etiam nos afficis iniuria. Ipse autem ait, ⁴⁶
 Vae vobis quoque Legis interpretibus, quoniam
 Matth. 23. 4 operatis homines oneribus difficilibus porta-
 tu: sed ipsi vno ex digitis vestris non attingitis
 Matth. 23. 29 onera. Vae vobis, quoniam aedificatis monu- ⁴⁷
 menta Prophetarum, patres autem vestri truci-
 darunt eos. Nempe testimonio vestro compro- ⁴⁸
 batis facta patrum vestrorum: quoniam illi qui-
 dem

dem eos trucidarunt, vos autem ædificatis eorum monumenta. Propterea etiam Sapientia Dei dixit, Mittam ad eos Prophetas & Apostolos, & ex ipsis quosdam trucidabunt, & quosdam expellent: Ut à natione ista requiratur sanguis omnium Prophetarum, effusus à iactis fundamentis mundi, ^{Gen. 4. 8} A sanguine Abel usque ad sanguinem Zachariæ, qui periit inter altare & ædem: etiam dico vobis, requiretur ab hac natione. ^{2. Para. 24. 23} Vobis Legis interpretibus, quoniam sustulistis clauem cognitionis: ipsi non introistis, & eos qui introibant prohibuistis. Quum autem hæc eis diceret, cœperunt Scribæ & Pharisei vehementer ipsi inuenire, & eum allicere ad loquendum de multis: Insidiantes ei, & cupidè venantes aliquid ex ipsius ore, ut eum accusarent.

CAPVT XII.

1. Fermentum Phariseorum. 5. Quis timendus. 8. Confiteri Christū. 16. Parab diuitis cuius regio exuberarat. 22. Terrenorum cura despicienda. 31. Regnū Dei querendum. 39. Fur n nocte. 41. Dissidia ob Euangelum.

1 **I**nterea quum coacta esset permulta turba, ad eum ut alij alios conculcarent, cœpit dicere discipulis suis, In primis cauete vobis à fermento Phariseorum, quod est hypocrisis. ^{Matth. 16. 6} Nihil enim opertum est quod non sit detegendum: neque occultum, quod non sit cognoscendum. Propterea quæ in tenebris dixistis, in luce audientur: & quod in aurē loquuti estis in cōclauibus, prædicabitur supra domos. ^{marc. 8. 14} Dico autē vobis amicis meis, ne timete vobis ab ijs qui trucidāt corpus, & postea nō habent quod amplius faciant. ^{Supra 8. 17} Præmōstrabo autē vobis quē timeatis: timete eū qui postquam trucidarit, præditus est autoritate ^{Matth. 10. 28}

inijciendi in gehennam : etiam dico vobis, hunc
 timete. ⁶ Nonne quinque passeruli vaneunt
 affarijs duobus, & vnus ex ijs nō est in obliuio-
 ne apud Deum? ⁷ Quin etiam capilli capitis
 vestri omnes numerati sunt, ne igitur timete,
 multis passerulis prastatis. ⁸ Dico autem vo-
 bis, Quisquis me confessus fuerit coram homi-
 nibus, Filius quoque hominis confitebitur eum
 coram Angelis Dei: Qui verò negauerit me in
 conspectu hominum, abnegabitur in conspectu
 Angelorum Dei. ⁹ Et quisquis dicet quippi-
 am in Filium hominis, ei remittetur: ei verò
 qui in Spiritum sanctum blasphemauerit, non
 remittetur. ¹⁰ Quum autem adduxerint vos ad
 Matt. 10. 29
 Marc. 13. 12
 synagogas & ad magistratus ac potestates, ne
 solliciti estote quomodo aut quid pro defensio-
 ne allaturi, aut quid dicturi sitis: Spiritus enim
 sanctus docebit vos eo ipso momento quae o-
 porteat dicere. ¶ Dixit autem ei quidam è tur-
 ba, Magister, dic fratri meo vt partiatur mecum
 hereditatem. Ipse verò dixit ei, Heus tu, quis
 me vobis iudicem aut partitorem praefecit? Di-
 xit igitur eis, Videte, & caute ab avaritia.
 neque enim quum bona cuiuspiam redundant,
 vita ipsi constat ex bonis suis. Dixit au-
 tem eis parabolam in hac verba, ¹⁶ Hominis
 cuiusdam diuitis exuberarat regio: Itaque
 Eccl. 11. 19
 ratiocinabatur apud se dicens, Quid faciam?
 nec enim habeo vbi cogam fructus meos. Et
 dixit, Hoc faciam: destruam horrea mea, & ma-
 iora aedificabo: & illic cogam omnes fructus, &
 bona mea: Et dicam animae meae, Anima, ha-
 bes multa bona reposita in annos multos: re-
 quiesce, comede, bibe, oblectare. Dixit autem
 ei ¹⁹

ei Deus, Demens, hac nocte animam tuam repe-
 21 tunt abs te : quæ verò parasti , cuius erunt ? Ita
 est qui thesaurum congerit sibi, nec est in Deo
 22 diues. Dixit autem discipulis suis, ^{Matth. 6. 13} Propterea
 dico vobis, ne solliciti estote de anima vestra, ^{1. Pet. 5. 7}
 quid esuri sitis : neque de corpore, qua re sitis ^{Psal. 54. 26}
 23 induendi. Anima plus est quàm alimentum, &
 24 corpus quàm vestitus. Considerate coruos, nec
 enim seminant, neque metunt : quibus non est
 cella neque horreum, & tamen Deus alit eos :
 25 quãto vos præstatis volucris ? Quis autem ex vo-
 bis sollicitè cogitando potest apponere ad statu-
 26 rã suam cubitum vnum ? Itaq; si ne id quidem
 quod minimum est, potestis, quid de cæteris so-
 27 liciti estis ? Considerate lilia, quomodo crescãt.
 non fatigantur, neque nent : dico autem vobis,
 ne Solomonem quidem cum omni gloria sua
 28 amictum fuisse vt vnum ex ijs. Quod si her-
 bam quæ hodie est in agro, & cras in clibanum
 mittitur, Deus ita circumuestit : quanto magis
 29 vos, ô exigua fide præditi ? Vos igitur ne qua-
 rite quid esuri sitis, aut quid bibituri : & ne sus-
 30 penso animo estote. Hæc enim omnia gentes
 mundi requirunt : Pater autem vester nouit
 31 vos istis indigere. Quin potius quarite regnũ
 32 Dei, & hæc omnia adiicientur vobis. Ne time,
 ô parue grex : nam visum est Patri vestro dare
 33 vobis regnum. Vendite bona vestra, & date e-
 leemosynam. ^{Matth. 6. 20} Parate vobis crumenas quæ non
 veterascunt, thesaurum in cælis qui nunquam
 deficiat : quò fur non appropinquat, & vbi ti-
 34 nea non corrumpit. Vbi enim thesaurus vester
 35 est, illic & cor vestrum erit. ^{1. Pet. 1. 13} * Sint lumbi vestri
 36 præcincti, & vestrę lucernæ accensæ : Et vos si-

miles estote ijs qui expectant quando dominus
 suus reuersus sit à nuptijs: vt quum venerit ac
 pulsauerit, statim apperiant ei. Beati serui illi 37
 quos quum venerit dominus, inueniet vigilan-
 tes: amen dico vobis, præcinctus faciet vt dis-
 cumbant, & prodiens ministrabit eis. Et si vene- 38
 rit secunda vigilia, & si tertia vigilia venerit,
 atque ita inuenierit, beati sunt serui illi. ¶ Hoc 39
 autem scitote, si sciret paterfamilias qua hora
 fur venturus sit, vigilaret, nec sineret perfodi do-
 mum suam. Et vos igitur estote parati: quia 40
 qua hora non putatis, Filius hominis veniet.
 Dixit autem ei Petrus, Domine, nobis dicis istam 41
 parabolam, an etiam omnibus? Dixit autem 42
 Dominus, Quisnam est fidus dispensator ac
 prudens, quem dominus præficiet famulatio-
 suo, vt in tempore det demensum? Beatus ser- 43
 uus ille quem dominus, quum venerit, inuen-
 rit ita facientem. Verè dico vobis, omnib. suis 44
 bonis præficiet eum. Quòd si dixerit seruus il- 45
 le in corde suo, Tardat dominus meus aduentū:
 coeperitque verberare seruos & ancillas, & ede-
 re & bibere, & inebriari. Veniet dominus ser- 46
 ui illius die quo non expectat, & qua hora non
 nouit: & separabit eum, partemque cum infidis
 ei assignabit. Ille autem seruus qui nouit vo- 47
 luntatem domini sui, nec se comparauit, nec fe-
 cit ex voluntate eiu^s, cædetur multis plagis. Qui 48
 verò non nouit, & fecit digna plagis, cædetur
 plagis paucis. Porro cuiusque multum da-
 tum est, multum repeterur ab eo: & apud quem
 deposuerunt multa, amplius reposcent ab eo.
 Ignem veni missurus in terram, & quid volo si 49
 iam accensus est? Sed baptismo oportet me. 50
 bapti-

- baptizari: & quomodo constringor vsquequo
 §1 hoc perficiatur? Putatis me aduenisse pacem
 daturum in terra? non, dico vobis, imò dissidi-
 §2 um. Erunt enim ex hoc tempore quinque in
 vna domo dissidentes, tres aduersus duos, &
 §3 duo aduersus tres. Dissidebit pater aduersus
 filium, & filius aduersus patrem: mater aduer-
 sus filiam, & filia aduersus matrem: socrus ad-
 uersus nurum suam: & nurus aduersus socrum
 §4 suam. Dicebat autem etiam turbæ, Quum vi- Matth. 16. 2
 deritis nubem exorientem ab occasu, statim di-
 §5 citis, Imber venit: & ita fit. Et quum austrum
 §6 flantem, dicitis, Aestus erit: & fit aestus. Hypo-
 critæ, faciem cæli & terre nostis probare: hoc
 §7 autem tempus quæ fit vt non probetis? Cur au-
 tem & per vos ipsos non iudicatis quod iustum
 §8 est? Enimuerò dum abis cum aduersario tuo Matth. 5. 25
 ad magistratum, da operam in via vt libereris ab
 eo, ne pertrahat te ad iudicem, & iudex te tradat
 §9 exactori, & exactor conijciat te in carcerem. Di-
 co tibi, Non exhibis illinc vsquequo vltimum
 etiam minutum reddideris.

CAPVT XIII.

1. De Galilæis. 4. & ijs qui in Siloe oppressi sunt. 6.
 Ficus non ferens fructum. 11. Mulier spiritus infirmitatis,
 i. morbo a Satana inflicto laborans sanatur. 16. Para-
 gram Sinapis. 21. Fermenti. 23. Q. An pauci saluandi.
 31. Herodes vulpes.

- 1 Adfuerunt autem eo ipso tempore quidã an-
 nuntiantes ei de Galilæis, quorum sangui-
 nem Pilatus miscuerat cum ipsorum sacrificijs.
 2 Et respondens Iesus dixit eis, Putatis hos Ga-
 lilæos præ omnibus Galilæis peccatores fuisse,
 3 quoniam talia passi sunt? Non, dico vobis: imò
 nisi

nisi respiscatis, omnes itidem peribitis. Aut il. 4
 los decem & octo, supra quos cecidit turris in
 Siloam, & trucidauit eos, putatis debitores fu-
 isse præ omnibus hominibus qui habitant in
 Hierusalem? Non, dico vobis: imò, nisi respi- 5
 scatis, omnes itidem peribitis. ¶ Dixit autem 6
 hanc parabolam, Ficum habebat quidam plan-
 tatum in vinea sua: & venit quærens fructum in
 ea, neque inuenit. Dixit autem vinitori, Ecce, 7
 anni tres sunt ex quo venio quærens fructum in
 ficu ista, & non inuenio: excinde eam, quorsum 8
 etiam terram inutilem reddit? Ille verò re-
 spondens dixit ei, Domine, dimitte eam etiam
 hoc anno, vsquequo fodero circum eam, & mi- 9
 sero stercus: Et si quidem tulerit fructum, di-
 mites: sin minus, in futurum excindes eam. 10
 ¶ Docebat autem in quadam synagoga Sabba-
 tho. Et ecce, mulier adfuit habens spiritum in- 11
 ualetudinis ab annis decem & octo: eratque in-
 curua, nec profus sese poterat recuruare. Ipsam 12
 autem quum vidisset Iesus, aduocauit, & dixit
 ei, Mulier, absoluta es ab inualetudine tuâ. Et 13
 imposuit ei manus: & illico surrecta est, & glo-
 rificabat Deum. Respondens autem præfectus 14
 synagogæ, indignans quòd Sabbatho sanasset
 Iesus, dixit turbæ: Sex dies sunt quibus oportet
 operari: his ergo diebus venite & sanamini, &
 non die Sabbathi. Respondit ergo ei Domi- 15
 nus, & dixit, Hypocrita, vnusquisque vestrum
 Sabbatho nonne soluit bouem suum aut asinum
 à præsepi, & ducit aquatum? Hanc autē filiam 16
 Abraham, quam vinxerat Satanas ecce decem &
 octo annos, non oportuit à vinculo isto solui
 die Sabbathi? Et quum hæc diceret, pudore 17
 affi-

- affliciebantur omnes qui se opponebant ei: sed
 tota turba gaudebat super omnibus gloriosis
 18 rebus quæ fiebant ab eo. ^{Matth. 13. 31} ^{mar. 4. 5¹} Dixit autem Iesus,
 Cui rei simile est regnum Dei? & cui illud assimilabo?
 19 Simile est grano sinapis, quod acceptum quispiam misit in hortum suum: & cre-
 uit, & euasit in arborem magnam, & volucres
 20 caeli nidulati sunt in eius ramis. ^{Matth. 13. 33} Et rursus
 21 dixit, Cui rei assimilabo regnum Dei? Simile
 est fermento quod acceptum mulier condidit in
 farinae satis tribus, usquequo fermentaretur to-
 22 ta: ^{Matth. 9. 35} ^{mar. 6. 6} Transibat igitur singulas vrbes & vicos,
 23 docens, & iter faciens Hierosolymam. Dixit au-
 tem ei quidam, Domine, num pauci sunt qui fer-
 24 uentur? Ipse verò dixit eis. ^{Matth. 7. 13} Contendite in-
 trare per angustam portam: quia multi (dico
 25 vobis) studebunt intrare, & non poterunt. Ex quo
 videlicet surrexerit paterfamilias, & occluserit
 ostium, & coeperitis foris stare, & pulsare
 ostium, dicentes, Domine, aperi nobis: qui re-
 spondens dicet vobis, Nescio vnde vos fitis.
 26 Tunc incipietis dicere, Edimus in tui conspectu:
 27 & bibimus, & in plateis nostris docuisti. ^{Matth. 7. 13,} ^{25. 41} Et di-
 cet, Dico vobis, nescio vnde vos fitis: ^{Psal. 6. 13} abscedite à
 28 me omnes qui facitis quod iniustum est. Illic
 erit fletus & stridor dentium, quum videritis
 Abraham & Isaac & Iacob, & omnes Prophetas
 29 in regno Dei, vos autem expelli foras. Tunc
 venient multi ab Oriente & Occidente & Borea
 30 & Austro: & discumbent in regno Dei. ^{Matth. 19. 30} ^{& 20. 16} Et
 31 ecce, sunt vltimi qui erunt primi, & sunt primi
 qui erunt vltimi. Eo ipso die accesserunt qui-
 dam Pharisaeorum, dicentes ei, Exi, & abi hinc:
 32 nam Herodes vult te trucidare. Tunc ait eis,

Profecti dicite vulpi illi, Ecce, eijciam demonia,
 & sanationes peragam hodie et cras, & tertia die
 consummabor. Veruntamen oportet me ho- 33
 die & cras & perendie iter facere: quia fieri non
 potest, vt Propheta p̄reat extra Hierusalem.
 Matth. 23. 37 Hierusalem, Hierusalem, quæ trucidas Pro- 34
 phetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt, quo-
 ties volui cogere liberos tuos, quemadmodum
 gallina pulliciem suam sub alas, & nolulistis? Ec- 35
 ce relinquitur vobis domus vestra deserta. Amē
 autem dico vobis, non videbitis me vsquedum
 venerit tempus quum dicatis, Benedictus qui
 venit in nomine Domini.

CAPVT XIII.

2. Hydropticus Sabbatho sanatur. 8. Primi accubitus.
 12. Pauperes ad prandium vocandi. 16. Inuitati ad coe-
 nam magnam. 23. Compulsi. 8. Turrim ædificatoris.

ET factum est, quum venisset domum cuius- 1
 dam ex primoribus Phariseis Sabbatho ad
 capiendum cibum, ipsi obseruabant eum. Et ec- 2
 ce, quidam hydropticus erat coram eo. Tum re- 3
 spōdens Iesus dixit Legis interpretibus & Pha-
 riseis, in hæc verba, Licetne sanare Sabbatho?
 Ipsi verò tacuerunt. Tum ipse prehensum eum 4
 sanauit, & dimisit. Et respondens eis, dixit, 5
 Quis vestrum, si ipsius asinus aut bos in puteum
 incidat, non statim extrahet eum die Sabbathi?
 Et non poterant ei ex aduerso ad ista responde- 6
 re. ¶ Dixit autem parabolam ijs qui vocati fue- 7
 rant, attendens quomodo primos accubitus e-
 ligerent: dicens eis, Quum vocatus fueris ab 8
 aliquo ad nuptias, ne accumbito primo loco: ne
 forte honoratior te sit vocatus ab eo: Et is qui te 9
 & illum vocauit, veniens dicat tibi, Da huic lo-
 cum?

cum: & tunc incipias cum pudore vltimum lo-
 10 cum obtinere. Sed quum vocatus fueris, vade
 discutitum in vltimum locum: vt quum vene-
 rit qui te vocauit, dicat tibi, Amice, ascende su-
 perius. Tunc erit tibi gloria in cōspectu eorum
 11 qui tecum discumbunt. Nam omnis qui se
 extollit, deprimetur: & qui se deprefferit, extol-
 12 letur. Dicebat autem etiam ei qui ipsum vo-
 cauerat, Quum facis prandium aut cœnam,
 ne vocato amicos tuos, neque fratres tuos, neq;
 cognatos tuos, neque vicinos diuites: nequādo
 & ipsi te vicissim vocēt, ac retribuatur tibi gra-
 13 tia. Sed quum facis epulū, voca pauperes, mācos,
 14 claudos, cæcos: Et beatus eris: quia non pos-
 sunt gratiam retribuere tibi: retribuetur enim
 15 tibi in resurrectione iustorum. Hæc autē quum
 audisset quidam ex ijs qui simul accumbebant,
 dixit ei, Beatus qui comedet panē in regno Dei.
 16 Ipse autē dixit ei, Homo quidam fecit cœnam
 17 magnam, & vocauit multos: Misitque ser-
 uum suum hora cœnæ vt diceret vocatis, Veni-
 18 te, quia iam parata sunt omnia. Et omnes cœ-
 perunt vno ore se excusare. Primus dixit ei, A-
 grum emi, & necesse habeo exire, & eum inspicere:
 19 rogo te, habe me excusatum. Et alter
 dixit, Iuga bouum emi quinque, & proficiscor
 ad probandum ea: rogo te, habe me excusatum.
 20 Et alius dixit, Vxorem duxi, & propterea non
 21 possum venire. Quum igitur seruus adue-
 nisset, annuntiauit ista domino suo. Tunc ira-
 tus paterfamiliās dixit seruo suo, Abi citò in
 plateas & vicos vrbis, & pauperes ac mancos
 22 claudosque & cæcos huc introduce. Et
 ait seruus, Domine, factum est, vt imperasti, &
 adhuc

Prou. 25. 7

Infr. 18. 14
math. 23. 12

Tob. 4. 7
Prou. 3. 9

Matt. 22. 8
Apoc. 19. 9

adhuc locus est. Tunc ait dominus seruo, Abi²³
 in vias & sepes, & coge ingredi, vt impleatur do-
 mus mea. Dico enim vobis, neminem virorum²⁴
 illorum qui vocati fuerant, gustaturum cenam
 meam. Ibat autem turba multa cum eo : &²⁵
 conuersus dixit eis, ² Si quis venit ad me, &²⁶
 non odit patrem suum & matrem, & vxorem &
 liberos, & fratres & sorores atque adeo etiam
 animam suam, non potest meus esse discipulus.
 Et quisquis non portat crucem suam, & non²⁷
 sequitur me, non potest meus esse discipulus.
 Quis enim ex vobis, si velit turrim adificare,²⁸
 non prius sedens computat sumptus, an habeat
 quæ ad perfectionem operis requiruntur? Ne,²⁹
 postquam posuerit fundamentum, & non po-
 tuerit perficere, omnes qui spectarint, incipiant
 ei illudere, Dicentes, Homo iste cepit adifica-³⁰
 re, & non potuit adificium perficere. Aut quis
 rex proficiscens vt committat prælium aduer-³¹
 sus alterum regem, sedens prius non consultat,
 an possit cum decem millibus occurrere ei, qui
 cum viginti millibus venit aduersus ipsum?
 Alioquin, quum adhuc ille procul est, legatione³²
 missa, rogat ea quæ ad pacem pertinent. Sic ergo³³
 quisquis vestrum non valedicit omnibus bonis
 suis, non potest meus esse discipulus. ³ Bonus³⁴
 est sal : si verò sal infatnatus fuerit, quo condie-
 tur? Neque ad terram, neque ad sterquilinum³⁵
 adpositus est : foras eum abijciunt. Qui habet
 aures ad audiendum, audiat.

Supra 9. 23
 math. 10. 38,
 & 16. 24

Matth. 10. 38
 & 16. 24
 mar. 8. 24

Matth. 5 13
 mar. 9. 50

CAPVT XV.

4. Parabela Ouïs perditæ. 8. Drachmæ. 11. Filij pro-
 digi.

Acce-

1 **A**ccedebant autem ad eum omnes publicani
 2 & peccatores, vt eum audirent, Et murmura
 bant Pharisei & Scribae, dicentes, Iste peccato-
 3 res recipit, & vescitur cum eis. Ipse verò loqu-
 4 tus est ad eos hanc parabolam, dicens, *Quis* Matt. i8. 11
 ex vobis, si habeat centum oues, & perdidit vn-
 5 nam ex illis, non relinquit illas nonaginta no-
 uem in deserto, & pergit ad eam quæ periit, vsq;
 6 dum eam inueniat? Et inuentam imponit in
 humeros suos gaudens: Veniensq;e domum,
 7 conuocat amicos & vicinos? dicens eis, Gratu-
 lamini mihi. nam inueni ouem meam quæ peri-
 8 erat. Dico vobis ita fore gaudium in caelo su-
 per vno peccatore respiciente maius quàm su-
 per nonaginta nouem iustis, quibus non opus
 9 est respicientia. Aut quæ mulier, si habeat
 drachmas decem, & perdidit drachmam vnã,
 10 non accendit lucernam, & verrit domum, quæ-
 ritq; accuratè, vsquequo eam inueniat? Et quum
 inuenerit, conuocat amicas ac vicinas, dicens,
 Gratulamini mihi: nam inueni drachmã quam
 11 perdideram. Ita, dico vobis, gaudium est apud
 Angelos Dei super vno peccatore respiciente.
 12 **A**it autem, **Q**uidam habebat duos filios: Quo-
 rum iunior dixit patri, **P**ater, da mihi partem
 13 substantiæ mihi contingentem. Ille igitur diui-
 sit eis facultates. Post dies autem non multos,
 quum omnia coegisset iunior ille filius, peregrè
 14 profectus est in regionem longinquam: & illic
 dissipauit substantiam suam, profusè viuendo.
 15 **O**mnibus verò ab eo consumptis, orta est fames
 valida in regione illa: & ipse coepit victu defici.
 16 **A**biit igitur & adhaesit vni ex ciuibus regionis
 illius: qui misit eum in agros suos, vt pasceret
por-

porcos. Et desiderabat implere ventrem suum ¹⁶
 filiquis quas edebant porci: & nemo ei dabat.
 Quñ autē ad se rediisset, dixit, Quot mercenarij ¹⁷
 patris mei abundant panibus? ego verò fame per-
 eo. Surgens proficiscar ad patrem meum, & di- ¹⁸
 cam ei, Pater, peccaui in cælum, & aduersum te:
 Neq; amplius sum dignus vocari filius tuus: fac ¹⁹
 me vt vnum ex mercenarijs tuis. Surgens igitur ²⁰
 venit ad patrem suum. Quum autē adhuc longè
 abesset, vidit eū pater ipsius, ac misericordia mo-
 rus est: & accurrens incidit in collū eius, & de-
 osculatus est eum. Dixit autē ei filius, Pater pec- ²¹
 caui in cælum & aduersum te, neq; amplius sum
 dignus vocari filius tuus. Dixit verò pater ad ²²
 seruos suos, Promite stolam illam præcipuam,
 & induite eum, & date annulum in manū eius,
 & soleas in pedes: Et adductum vitulum illum ²³
 saginatum mactate: & vescentes oblectemur.
 Quia filius iste meus mortuus erat, & reuixit: ²⁴
 perierat, & inuentus est. Cœperunt igitur oble-
 ctari. Erat autem filius eius senior in agro: ²⁵
 qui vt veniens appropinquauit domui, audiuit
 concentum & choros: Et vocatum vnum ex ²⁶
 pueris percontatus est quid istud esset. Is verò ²⁷
 dixit ei, Frater tuus venit: & mactauit pater
 tuus vitulum illum saginatum, quòd valentem
 illum receperit. Indignatus est autem ille, nec ²⁸
 voluit introire. Pater ergo ipse egressus hor-
 tatus est eum. Ipse verò respondens dixit patri, ²⁹
 Ecce, tot annos seruius tibi, nec vnquam manda-
 tum tuum sum transgressus: nec vnquam dedi-
 sti mihi hœdum, vt cum amicis meis oblectarer.
 Sed quum filius iste tuus, qui deuorauit facultates ³⁰
 tuas cum meretricibus, venit, mactasti ei
 vitulum

- 31 vitulum illum faginatum. Ipse verò dixit ei, *Fili, tu semper mecum es, & omnia mea, tua sunt:*
 32 *Oblectari autem & gaudere te oportebat, quòd frater tuus hic mortuus erat, & reuixit: perieratque, & inuentus est.*

CAPVT XVI.

1. Parabola dispensatoris delati ad Dominum. 13. Duobus Dominis Ieruire. 16. Lex & Prophetæ. 19. De Diuite & Lazaro.

- 1 **D**ixit autem etiam discipulis suis, Fuit homo quidam diues qui habebat dispensatorem: & is delatus est apud eum vt qui dissiparet ipsius bona. Vocauit eum igitur, & dixit ei, *Quid hoc audio de te? redde rationem dispensationis tuæ. non enim poteris amplius esse dispensator.*
 3 *Dixit autem apud se dispensator, Quid faciam, quum Dominus meus auferat à me dispensationem? fodere non possum, mendicare pudeat. Noui quid sim facturus, vt quum amarus fuero à dispensatione, recipiant me aliqui domos suas. Conuocatis itaq; singulis debitoribus domini sui, dixit primo, Quantum debes domino meo? Is autem ait, Centum batos olei. Tum ille dixit ei, Accipe tabulas tuas, & sedecito, & scribe quinquaginta. Deinde alij dixit, Tu verò quantum debes? Is autem ait, Centum coros tritici. Tum ipse dixit ei, Accipe tabulas tuas, & scribe octoginta. Et laudauit dominus dispensatorem iniustum, quòd prudenter fecisset: Quam obrem filij huius seculi prudentiores sunt filijs lucis in suo genere. Et ego vobis dico, Facite vobis amicos ex mamona iniusto, vt quum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.*
 40 *Qui fidelis est in paucissimis, etiam in multis fidelis*

fidelis est : & qui in paucissimis iniustus est , etiam in multis est iniustus . Si ergo in iniusto si mamona fideles non fuistis , verum mamona quis credet vobis ? Et si in alieno fideles non fuistis , quod vestrum est quis dabit vobis ? ¹Nul-
 lus seruus potest duobus dominis seruire : aut enim vnum odio habebit , & alterum diliget : aut vni adhærebit , & alterum contemnet . non potestis Deo seruire & mammona . Audiebant autem hæc omnia etiam Pharisei , qui erant auari : & sannis eum excipiebant . Tunc dixit eis : ²Vos estis qui iustificatis vos ipsos in hominum conspectu : Deus autem nouit corda vestra , quia quod apud homines sublime est , abominationi est in conspectu Dei . ³Lex & Prophetæ vsque ad Iohannem : ab eo tempore regnum Dei annuntiatur , & quinis in illud vi irrupit . ⁴Facilius est autem cælum & terram præterire , quam Legis vnum apicem excidere . ⁵Quisquis dimittit vxorem suam , & alteram ducit , mœchatur : & qui à viro dimissam ducit , mœchatur . ¶ ⁶Cæterum quidam erat diues , & induebatur purpura & bysso , & se oblectabat quotidie splendide . Erat verò quidam mendicus nomine Lazarus , qui proiectus erat ad vestibulum eius vlcerosus , Et desiderans saturari micis quæ cadebant è mensa diuitis . sed & canes veniebant ac lungebant eius vlcera . Factum est autem vt moreretur mendicus , & asportaretur ab Angelis in sinum Abraham : mortuus est verò etiam diues ille , ac sepultus est . Et apud inferos sublatis oculis suis , quum esset in tormentis , vidit Abraham procul , & Lazarum in sinu eius : Tum ipse clamans dixit , Pater Abraham , misere-
 rere

rere mei, & mitte Lazarum, vt intingat extremū
 digitum suum in aquam, & refrigeret linguam
 25 meam: quoniam crucior in ista flamma. Dixit
 autem Abraham, Fili, memento te bona tua re-
 cepisse in vita tua, & Lazarum similiter mala:
 nunc autem hic solatio fruitur, tu verò crucia-
 26 ris. Et ad hæc omnia, inter nos & vos hiatus
 ingens cōstitutus est, vi ij qui volūt hinc trans-
 ire ad vos, non possint, neque istinc huc trans-
 27 ire. Dixit autem ille, Rogo ergo te pater, vt eum
 28 mittas domum patris mei. Habeo enim quin-
 que fratres: vt testificetur eis, ne & ipsi veniant
 29 in hunc locum tormenti. Dicit ei Abraham,
 30 Habent Moſen & Prophetas, audiant eos. Ille
 verò dixit, Non, Pater Abraham: sed si quis ex
 31 mortuis abierit ad eos, respicient. Abraham
 autem dixit ei, Si Moſen & Prophetas non au-
 diunt, ne si quidem quispiam ex mortuis exci-
 tetur, assentientur.

CAPVT XVII.

1. Scandala. 3. Peccanti in nos ignoscendum. 10. Serui
 inutiles sumus, 11. De decem leprosis. 20. Regnum Dei
 quando venturum. 23. Falli Christi. 26. Aduentus
 Christi qualis futurus.

1 **A**lte autem discipulis, Fieri non potest quin e. Matth. 18. 7
 ueniant scandala: sed va illi per quem eue. marc. 9. 42
 2 niunt. Expedit ei si mola asinaria circumpo-
 natur collo eius, & abiectus fuerit in mare, po-
 3 tius quàm vt offendat vnum ex paruis istis. Ca- Matth. 23. 3
 uete vobis. Si peccauerit in te frater tuus, ob- Matth. 18. 21
 4 iurga eum: & si resipuerit, remitte ei. Et, si
 septies in die peccauerit in te, & septies vno die
 reuertatur ad te, dicens, Resipui: remitte ei.

N

¶ Tunc

¶ Tunc dixerunt Apostoli Domino, Adde no-
 5
 Marth. 17. 20 bis fidem. Dixit autem Dominus, Si habere-
 6
 tis fidem quantum est granum sinapis, dicere-
 tis huic sycamino, Eradicator, & plantator in
 mari: & obediret vobis. Quis autem vestrum
 7
 habet seruum arantem, aut pascentem, qui re-
 gressus ab agro dicat statim, Prodi, & discumbes?
 Imò, nonne dicet ei, Para quod cenem, & præ-
 8
 cinctus ministra mihi vsquedum edero ac bibe-
 ro: & postea edito tu & bibito? Num gratiam
 9
 habet seruo illi, quia fecit quæ ipsi præcepta fu-
 erant? non puto. Ita & vos, quum feceritis
 10
 omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite, Serui in-
 utiles sumus: nam quod debuimus facere, feci-
 mus. ¶ Et factum est inter eundum Hieroso-
 11
 lymam, ipse transibat per mediam Samariam
 & Galilæam. Et quum ingrederetur in quen-
 12
 dam vicum, occurrerunt ei decem viri leprosi,
 qui steterunt procul: Et extulerunt vocem
 13
 dicentes, Iesu magister miserere nostri. Qui
 14
 Leuit. 14. 2 quum eos vidisset, dixit eis, Profecti ostendi-
 te vos Sacerdotibus. Et factum est, vt inter eun-
 dum purgati sint. Vnus autem ex ipsis, vt vi-
 15
 dit se sanatum esse, reuertit, glorificans Deum
 voce magna. Et procidit in faciem ad pedes
 16
 eius, gratias ei agens: eratque iste Samarita-
 nus. Respondens autem Iesus dixit, Nonne
 17
 decem illi purgati sunt? nouem autem illi vbi
 sunt? Non sunt reperti qui redierint, vt tri-
 18
 buerent gloriam Deo, nisi alienigena iste? Et
 19
 dixit ei, Surge & abi: fides tua te seruauit.
 ¶ Interrogatus autem à Phariseis, quando ven-
 20
 turum esset regnum Dei: respondit eis, & dixit,
 Non veniet regnum Dei, ita vt obseruari pos-
 sit:

- 21 fit: Neq; dicent, Ecce hic, aut, ecce illic. ecce e-
 22 nim, regnum Dei intus habetis. Dixit autem
 discipulis, Veniet tempus quum desiderabitis
 videre vnum ex diebus Filij hominis: nec vide-
 23 bitis. ¹ Et dicent vobis, Ecce hic, aut, ecce illic: Matth. 24. 23
 24 sed ne abite, neque prosequimini. Nam sicut marc. 13. 21
 fulgur coruscans ex vna regione quæ sub cælo
 est, in alteram quæ sub cælo est splendet: ita erit
 25 & Filius hominis die suo. Sed prius oportet
 26 eum multa pati, & reprobari à natione ista. ² Et Gen. 7. 1
 prout factum est in diebus Noe, ita erit etiam matth. 24. 38
 27 diebus Filij hominis: Edebant, bibebant, vx- 1. Pet. 3. 20
 res ducebant, & dabantur nuptum, ad eum vsq;
 diem quo introiuit Noe in arcam: venitque di-
 28 lunium, & perdidit omnes. Similiter etiam, vt
 accidit in diebus Lot: edebant, bibebant, eme-
 29 bant, vendebant, plantabant, ædificabant: ³ Quo Gen. 19. 24
 autem die Lot exijt Sodomis, pluit igni & sul-
 30 phure è cælo, & omnes perdidit: Secundum
 hæc erit dies quo Filius hominis detegetur.
 31 In illo die, si quis fuerit supra domum, & vasa
 eius in ipsa domo, ne descendat ad ea sumenda:
 & qui in agro, similiter non reuertatur retro.
 32 ⁴ Memineritis vxoris Lot. ⁵ Quicumque qua- Gen. 19. 26
 33 sierit animam suam seruare, perdet eam, & qui Supra 9. 24
 34 cunque eam perdidit, viuificabit eam. ⁶ Dico matth. 10. 39
 vobis, Illa nocte erunt duo in lecto vno: vnus marc. 8. 35
 35 accipietur, & alter relinquetur. Duæ erunt iohan. 12. 25
 molentes simul: vna accipietur, & altera relin- Matth. 24. 41
 36 quetur. Duo erunt in agro: vnus accipietur,
 37 & alter relinquetur. Tunc respondentes dicunt
 ei, Vbi Domine? Ipse verò dixit ei, ⁷ Vbi corpus, Matth. 24. 28
 illuc cogentur & aquilæ.

2. Iudicis iniqui & viduæ parab. 10. De Pharisæo & publicano. 15. puerorum est regnum Dei. 22. Vendere omnia, & dare pauperibus. 28. Apostoli relinquunt omnia. 31. Mortem suam prædicat Christus. 35. Cæcus visum recipit.

Eccl. 18. 22
Rom. 12. 12
1. Thef. 5. 17

Dixit autem eis etiam parabolam, huc spectā-
tem, quod oporteret ipsos semper precari,
nec segnescere: Dicens, Iudex quidam erat in
quadam vrbe qui Deum non timebat, nec quen-
quam reuerebatur: Erat autem in illa vrbe que-
dam vidua, quæ venit ad eum, dicens: Vindica
me ab aduersario meo. Ille autem noluit per
multum tempus: post hæc verò dixit apud se,
Etsi Deum non timeo, nec quenquam reuereor:
Tamē quia molestiam mihi exhibet vidua ista,
vindicabo eam, ne ad extremum veniens obtun-
dat me. Ait autem Dominus, Audite quid iu-
dex ille iniustus dicat: Deus autem non vin-
dicabit electos suos, clamantes ad ipsum die ac
nocte, etiamsi iram differat super ipsis? Dico
vobis, vindicabit eos citò. Veruntamen Filius
hominis, quum venerit, num reperturus est fi-
dem in terra? ¶ Dixit autem etiam quibusdam
qui sibi persuaserant se iustos esse, & pro nihilo
habebant reliquos, parabolam istam: Duo ho-
mines ascenderant in templum, vt precarentur,
vnus Pharisæus, & alter publicanus: Pharisæus
stans, hæc apud se precabatur, Deus, gratias ago
tibi quod non sim, vt reliqui homines, rapaces,
iniusti, mœchi, vel etiam vt iste publicanus: Ie-
iuno bis hebdomade, decimo quacunque pos-
sideo. Publicanus autem procul stans, nolebat
vel oculos in cælum attollere: sed percutiebat
pectus suum dicens, Deus, propitius esto mihi
pecca-

- 14 peccatori. Dico vobis, descendit iste iustifica-
 tus domum suam potius quàm ille: ¹ quia qui-
 cunque se extollit, deprimetur: & qui se depri-
 15 mit, extolletur. ² Adferebant autem ad eum Supra 14. it
Matth. 23. 12
 etiam infantes, vt eos tangeret: quum autem Matth. 19. 13
marc. 10. 13
 16 hoc vidissent discipuli obiurgarunt eos. Iesus
 verò quum puerulos aduocasset, dixit, Sinite
 puerulos venire ad me, & eos non prohibete: ta-
 17 lium est enim regnum Dei. Amen dico vobis,
 Quicumque non acceperit regnum Dei tãquam
 18 puerulus, nequaquam introibit in illud. ³ Tunc Matth. 19. 16
marc. 10. 17
 interrogauit eum quidam ex primoribus, dicēs,
 Magister bone, quid faciendo vitam æternam
 19 possidebo? Dixit autem ei Iesus, Cur me di-
 cis bonum? nemo bonus, nisi vnus, nempe De-
 20 us. Mandata nosti, ⁴ Ne mœchare, Ne occidi- Exod. 20. 13
 to, Ne furare, Ne falsum testimonium dicito,
 21 Honora patrem tuum & matrem tuam. Ille autē
 dixit, Hæc omnia obseruauī à iuuentute mea.
 22 Iesus verò his auditis dixit ei, Adhuc vnum tibi
 deest: quæcunque habes vède, & distribue pau-
 23 peribus, & habebis thesaurum in celo: & veni,
 sequere me. At ille his auditis, valde tristis fa-
 24 ctus est: nam diues erat valde. Quum autem
 vidisset Iesus eum valde tristem factum, dixit,
 Quam difficile, qui pecunias habent, in regnum
 25 Dei introibunt? Facilius est enim camelum
 per foramen acus introire, quam diuitem intro-
 26 ire in regnum Dei. Qui verò hoc audierant,
 27 dixerunt, Et quis potest saluus fieri? Ipse au-
 tem dixit, Quæ impossibilia sunt apud homi-
 28 nes, possibilia sunt apud Deum. ⁵ Dixit autem Matth. 19. 27
mar. 10. 28
 Petrus, Ecce, nos reliquimus omnia, & sequuti
 29 sumus te. Ipse verò dixit eis, Amen dico vobis
 nemo

nemo est qui reliquerit domum, aut parentes,
aut fratres, aut uxorem, aut liberos, regni Dei
causa, Qui non recepturus sit multiplicia hoc
tempore, & in seculo venturo vitam aeternam.

Matth. 20. 17
mar. 10. 32

¶ Iesus autem, assumptis illis duodecim, di-
xit eis, Ecce, ascendimus Hierosolymam, & per-
ficietur Filio hominis omnia quæ scripta sunt
per Prophetas. Tradetur enim Gentibus, &
illuderetur, & contumelijs afficietur, & conspuetur.
Et postquam eum flagellauerint, truci-
dabunt: sed die tertia resurget. Ipsi vero
nihil horum intellexerunt: erantque ista verba
ipsis occulta, nec cognouerunt quæ dicebantur.

Matth. 20. 29
mar. 10. 46

¶ Factum est autem dum ipse appropinquaret
Iericho, cæcus quidam sedebat iuxta viam,
mendicans. Quum igitur is audisset turbam
prætereuntem, percontabatur quid hoc esset.
Nuntiauerunt autem ei Iesum Nazarenum
transire. Tunc clamauit, dicens, Iesu fili Da-
uid miserere mei. Et qui præibant, obiurga-
bant eum vt sileret: ipse vero multò magis cla-
mabat, Fili David miserere mei. Iesus autem
quum substitisset, iussit eum adduci ad se: &
quum is appropinquasset, interrogauit eum,
Dicens, Quid tibi vis faciam? Ille verò dixit,
Domine, vt visum recipiam. Et Iesus dixit ei,
Recipiro visum: fides tua te seruauit. Illico igitur
visum recepit, ac sequebatur eum, glorificans
Deum. & totus populus quum hoc vidisset, tri-
buit laudem Deo.

CAPVT XIX.

1. Zachæus publicanus. 13. Minæ fernis datæ ad nego-
ciationem. 29. Iesus ingreditur Hierosolymam. 41. Flens
prædicat vrbis excidium. 45. Videntes eiecit e
Iesus

1 Iesus autem ingressus Iericho transibat: Et
 2 ecce, quidam qui nomine vocabatur Zacchæ-
 3 us, magister publicanorum, & diues: Stude-
 4 barque videre quis esset Iesus, nec poterat præ-
 5 turba, quod statura paruus esset. Præcurrens
 6 ascendit in sycomorum, vt eum videret: quo-
 7 niam futurum erat vt illac transfret. Vt autem
 8 venit ad eum locum, suspiciens Iesus, eum vidit,
 9 & dixit ei, Zacchæe, festinans descende. hodie
 10 enim domi tuæ oportet me manere. Tum is
 11 festinans descendit, & excepit eum gaudens. Et
 12 omnes quum hoc vidissent, murmurabant, di-
 13 centes eum ingressum esse ad hominem peccato-
 14 rem, vt ibi diuersaretur. Adstans autem Zac-
 15 chæus dixit Domino, Ecce dimidium bonorum
 16 meorum, Domine, do pauperibus: & si quid
 17 cuipiam per calumniam eripui, reddo quadru-
 18 plum. Dixit autem ei Iesus, Hodie salus do-
 19 mui huic contigit, eo quod ipse quoque est fili-
 20 us Abraham. ^{Matth. 13. 12} Venit enim Filius hominis, vt
 21 quærat & seruet quod perierat. ¶ Hæc aut ipsi-
 22 s audientibus, pergens, dixit parabolam, eo quod
 23 esset prope Hierosolyma, & quod putarent fore,
 24 vt illico regnum Dei appareret. Dixit ergo,
 25 ¶ Homo quidam nobilis profectus est in regio- ^{Matth. 25. 14}
 26 nem longinquam, vt acciperet sibi regnum,
 27 ac reuenteretur. Vocatis autem decem ser-
 28 uis suis, dedit eis decem minas, & dixit eis,
 29 Negotiamini donec veniam. Ciues autem
 30 eius oderant eum, miseruntque legationem
 31 post eum, dicentes, Nolumus hunc regnare in
 32 regno. Et factum est quum rediisset accepto
 33 regno, tum iussit vocari seruos illos ad se, qui-
 34 bus dederat pecuniam: vt cognosceret quis quid

negotiatus esset. Adfuit autem primus, dicens, ¹⁶
 Domine, mina tua decem minas lucrificet. Ille ¹⁷
 autem ait ei, Bene habet serue bone: quia in mi-
 nimo fuisti fidelis, habeto potestatem super de-
 cem vrbes. Et alter venit, dicens, Domine, mi- ¹⁸
 na tua confecit quinque minas. Ille verò & isti ¹⁹
 dixit, Tu quoque præsto quinque vrbibus. Et ²⁰
 alius venit, dicens, Domine, ecce mina tua quam
 habui sepositam in sudario: Timui enim te, ²¹
 quòd homo sis austerus: aufers quod non de-
 posuisti, & metis quod non seminasti. Tum ²²
 ille dixit ei, Ex ore tuo te iudicabo, serue male:
 sciebas me hominem austum esse, qui auferam
 quod non deposui, & metam quod non semi-
 nauit, Quare igitur non dedisti pecuniam me- ²³
 am apud mēsam, & ego veniens, cum vsuris eam
 exegissem? Et astantibus dixit, Tollite ab eo ²⁴
 minam, & date ei qui decem minas habet. Illi ²⁵
 verò dixerunt ei, Domine, habet decem minas.
 At ille, Nam, inquit, ²⁶ dico vobis, Omni haben-
 ti dabitur: ei autem qui non habet, etiam quod
 habet, adimetur. Quin etiam meos illos inimi- ²⁷
 cos qui noluerunt me regnare supra se, adducite
 huc, & ingulate coram me. Et his dictis, ante ²⁸
 grediebatur ascendens Hierosolymam. ¶ Et ²⁹
 factum est cum appropinquasset Bethphage &
 Bethania, ad montem qui vocatur Olearum,
 misit duos ex discipulis suis, Dicens, Abite in ³⁰
 vicum qui est ex aduerso: in quem introeuntes,
 inuenietis pullū alligatum, cui nemo vnquam
 hominum insedit: solutum eum adducite. Et si ³¹
 quis vos interrogauerit, Quare soluitis? Sic di-
 cetis ei, Quoniam eo opus est Domino. Pro- ³²
 secti autem qui missi erant, inuenerunt prout
 eis

Supra 8. 18
 matth. 13. 12,
 & 25. 39
 mar. 4. 25

Matth. 21. 1
 MAR. 11. 1

- 33 eis dixerat. Soluentibus autem ipsis pullum,
 dixerunt eis domini eius, Quare soluitis pul-
 34 lum? Ipsi verò dixerunt, Quoniam eo opus
 35 est Domino. ⁷ Duxerunt igitur eum ad Ie- Matth. 21. 7
 sum. Et palliis suis pullo iniectis, imposuerunt Ioh. 12. 14
 36 Iesum. Eunte autem ipso, substernebant pal-
 37 lia sua in via. Et quum iam appropinquaret ad
 descensum montis Olearum, cepit omnis mul-
 titudo discipulorum gaudentium laudare De-
 um voce magna de omnibus, quas viderant, vir-
 38 tutibus, Dicentes, Benedictus Rex ille qui ve-
 nit in nomine Domini: pax in caelo, & gloria in
 39 locis altissimis. Tum quidam Phariseorum &
 turba dixerunt ei, Magister, obiurga discipulos
 40 tuos. Et ipse respondens dixit eis, Dico vobis,
 41 si filuerint isti, mox lapides clamaturos. Et vt
 42 appropinquauit, visa vrbe, fleuit super ea, Di-
 cens, Nempe si vel tu nosses vel hoc saltem tuo
 die, ⁸ quæ ad pacem tuam pertinent. Sed ea Infra 21. 6
 43 nunc occulta sunt oculis tuis. Nam veniet Matth. 24. 1
 tempus aduersum te, quo circumijcient tibi ini- Mar. 13. 1
 44 mici tui vallum, & circumcingent te, & cõstrin-
 gent vndique, Teque solo æquabunt, & filios
 tuos intus: neque relinquent in te lapidem su-
 per lapidem, eo quòd non noueris tempus illud
 45 visitationis tuæ. ¶ ⁹ Et ingressus in templum: Matth. 21. 12
 cœpit eijcere eos qui vendebant in eo & eme- Mar. 11. 11
 46 bant: Dicens eis, Scriptum est, ¹⁰ Domus mea, Esa. 56. 7
 domus precationis est: ¹¹ vos autem reddidistis Ierem. 7. 11
 47 eam, speluncam latronum. Et docebat quoti-
 die in templo. ¹² principes autem sacerdotum & Matth. 21. 13
 Scribæ, & primores plebis studebant eum per- Marc. 11. 17
 48 dere: Nec inueniebãt quid facerent: totus enim
 populus pendebat ab ipso, quum eum audiret.

4. Q. Baptismus Iohannis vnde. 9. Sacerdotum impietas, vineæ & agricolarum similitudine notatur. 21. Tributum Cæsari reddendum. 17. Sadducæos negantes resurrectionem conuincit. 41. Christus quomodo filius Davidis.

Matth. 21. 25
mar. 11. 27

ET factum est quodam dierum illorum, quum ipse doceret populum in templo, & euangelizaret, superuenerunt principes sacerdotum & Scribæ, cum Senioribus, Et dixerunt ei, Dic nobis qua. autoritate ista facias, aut quis ille sit qui dedit tibi istam autoritatem? Respondens autem dixit eis, Interrogabo vos & ego rem quandam, dicite igitur mihi: Baptismus Iohannis è caelo erat, an ex hominibus? At illi ratiocinati sunt apud se dicentes, Si dixerimus, E caelo: dicet, Quare ergo non credidistis ei? Sin autem dixerimus, Ex hominibus: tota plebs lapidabit nos: persuasum enim est ei; Iohannem Prophetam esse. Responderunt igitur se nescire vnde esset. Tum Iesus dixit eis, Neque ego dicam vobis qua autoritate hæc faciam. Cœpit autem dicere ad plebem parabolam hanc, Quidam plantauit vineam, & elocauit eam agricolis: & peregrè abfuit multum tempus. Et in tempore misit seruum ad illos agricolas, vt darent ex fructu vineæ: qui cæsum illum ablegarunt inane. Ille verò perrexit alterum seruum mittere: at ipsi hunc quoque cæsum & contumelia affectum ablegarunt inane. Et perrexit mittere tertium: at illi & istum vulneratum eiecerunt. Dixit igitur dominus vineæ, Quid faciam? mittam Filium meum dilectum: forsitan

Esai. 53
Ierem. 2 23
matth. 21. 23
mar. 12. 1

- 14 sitan quum hunc viderint, reuerbuntur. Vi-
 15 so autem eo agricolæ colloquuti sunt inter se,
 16 dicentes, Ille est hæres: venite, trucidemus e-
 17 um, vt nostra fiat hæreditas. Et eiectum eum
 18 extra vineam trucidarunt. Quid ergo faciet
 19 eis dominus vineæ? Veniet & perdet agrico-
 20 las istos, & dabit vineam alijs. Hoc autem
 21 quum audissent, dixerunt, Absit. Ille verò in-
 22 ruitus eos, ait, Quid illud est ergo quod scri-
 23 ptum est, ^{Psal. 118. 28} Quem lapidem reprobauerunt ad-
 24 ficanres, is factus est caput anguli? ^{Esa. 28. 16} Quisquis
 25 ceciderit super illum lapidem, conuassabitur:
 26 ^{Actor. 4. 18} Rom. 9. 13
 27 ^{1. Pet. 2. 8} super quem autem ceciderit, dissipabit eum.
 28 Tum studuerunt principes sacerdotum & Scri-
 29 bæ inijcere in eum manus eo ipso momento:
 30 sed timuerunt plebem: cognouerunt enim eum
 31 aduersus ipsos dixisse similitudinem istam. Ita-
 32 que obseruantes eum, miserunt insidiatōres, qui
 33 se iustos esse simularent: vt carperent eius ser-
 34 monem, tradituri eum imperio & potestati
 35 Præsidis. ^{Matth. 22. 16} Qui interrogauerunt eum, dicentes,
 36 ^{Mar. 12. 13} Magister, scimus te rectè dicere & docere, nec
 37 accipere personam, sed viam Dei in veritate do-
 38 cere: Licet nobis censum dare Cæsari, an
 39 non? Animaduersa autem eorum calliditate,
 40 dixit eis, Quid me tentatis: Ostendite mi-
 41 hi denarium: cuius habet imaginem & inscri-
 42 ptionem? Respondentes autem dixerunt,
 43 Cæsaris. Tunc dixit eis, ^{Rom. 13. 7} Reddite igitur quæ
 44 sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo.
 45 Itaque non potuerunt verba eius carpere coram
 46 populo: & mirati super eius responso, siluerūt.
 47 ^{Matth. 22. 23} ¶ Accedentes autem quidam Sadducæorum,
 48 ^{Mar. 12. 18} (qui negant esse resurrectionē) interrogarunt
 49 eum,

Deut. 25. 5 eum, Dicentes, Magister, ² Moses scripsit no- 28
 bis, Si cuius frater mortuus fuerit habens vx-
 orem, & sine liberis mortuus fuerit, vt eius fra-
 ter accipiat vxorem illam, & excitet semen fratri
 suo. Septem ergo fratres fuerunt, quorum pri- 29
 mus accepta vxore mortuus est sine liberis. Ac- 30
 cepit igitur eam secundus, qui & ipse mortuus
 est sine liberis. Deinde tertius accepit eam: tri- 31
 dem autem & illi septem: nec reliquerunt libe-
 ros, & mortui sunt. Post omnes autem mor- 32
 tua est & mulier. In resurrectione ergo, cuius 33
 eorum erit vxor? nam illi septem habuerunt eam
 vxorem. Tum respondens dixit eis Iesus, Filij 34
 huius aui ducunt vxores, & nuptum dantur:
 Qui verò digni habiti fuerint, qui aenum illud 35
 consequantur, & resurrectionem ex mortuis,
 neque ducunt vxores, neque nuptum dantur:
 Neque enim mori possunt amplius: pares enim 36
 Angelis sunt, & filij sunt Dei, quum sint filij re-
 surrectionis. Mortuos autem excitari, etiam 37
 Exod. 3. 6 ² Moses indicauit apud rubum, quum dicit
 Dominum Deum Abraham, & Deum Isaac, &
 Deum Iacob. Nam Deus non est mortuorum, 38
 sed viuorum: omnes enim viuunt ei. Respon- 39
 dentes autem ei quidam ex Scribis dixerunt, Ma-
 gister, bene dixisti. Nec amplius audebāt eum 40
 Matt 22. 44 quicquam interrogare. ² Dixit autem eis, Quo- 41
 Marc. 12. 35 modo dicunt Christum filium esse Dauid: Et 42
 ipse Dauid dicit in libro Psalmorum, ² Dixit
 Psal. 110. 1 Dominus Domino meo, Sede à dextris meis,
 Vsquedum posuero inimicos tuos scabellum 43
 pedum tuorum? Dauid ergo Dominum eum 44
 Supra. 74 vocat, & quomodo filius eius est? Audiente 45
 math. 23 6 mar. 12. 38 verò toto populo, dixit discipulis suis, ² Caue- 46
 re à

te à Scribis, qui volunt ambulare stolati, & amant salutationes in foris, ac primos confessus in conuentibus, & primos accubitus in cœnis.

47 Qui deuorant domos viduarum, & in speciem precibus longis vtuntur: isti auferent grauius iudicium.

CAPVT XXI.

1. Viduæ supra opes liberalitas. 5. De tempore ruinæ templi. 10. & Ierusalem. 25. Signa præcedentia extremi iudicium.

1 Intuitus autem vidit diuites mittentes mune- Marc. 12. 41
 2 tra sua in gazophylacium. Vidit autem etiam
 3 quandã viduam pauperculam mittentem illuc
 4 minuta duo. Et dixit, Verè dico vobis, vidua
 5 hæc pauper misit amplius quàm omnes. Nam
 6 omnes hi ex eo, quod ipsis redundat, miserunt
 7 quod donarent Deo: hæc autem misit ex penu- Supra 19. 43
 8 ria sua totum victum quem habebat. Et qui- Marth. 24. 1
 9 busdam dicentibus de templo, quòd pulchris Marc. 13. 1
 10 lapidibus ac donarijs ornatum esset, dixit: Hæc-
 11 cine spectatis? venient dies quibus non relinque-
 12 tur lapis super lapidem qui non destruat. In-
 13 terrogauerunt autem eum dicentes, Magister,
 14 quando hæcerunt? & quod signum, quando fu- Ephes. 6. 6
 15 turum est, vt ista fiant? Ipse verò dixit, Videte 2. Thess. 1. 3
 16 ne seducamini. multi enim venient in nomine
 17 meo, dicentes, Ego sum Christus: & tempus il-
 18 lud appropinquat, ne igitur sequimini eos.
 19 Quam verò audieritis bella & seditiones, ne ter-
 20 remini: oportet enim ista primùm fieri: sed
 21 non statim erit finis. Tunc dixit eis, Insurget
 22 gens in gentem, & regnum in regnum: Et ma-
 23 gni terræ motus erunt singulis locis, & fames ac
 24 pestilen-

pestilentia, & terribilia, & signa e caelo
 Magna erunt. Sed ante haec omnia iniicient
 vobis manus, & vos persequentur, tradentes in
 synagogas & carceres, ad ductos ad reges ac praesides,
 nominis mei causa. Haec autem cedent vobis testimonio.
 Habete igitur fixum in cordibus vestris, non esse praemeditandam
 defensionem. Ego enim dabo vobis os, & sapientiam
 cui non poterunt contradicere neque resistere omnes
 qui se vobis opponent. Prode mini autem etiam a parentibus
 & fratribus & cognatis & amicis: & morte multabunt
 quosdam ex vobis: Et eritis exosi omnibus propter nomen
 meum. Sed pilus capitis vestri non peribit. Per patientiam
 vestram possidete animas vestras. Quum autem videritis
 Hierusalem cingi ab exercitibus, tunc agnoscite appropinquare
 vastationem eius. Tunc qui in Iudaea sunt, fugiant
 in montes: & qui in medio eius excedant: & qui in agris,
 non ingrediantur in eam. Nam hi sunt dies ultionis,
 ut impleantur omnia quae scripta sunt. Vae autem
 ventre ferentibus & lactantibus in illis diebus,
 erit enim necessitas magna in hac regione, & ira in populo
 isto. Et cadent acie gladij, & captivi ducentur in omnes
 Gentes: & Hierusalem calcabitur a Gentibus usquequo
 impleantur tempora Gentium. Tunc erunt signa in sole
 & luna & sideribus: & in terra angustia Gentium
 in consiliis inopia, resonante mare & salo: Exanimatis
 hominibus pro timore & expectatione malorum
 inuadentium orbem terrarum. Nam potestates caelorum
 agitabuntur. Et tunc videbunt filium hominis
 venientem in nube cum potentia & gloria

Matth. 10. 19
 mar. 13. 9

Supra 12. 12
 matth. 10. 19
 mar. 13. 11

Matth. 10. 30
 Matt. 10. 22
 Matt. 24. 15
 marci 13. 14
 Dan. 9. 17

Ezech. 13. 10
 Ezech. 32. 7
 matth. 24. 29
 mar. 13. 24

- 28 gloria multa. Quum autem hæc fieri incipient,
 erigite & attollite capite vestra, quoniam ap- Rom. 3. 24
 29 propinquat redemptio vestra. ¶ Dixit etiam eis
 hanc parabolam, Videte ficum & omnes arbo-
 30 res: Quum iam emiserint folia, vos ea cernen-
 tes, per vos ipsos agnoscitis iam propè esse æsta-
 31 tem: Ita & vos quum videritis hæc fieri, agno-
 32 scite prope esse regnum Dei. Amen dico vobis,
 nequaquam præterierit hæc ætas quousque hæc
 33 omnia facta fuerint. Cælum & terra præter-
 ibunt, verba autem mea nequaquam præter- Rom. 15. 19
 34 ibunt. ¶ Cauete autem vobis ne quando grauen-
 rur corda vestra crapula & ebrietate & curis
 huius vitæ: & repenti vobis superueniat dies
 35 ille. Nam vt laqueus, inuadet in omnes qui ha-
 36 bitant in superficie totius terræ. Excubate igitur,
 omni tempore rogantes, vt digni habeami-
 ni qui effugiatis ista omnia quæ futura sunt, &
 37 consistatis coram Filio hominis. Doccebat au-
 tem interdiu in templo, noctu vero exiens di-
 38 uersabatur in monte qui vocatur Olearum. Et
 totus populus diluculo veniebat ad eum, vt e-
 um audiret in templo.

CAPVT XXII.

3. Iudas vendit Christum. 7. Pascha parant Aposto-
 li. 24. Contendunt de primatu. 30. A Sarana exper-
 tuntur. 35. Nihil illis deuisse ait Christus. 42. Orat in
 monte. 44. Sudat sanguinem. 50. Auriculam Malcho
 amputatam sanat. 57. 58. 60. Petrus ter Christum ab-
 negat. 63. Illuditur & cæditur Christus. 69. Fatetur se
 filium Dei.

- 1 Apropinquabat autem festum azymorum Matth. 16. 8
 2 quod dicitur Pascha: Et quærebant princi- mar. 14. 1
 pes Sacerdotum & Scribæ quomodo eum tol- Matth. 26. 14
 3 lerent à medio: timebant enim plebè, ¶ Introijt marc. 14. 10
 autem

autem Satanus in Iudam cognominatum Isca-
 rioten, qui erat è numero duodecim. Qui ab- 4
 iens colloquutus est cum principibus Sacerdo-
 tum ac præfectis templo, quomodo ipsis eum
 traderet, Qui gauisi sunt: ac pacti sunt se datu- 5
 ros ei pecuniam. Et ipse spondit: quare- 6
 batque opportunitatem, vt traderet eum ipsis
 absque turba. ¹ Venit autem dies azymorum, 7
 qua oportebat mactari pascha. Et misit Pe- 8
 trum & Iohannem, dicens, Profecti parate no-
 bis pascha vt vescamur. Ipsi verò dixerunt ei, 9
 Vbi vis paremus illud? At ille dixit eis, Ecce, 10
 postquam introieritis in urbem, occurret vobis
 quidam aquæ amphoram baiulans: sequimini
 eum domum in quam ingredietur: Et dicite 11
 patrifamiliæ edium, Dicit tibi magister, Vbi est
 diuersorium vbi pascha cum discipulis meis e-
 dam? Tunc ipse ostendet vobis cœnaculum 12
 magnum stratum: illic parate pascha. Profe- 13
 cti autem inuenerunt omnia prout dixerat eis:
 & parauerunt pascha. ² Quum igitur adesset 14
 constitutum illud tempus, discubuit, & duo-
 decim Apostoli cum eo. Et dixit eis, Desiderio 15
 desideravi hoc Pascha vesci vobiscum, antequam
 ego patiar. Dico enim vobis me non amplius 16
 comesturum ex eo, quo usque compleatur in re-
 gno Dei. Et accepto poculo, quum gratias e- 17
 gisset, dixit, Accipite hoc, & partimini vobis
 ipsis. Dico enim vobis me non bibiturum ex 18
 fructu vitis, vsquequo regnum Dei venerit. ³ Et 19
 accepto pane, quum gratias egisset, fregit: & de-
 dit eis, dicens, Hoc est corpus meum, quod pro
 vobis datur: hoc facite in mei recordationem.
 Itidem etiam dedit eis poculum, postquam cœ- 20
 nasset,

Matth. 26. 17
 marc. 14. 13

Matth. 26. 20
 marc 14. 18

Matth. 26. 26
 Marc. 14. 22
 1. Cor. 11. 24

- nasset, dicens, Hoc poculum, est Nouum illud
 testamentum per sanguinem meum, qui pro vo-
 21 bis effunditur. ² Veruntamen ecce, manus eius Matth. 26. 28
 22 qui me prodit, mecum est in mensa. Et filius mar. 14. 19
 quidem hominis ³ prout definitum est, vadit: loh. 13. 18.
 veruntamen ⁴ homini illi per quem proditur. Psal. 40. 11
 23 Tunc ipsi cœperunt mutuo querere inter se,
 24 quisnam esset ex ipsis qui hoc facturum esset. Or-
 ta est autem etiam contentio inter eos, quis eo-
 25 rum videretur esse maior. Ipse verò dixit eis,
¹ Reges gentium dominantur eis: & qui pote- Matth. 20. 25
 26 statem habent in eas, benefici vocantur. Vos mar. 10. 42
 autem non ita: sed qui maximus est inter vos,
 sit sicut qui minimus est: & qui princeps est,
 27 sicut qui ministrat. Nam vter maior est?
 qui accumbit, an qui ministrat? nonne
 qui accumbit? At ego sum in medio vestrum
 28 ut qui ministrat. Vos porrò ij estis qui per-
 29 mansistis mecum in tentationibus meis. Ego
 igitur pacifcor vobis, prout pactus est mihi Pa-
 30 ter meus, regnum, Ut edatis & bibatis in men- Matth. 19. 28
 sa mea in regno meo, ² & sedeat is super thronos,
 31 iudicantes duodecim tribus Israel. Dixit etiam 1. Pet. 5. 8
 Dominus, Simon, Simon, ecce, ³ Satanas appe-
 32 tijt vos, quos ventilaret sicut triticum: Sed ego
 rogavi pro te, ne deficiat fides tua: tu igitur a-
 33 liquando conuersus, confirma fratres tuos. Ipse
 verò dixit ei, Domine, tecum paratus sum & in Matth. 26. 34
 34 carcerem & ad mortem proficisci. ⁴ At ille di- marc. 14. 30
 xit, Dico tibi Petre, non mittet vocem hodie loh. 13. 38
 gallus priusquam ter neques me tibi notum esse.
 35 Dixit etiam eis, ⁵ Quando misi vos absque cru- Matth. 10. 9
 mena & pera & soleis, numquid defuit vobis?
 36 Ipsi verò dixerunt, Nihil. Dixit ergo eis, At

E. 2. 33. 12

Matth. 26. 35

mar. 14. 32

Iohan. 18. 1

Matth. 26. 11

mar. 14. 38

Matth. 26. 47

mar. 14. 43

Iohan. 18. 3

nunc qui crumenam habet, sumat eam, simili-
 ter & peram: & qui non habet, vendat pallium
 suum, & emat gladium. Dico enim vobis, adhuc
 oportere in me perfici scriptum illud, Et cum
 sceleratis numeratus est. Nā ea quæ scripta sunt
 de me, finem habent. At illi dixerunt, Domine,
 ecce duo gladij hīc. Ipse verò dixit eis, Satis est.
 Et egressus, profectus est ex more in montem
 Oliuarum: sequuti sunt autem eum etiam disci-
 puli eius. Quum verò peruenisset ad eū locum,
 dixit eis, Precamini ne intretis in tentationem.
 Tum ipse auulsus est ab eis quasi ad iactum la-
 pidis, positusq; genibus precatus est, Dicens Pa-
 ter, si vis, transfer poculum hoc à me: verumta-
 men non mea voluntas, sed tua fiat. Visus est
 autem ei Angelus è caelo corroborans eum. Et
 ipse constitutus in angore, intētius orabat. Erat
 autem sudor eius quasi grumi sanguinis descen-
 dentes in terram. Et quum surrexisset à preca-
 tione, venissetq; ad discipulos suos, inuenit eos
 dormientes præ tristitia. Et dixit eis, Quid dor-
 mitis? surgite, & precamini, ne introeatis in ten-
 tationem. Adhuc autem eo loquente, ecce
 turba, & is qui dicebatur Iudas, vnus è duode-
 cim, præibat eis, & appropinquauit Iesu vt of-
 cularetur eum. Iesus autem dixit ei, Iuda, oscu-
 lo Filium hominis prodis? Videntes autem
 ij qui circa ipsum erant, quod futurum erat, di-
 xerunt ei, Domine, percutiemusne gladio? Et
 quidam ex ipsis percussit seruum Pontificis ma-
 ximi, & abstulit auriculam eius dextram. Re-
 spondens autem Iesus dixit, Sinite hucusq;: Et
 tacta illius auricula, sanauit eum. Dixit autem
 Iesus eis qui ad ipsum venerant, nempe princi-
 pibus

- pibus sacerdotum, & præfectis templo, & senio-
 ribus, Ut aduersus latronem exiitis cum gla-
 53 dijs ac fustibus? Quum quotidie vobiscum fu-
 erim in templo, non extendistis manus in me:
 sed hæc est hora illa vestra, & potestas tenebra-
 54 rum. ² Comprehensum aut eum duxerunt, & Math. 26. 57
 introduxerunt domum Pontificis maximi. Pe- mar. 14. 53
 55 trus verò sequebatur procul. ³ Quumq; accen- lohan. 18. 24
 dissent ignem in medio aulae, atque vnâ conse- Matt. 26. 69
 56 dissent, sedit & Petrus inter eos. Quum verò marc. 14. 66
 eum vidisset ancilla quædam sedentem ad ignem lohan. 18. 26
 57 rat. Ipse autem abnegauit eum, dicens, Mu-
 58 lier, non noui eum. Et paulò post alius vi-
 dens eum, dixit, Et tu ex ipsis es. Petrus verò
 59 ait, Heus tu, non sum. Et interposita quasi ho-
 ra vna, alius quidam affirmabat, dicens, Verè &
 60 iste cum illo erat: etenim Galilæus est. Ait au-
 tem Petrus, Heus tu, nescio quid dicas. Et illico
 61 adhuc ipso loquente, vocem misit gallus. Tum
 conuersus Dominus intuitus est Petrum: &
 recordatus est Petrus sermonis Domini, quo-
 62 modo nimirum dixerat ipsi, ⁴ Priusquam gallus Math. 26. 34
 vocem miserit, ter me abnegabis. Et egressus lohan. 13. 13
 63 foras Petrus fleuit amarè. ⁵ At ij qui vnâ te- Matt. 26. 67
 64 nebant Iesum, ei illudebant, cadentes eum: Et mar. 14. 65
 quum eum obuoluissent, verberabant faciem
 eius, & interrogabant eum, dicens, Va-
 65 ticinare, quis sit, qui te percussit. Et alia
 66 multa conuitiantes dicebant in eum. ⁶ Et vt Matt. 27. 1
 ortus est dies, conuenit ordo seniorum popu- marc. 15. 1
 li, & principes sacerdotum & Scribæ, & addu- lohan. 18. 29
 67 xerunt eum in suum confessum, Dicentes,
 Num tu es ille Christus? dic nobis. Dixit autem

eis, Si vobis dixerō, nequaquam credetis: Quod si etiam interrogauerō, nequaquam respondebitis mihi, neque dimittetis. Ab hoc tempore erit Filius hominis sedēs ad dextram potentię Dei. Dixerunt autem omnes, Tu ergo es Filius Dei? Ipse verò dixit eis, Vos dicitis me esse. At illi dixerunt, Quid amplius egemus testimonio? Ipsi enim audiui mus ex ore ipsius.

CAPVT XXIII.

1. Accusatur coram Pilato. 7. Mittitur ad Herodem.
11. Illuditur. 24. Cupiditati Iudæorum exponitur a Pilato. 27. Mulieres plangunt eum. 32. Crucifigitur.
39. Conuiciatur vnus ex maleficis. 43. Alter fide ieruat.
45. Expirat Christus. 51. Sepeliuntur.

TVM surgens vniuersa multitudo eorum, duxit eum ad Pilatum. Cœperunt autem eum accusare, dicentes, Comperimus istum peruertere gentem, & vetare tributa dare Cæsari, quod dicat se Christum, id est, regem esse. Pilatus autem interrogauit eum, dicens, Tunc es rex Iudæorum? Ipse verò respondens ei, dixit, Tu dicis. Ait verò Pilatus ad principes sacerdotum & turbam, Nullam inuenio noxam in hoc homine. At illi inualescebant, dicentes, Concitat populum, docens per vniuersam Iudæam, exorsus à Galilæa huc vsque. Pilatus verò, audita Galilæa, interrogauit num Galilæus esset. Et quum cognouisset eum ad Herodis potestatem pertinere, remisit eum ad Herodem, qui & ipse Hierosolymis erat per eos dies. Herodes autem viso Iesu gauisus est valde. cupiebat enim à multo tempore eum videre, eo quod audiret multa de eo: & sperabat se signum aliquod

Matth. 22. 12
mar. 12. 17
Matth. 27. n
mar. 15. 2
loh. 18. 33

9 quod visurum ab eo fieri. Interrogauit autem
 eum multis sermonibus: sed ipse nihil ei respō-
 10 dit. Stabant autem principes sacerdotum &
 Scribæ magna contentione eum accusantes.
 11 Herodes autem cum militibus suis, quum eum
 pro nihilo habuisset, & illuisset ei, amictum ve-
 12 ste splendida remisit ad Pilatum. Et facti sunt
 amici inter sese Pilatus & Herodes eo ipso die:
 13 nam antea inimici erant inter se. Pilatus verò,
 conuocatis principibus sacerdotum & magi-
 14 stratibus ac populo, ^{Matth. 27. 23} Dixit eis, Obtulistis mi-
 hi hunc hominem, vt qui auertat populum: &
 15 ecce, ego in vestri conspectu quaestione habita,
 nullam noxam inueni in homine isto, ex ijs de
 16 quibus accusatis eum: Sed ne Herodes qui-
 dem: nam remisi vos ad illum, & ecce, nihil di-
 17 gnū morte factum est ab eo. Castigatum er-
 18 go eum dimittam. Necessè autem habebat di-
 19 mittere eis in festum vnum quempiam. Excla-
 mauit autem simul vniuersa turba, dicens, Tol-
 20 le hunc, dimitte verò nobis Barabbam. (Qui
 erat propter seditionem quandam & cædem fa-
 ctam in vrbe, coniectus in carcerem.) Rursus
 21 ergo Pilatus alloquutus est eos, volens dimit-
 tere Iesum. Ipsi verò reclamabāt, dicentes, Cru-
 22 cifige, crucifige eum. Ille autem tertio dixit eis,
 Quid enim iste mali fecit? nullam noxam ca-
 23 pitalem inueni in eo: castigatum ergo eum di-
 mittam. At illi instabant vocibus magnis, pe-
 24 tentes, vt crucifigeretur: & inualescebant voces
 eorum ac principum sacerdotum. Tum Pila-
 25 tus iudicauit, vt fieret quod ipsi petebant. Di-
 misit autem eis illum qui propter seditionem &
 cædem coniectus fuerat in carcerem, quem pe-
 tierant:

Matt. 27. 31
 marc. 15. 21

Esa. 2. 19
 Osee 16. 8
 Apoc. 6. 16
 2. Pet. 4. 17
 Matth. 27. 32
 marc. 15. 27
 Iohann. 19. 18

fierant: Iesum verò tradidit eorum cupiditatē.
 Quum igitur abducerent eum, prehensio Si- 26
 mone quodam Cyrenæo, qui veniebat rure, in-
 posuerunt ei crucem ferendam ponē Iesum. Se- 27
 quebatur autem eum magna multitudo popu-
 li & mulierum: quæ & plangebant & lamenta-
 bantur eum. Conuersus autem ad eas Iesus di- 28
 xit, Filiæ Hierusalem, ne flete super me, verum
 super vobisipsis flete, & super liberis vestris:
 Nam ecce, venient dies quibus dicent, Beata ste- 29
 riles, & vteri qui non genuerunt, & vbera quæ
 non lactauerunt. Tum incipient dicere mon- 30
 tibz, Cadite super nos: & collibus, Operite
 nos. Nam si in virente ligno ista faciunt, 31
 in arido quid fiet? Ducebantur autem etiam 32
 alij duo malefici, vt cum eo necarentur. Quum 33
 igitur venissent in locum qui vocatur Calua-
 ria, illic crucifixerunt eum, & maleficos: vnū
 ad dextram, alterum ad sinistram. Iesus 34
 autem dicebat, Pater, remitte eis: nesciunt e-
 nim quid faciunt. Partientes verò vestimenta
 eius, iecerunt sortem. Et stabat populus spe- 35
 ctans: sannis autem excipiebant eum etiam
 primores cum eis, dicentes, Alios seruaui,
 seruet seipsum, si hic est ille Christus Dei ele- 36
 ctus. Illudebant autem etiam ei milites acce- 36
 dentes, & acetum ei offerentes, Dicentes. 37
 que, Si tu es Rex ille Iudæorum, serua temet-
 ipsum. Erat autem etiam inscriptio scripta 38
 super eum literis Græcis & Romanis & Hebrai-
 cis, HIC EST REX ILLE IUD- 38
 AEORVM. ¶ Vnus autem ex male- 39
 ficis qui erant suspensi, conuiciabatur ei, di-
 tens, Si tu es Christus ille, serua teipsum & nos.
 Respon-

- 40 Respondens autem aster obiurgauit eum, dicens, Ne Deum quidem times, quod in eadem sis damnatione? Et nos quidem iuste: nam digna factis recipimus: iste vero nihil insolens fecit. Dixitque Iesu, Domine, memento mei quum veneris in regnum tuum.
- 43 Tum dixit ei Iesus, Amen dico tibi, hodie mecum eris in Paradiso. Erat autem quasi hora sexta, & tenebrae factae sunt super rotam regionem vsque ad horam nonam. Et obscuratus est sol, & aulaeum templi fissum est medium. Quumque clamasset voce magna Iesus, ait, Pater in manus tuas depono spiritum meum. Et quum haec dixisset, exspirauit. Quum vidisset autem Centurio quod factum fuerat, glorificauit Deum, dicens, Verè hic homo iustus erat. Et omnis turba quae simul ad hoc spectandum accesserat, spectans quae facta fuerant, verberans pectora sua reuer-tebatur. Stabant autem omnes noti eius procul, & mulieres quae erant eum consequutae à Galilaea, videntes ista. Tum ecce vir nomine Ioseph, senator, vir bonus ac iustus: (Qui non suffragatus fuerat consilio ac facto eorum) ex Arimathæa ciuitate Iudaeorum: qui etiam expectabat & ipse regnum Dei: Hic, inquam, adiens Pilatum, petijt corpus Iesu. Et detractum inuoluit sindone, posuitque illud in monumento, quod erat ex lapide excisum, in quo nondum quisquam positus fuerat. Porro dies erat Parasceues, & Sabbathi dies succedebat. Subsequentæ etiam mulieres quae cum eo venerant ex Galilæa, spectarunt monumentum, & quomodo positum esset corpus eius.

Psal. 31. 6

Matth. 27. 57

mar. 15. 43

Iohan. 39. 38

Reuerſe verò parauerunt aromata & vnguenta: 56
ac Sabbatho quidem quieuerunt ſecundum
mandatum.

CAPVT XXIII.

1. Mulieres ad monumentum acceſſunt. 9. Quæ ab An-
gelis acceperunt, Apoſtoliſ nuntia it. 13. Duo^{us} eun-
tibus in Emmaus adiungit ſe Chriſtus. 27. Interpreta-
tur illiſ Scripturas. 39. Contrectandum ſe præbet Apo-
ſtoliſ. 49. Promittit Spiritum ſanctum. 51. Surium ſer-
tur in cælum.

Marc. 16. 1
Iohan. 20. 1

Supra 9. 22
Matth. 17. 23
Mar. 9. 31

Iohan. 20. 6

PRimo autem die hebdomadiſ, profundo di- 6
luculo venerunt ad monumentum, ferentes
quæ parauerant aromata: & nonnullæ cum
iſiſ. Inuenerunt autem lapidem deuolutum à
monimento: Et ingreſſæ non inuenerunt
corpus Domini Ieſu. Et factum eſt dum con- 4
ſternatæ in ea re hæſitarent, ecce duo viri ſuper-
tenerunt eiſ, induti veſtibus fulgurantibus:
Quum autem expauefactæ inclinarent faciem 5
in terram, dixerunt eiſ, Quid inter mortuos qua-
riritis eum qui viuit? Non eſt hîc, ſed ſurrexit, 6
mementote, vt ſ^o loquutus ſit vobiſ, quum ad-
huc in Galilæa eſſet, Dicens, Oportet Filium 7
hominis tradi in manus hominum peccatorum,
& crucifigi: & die tertio reſurgere. Recordatæ 8
ſunt igitur verborum illiuſ. Et reuerſæ à 9
monimento annuntiauerunt hæc omnia illiſ
vndecim, & reliquiſ omnibuſ. Maria autem 10
Magdalene & Iohanna, & Maria Iacobi mater,
& reliquæ cum eiſ erant, quæ hæc dicebant A-
poſtoliſ. Sed viſa ſunt apud eoſ quaſi delira- 11
mentum verba earum, neque crediderunt eiſ.
Petrus autem ſurgens cucurrit ad monumen- 12
tum: & quum introſpexiſſet, vidit lintea ſola
illiſ

illic iacentia: abiitque, apud semetipsum mirans
 13 hoc factum. ¶ Et ecce, duo ex ijs ibant eo ipso Marc. 16. 12
 die in vicum distantem stadijs sexaginta ab
 14 Hierusalem, cui vico nomen est Emmaus: Et
 colloquebantur inter se de ijs omnibus quæ eue
 15 nerant. Et factum est dum colloquerentur,
 & se mutuo rogarent, ipse Iesus accessit, & vna
 16 iter faciebat cum ipsis. Oculi autem eorum te-
 17 nebantur ne cum agnoscerent. Dixit autem
 eis, Qui sunt hi sermones quos confertis inter
 18 vos ambulantes, & quid estis tetrico vultu? Re-
 spondens autem alter cui nomen Cleopas, dixit
 ei, Tu solus commoraris in vrbe Hierusalem, &
 19 ignoras quæ in ea facta sunt his diebus? Ipse ve-
 ro dixit eis, Quæ? At illi dixerunt ei, Quæ facta
 sunt Iesu Nazareno, qui fuit Propheta, potens
 operibus & sermonibus coram Deo & toto po-
 20 pulo. Et quomodo eum tradiderunt principes
 Sacerdotum & magistratus nostri, vt morte
 21 damnaretur, & crucifixerunt eum. Nos autem
 sperabamus illum esse qui redempturus esset
 Israel: atqui præter hæc omnia, tertium hunc di-
 22 em agit hodie ex quo hæc facta sunt. Sed & mu-
 lieres quædam ex nobis obstupescerunt nos,
 23 quæ diluculo venerunt ad monumentum. Et
 non inuento eius corpore venerunt, dicentes se
 etiam visionem Angelorum vidisse, qui dicunt
 24 cum viuere. Et abierunt quidam eorum qui e-
 rant nobiscum, ad monumentum, & ita inue-
 nerunt prout mulieres dixerant: ipsum vero
 25 non viderunt. Tum ipse dixit eis, O amentes
 & tardi corde ad credendum omnibus quæ lo-
 26 quuti sunt Propheta. Nonne hæc oportuit
 pati Christum, & introire in gloriam suam?

Et exorsus à Mose & omnibus Prophetis, inter-²⁷
 pretabatur illis in omnib. Scripturis quę de ipso
 scripta erant. Appropinquarent autem vico²⁸
 in quem proficiscebantur : & ipse fingebat se
 longius ire. Sed ipsi adegerunt eum, dicentes²⁹
 Mane nobiscum : quoniam advesperascit, & in-
 clinavit dies. Ingressus est igitur, ut maneret
 cum eis. Et factum est quum accubuisset cum³⁰
 eis, sumpto pane benedixit, & fractum dedit eis.
 Adaperiti sunt autem oculi eorum, & agnove-³¹
 runt eum : sed ipse ablatuſ est ex eorum conspe-
 ctu. Tū inter se dixerunt, Nonne cor nostrum³²
 ardebat in nobis dum loqueretur nobis in via,
 & quum adaperiret nobis Scripturas ? Et sur-³³
 gentes eo ipso momento, reuersi sunt in Hieru-
 salem, & inuenerunt congregatos vndecim, &
 eos qui cum ipsis erant, Dicentes, Surrexit Do-³⁴
 minus verè, & conspectus est Simoni. Tum ipsi³⁵
 exposuerunt quę gesta erant in via, & ut fuerat
 agnitus ab ipsis in fractione panis. ^{Math. 16. 14} ^{Iohan. 20. 19} Hęc autem³⁶
 ipsis loquentibus, stetit ipse Iesus in medio eo-
 rum, & dixit eis, Pax vobis. Territi verò illi &³⁷
 expauesacti putabant se spiritum conspicerē.
 Tum dixit eis, Quid turbati estis, & quare dis-³⁸
 ceptiones subeunt corda vestra ? Videte ma-³⁹
 nus meas & pedes meos : nam ego ipse sum. con-
 trectate me, & videte : nam spiritus carnem &
 ossa non habet, prout me conspicitis habere. Et⁴⁰
 quum hęc dixisset, ostendit eis manus ac pedes.
 Adhuc autem ipsis non credentibus præ gaudio,⁴¹
 & mirantibus, dixit eis, Habetis hęc esculentum
 aliquod ? Tum ipsi dederunt ei partem piscis⁴²
 assi, & aliquid ex fauo apiario. Quę ille acce-⁴³
 pit, & in eorum conspectu comedit. Dixitq; eis,⁴⁴
 Hi

- Hi sunt sermones quos locutus sum vobis, quæ
 adhuc essẽm vobiscum, oportere impleri omnia
 qua scripta sunt in Lege Moysi, & Prophetis, &
 45 Psalmis, de me. Tunc aperuit eorum mentem,
 46 vt intelligerent Scripturas: Et dixit eis, Ita scri-
 ptum est, & ita oportuit Christum pati, & re-
 47 surgere à mortuis tertio die: Et predicari in
 eius nomine respicientiam ac remissionem pec-
 catorum apud omnes Gentes, incipiendo ab
 48 Hierusalem. Vos autem estis horum testes.
 49 Et ecce, ego mittam promissum Patris mei su-
 per vos: vos autem manete in vrbe Hierusalem
 50 vsquequo induamini virtute ex alto. Eduxit
 autem eos foras Bethaniam vsque: & sublatis
 51 manibus suis, benedixit eis. Et factum est,
 dum ipse benediceret eis, disiunctus ab eis sur-
 52 sum ferebatur in cælum. Ipsi autem adorato
 eo reuersi sunt in Hierusalem cum gaudio
 53 magno. Erantque semper in templo,
 laudantes & benedicen-
 tes Deum.

Iohan. 15. 16
 Actor. 1. 9

Marc. 19. 19
 Actor. 1. 9



EVANGELIVM

SECUNDVM IO-

HANNEM.

CAPVT I.

1. Sermo ille ante seculū ex Deo genitus. 2. & qui semper apud Patrem residebat. 14. Homo factus est. 6. 7. Iohannes quorsum a Deo missus. 16. Concio ipsius de officio Christi. 19. 20. Testimonium eiusdem Sacerdotibus redditum. 40. Andreæ vocatio. 42. Petri: 43. Philippi: 45. Nathanaelis.

IN principio erat Sermo ille, & Sermo ille erat apud Deum, eratque ille Sermo, Deus. Hic Sermo erat in principio apud Deum. ¹ Omnia per hunc Sermonem facta sunt, & absque eo factum est nihil quod factum sit. In ipso vita erat, & vita erat Lux illa hominum: Et Lux ista in tenebris lucet, sed tenebræ eam non comprehenderunt. ² Fuit quidam missus à Deo, cui nomen Iohannes: Is venit ad dandum testimonium, id est, ut testaretur de Luce, ut omnes per eum crederent. Non erat ille Lux illa, sed missus fuit, ut testaretur de illa Luce. Hic erat Lux illa vera quæ illuminat omnem hominem venientem in mundum. In mundo erat, & in mundo ³ per eum factus est: sed mundus eum non agnouit. Ad suos venit, & sui eum non acceperunt. Quotquot autem eum acceperunt, dedit eis hanc dignitatem, ut filij Dei fierent, nempe, ijs qui credunt in nomen eius: Qui non ex sanguine, neque ex libidine carnis, neque ex libidine viri, sed ex Deo geniti sunt. ⁴ Et Sermo ille caro factus est: & commoratus est inter

Coloss. i. i6

Matth. 3. i
Marc. 1. 28
Luc. 3. 2

Heb. ii. 4

Matth. 1. 16
Luc. 2. 7

1 inter nos, (& ¹ spectauimus gloriam eius, glori- Matth. 17. 2
 2 am inquam, vt vnigeniti egressi à Patre) plenus 2. Pct. 1. 17
 3 gratia ac veritatis. Iohannes testatus est de eo,
 4 & clamauit, dicens, Hic est de quo dicebam, Is
 5 qui ponè me venit, prælatus est mihi: quia præ-
 6 stantior me est. ² Et ex plenitudine ipsius o- Coloss. 1. 19,
 7 mnes accepimus, & gratiam pro gratia. Nam & 2. 9
 8 Lex per Mosen data est, gratia & veritas per Ie-
 9 sum Christum extitit. ³ Deum nemo vidit vn- 1. Iohan. 4. 12
 10 quam, vnigenitus ille Filius qui est in sinu Pa- 1. Tim. 6. 16
 11 tris, ille nobis exposuit. Et hoc est testimoni-
 12 um Iohannis, quando miserunt Iudæi ab Hie-
 13 rosolymis sacerdotes & Leuitas, vt interroga-
 14 rent eum, Tu quis es? Et confessus est, neque
 15 negauit: confessus est, inquam, se non esse Chri-
 16 stum illum. Tunc interrogauerunt eum, Quid
 17 ergo es? Tunc es Elias? Ipse verò dixit, Non sum.
 18 Et illi, Es tu Propheta ille? Qui respòdit, Non.
 19 Dixerunt ergo ei, Quis es? vt responsum demus
 20 ijs qui miserunt nos: quid dicis de teipso? Ait,
 21 Ego sum vox clamantis in deserto, ⁴ Comple- Es. 40. 3
 22 nate viam Domini, prout dixit Esaias Prophe- Matth. 3. 3
 23 ta. Porro qui misi fuerant, erant ex Pharisa- Luc. 3. 4
 24 is: Et interrogauerunt eum, ac dixerunt ei, Cur
 25 ergo baptizas, si tu non es Christus, neq; Elias,
 26 neque Propheta ille? Respondit ei Iohannes,
 27 dicens, Ego baptizo aqua, sed in medio vestrum
 28 stat, quem vos nescitis: ⁵ Hic ille est qui ponè Matth. 3. 11
 29 me venit, qui prælatus est mihi, cuius solearum Mar. 1. 7
 30 ego non sum dignus, vt soluã corrigiam. Hęc in Luc. 3. 16
 Bethabara facta sunt trans Iordanem, vbi Io- Act. 1. 5, &
 hannes baptizabat. ¶ Postero die videt Iohan- 11. 16. & 19. 4
 nes Iesum venientem ad se, & ait, Ecce agnus il-
 le Dei, qui tollit peccatum mundi. Hic est, de
 quo

Matth. 3. 16
 Marc. 1. 10
 Luc. 3. 22

quo dicebam, Ponè me venit vir qui presatus
 est mihi: quia præstantior me est. Et ego non 35
 noueram eum: sed vt manifestus fiat Israeli,
 propterea veni ego baptizans aqua: Tum, in- 36
 quam, testatus est Iohannes, dicens, ² Conspexi
 Spiritum descendentem quasi columbam de
 celo, qui etiam mansit super eum. Et ego non 37
 noueram eum: sed qui misit me, vt baptizarem
 aqua, ille mihi dixerat, Super quem videris
 Spiritum descendentem ac manentem super
 eum, hic est qui baptizat Spiritu sancto. Ego 38
 igitur vidi, & testor hunc esse Filium illum Dei.
 Postero die iterum stabat Iohannes, & ex di- 35
 scipulis eius duo: Et intuitus Iesum ambu- 36
 lantem, dixit, Ecce agnus ille Dei: Audierunt 37
 autem eum duo illi discipuli loquentem, & se-
 quuti sunt Iesum. Conuersus verò Iesus, & 38
 conspiciatus eos sequentes se, dicit eis, Quid 39
 quæritis? Illi verò dixerunt ei, Rabbi (quod
 dicitur, si interpreteris, Magister) vbi moraris?
 Dicit eis, Venite & videte. Venerunt vide- 40
 runtque vbi moraretur: & apud eum manse-
 runt die illo: hora enim erat quasi decima. Erat 41
 Andreas fratres Simonis Petri, vnus ex duobus
 qui audierant illa ex Iohanne, & sequuti fuerant
 eum: Inuenit hic prior fratrem suum Simo- 42
 nem, & dixit ei, Inuenimus Messiam, quod est,
 si interpreteris, Christus. Et adduxit eum ad 43
 Iesum. Intuitus autem eum Iesus dixit, Tu es
 Simon filius Iona, ² tu vocaberis Cephas, quod
 declaratur Petra. Postero die voluit Iesus ab- 44
 ire in Galilæam: inuenit autem Philippum, &
 dixit ei, Sequere me. Erat verò Philippus ex 45
 Bethsaida, ciuitate Andrea & Petri. Inuenit 46
 Phi-

Matth. 16. 18

Philippus Nathanaelem, & dicit ei, Inuenimus
 illum de quo scripsit ¹ Moses in Lege, & ² Pro-
 pheta, nempe Iesum Filium Ioseph illum Naza-
 47 renum. Tum dixit ei Nathanael, A Nazareth
 potest aliquid boni esse? Dicit ei Philippus,
 48 Veni & vide. Vidit Iesus Nathanaelem veni-
 entem ad se, & dixit de eo, Ecce verè Israelita in-
 49 quo dolus non est. Dicit ei Nathanael, Vnde
 me nosti? Respondit Iesus, & dixit ei, Prius-
 quam te Philippus vocaret, quum esset sub ficu,
 50 videbam te. Respondit Nathanael, & dixit ei,
 Rabbi: tu es ille Filius Dei, tu es ille Rex Isra-
 51 el. Respondit Iesus, & dixit ei, Quia dixi tibi,
 Vidi te sub ficu, credis? maiora his videbis.
 52 Præterea dixit ei, Amen, amen dico vobis, De-
 inceps videbitis caelum apertum, & Angelos
 Dei ascendentes ac descendentes super Filium
 hominis,

CAPVT II.

1. Christus aquam in vinum mutatam, 11. Facit signor-
 um suorum principium. 12. Capernaum descendit 13.
 Hinc Hierosolymam ascendit. 15. & mercatum e tem-
 plo cecit. 16. Templum, nempe corpus suum, soluens
 dum a Iudæis prædicat. 22. Multi credunt in eum o-
 signa quæ edebat.

1 **P**ORRò die tertio nuptiæ factæ sunt in Cana
 oppido Galiliæ: eratque mater Iesu illic.
 2 Vocatus est autem etiam Iesus ac discipuli eius
 3 ad nuptias. Et quum defecisset vinum, mater
 4 Iesu dixit ei, Vinum non habent. Dicit ei Ie-
 5 sus, Quid mihi tecum, mulier? nondum venit
 hora mea. Dicit eius mater ministris, Quod-
 6 cunque dixerit vobis, facite. Erant au-
 tem ibi lapideæ hydriæ sex positæ secun-
 dum

dum purificationem Iudæorum, capientes sin-
 pulæ amphoras binas aut ternas. Dicit eis Ie-
 sus, Implete has hydrias aqua. Impluerunt eas
 igitur vsque ad summum. Tunc dicit eis, Hau-
 8 rite nunc, & offerite architriclino. Obtulerunt
 igitur. Vt autem gustauit architriclinus a-
 9 quam illam quæ facta fuerat vinum, (nesciebat
 aut vnde esset: sed ministri sciebāt, qui hauserāt
 aquam) vocat sponsum architriclinus, Et di-
 cit ei, Omnes primo loco bonum vinum appo-
 nunt, & quum conuiuæ sitim expleuerint, tunc
 id quod deterius est: tu seruasti bonum vinum
 vsque adhuc. Hoc initium signorum fecit Ie-
 sus in Cana oppido Galilææ, & manifestam fe-
 cit gloriam suam: & crediderunt in eum disci-
 10 puli eius. ¶ Postea descendit Capernaum, ipse
 & mater, & fratres & discipuli eius: manserunt
 11 que illic non multos dies: Nam propè erat
 pascha Iudæorum, Ascendit igitur Iesus Hiero-
 solymam. Et inuenit in templo venditores bo-
 12 um & ouium & columbarum, & numularios
 sedentes: Facto que flagello è funiculis, omnes
 13 eiecit è templo, & oues & boues: & argenta-
 riorum numulos effudit, mensasque subuertit.
 Et columbarum vèditoribus dixit, Tollite hinc
 14 ista: ne facite domum Patris mei, domum mer-
 catus. Recordati sunt autem eius discipuli, scri-
 15 ptum esse, ¹ Zelus domus tuæ deuorauit me.
 Respoderunt ergo Iudæi, & dixerunt ei, Quod
 16 signum ostendis nobis, vt ista facias? Respon-
 dit Iesus, & dixit eis, ² Destruite templum hoc,
 & tribus diebus erigam illud. Dixerunt ergo
 17 Iudæi, Quadraginta & sex annis ædificatum est
 18 templum istud, & tu tribus diebus illud eriges?
 At

Psal. 69. 10

Matt. 26. 61,
 & 27. 40,
 marc. 14. 58,
 & 15. 19

- 21 At ille loquebatur de templo corporis sui. Quā
 22 ergo surrexisset à mortuis, recordati sunt disci-
 23 puli eius quòd hoc dixisset eis: & crediderunt
 Scripturæ & sermoni quem Iesus dixerat.
 24 ¶ Quum autem esset Hierosolymis in pascha die
 festo, multi crediderunt in nomen eius, conspi-
 25 cientes signa quæ edebat. Ipse autem Iesus non
 credebat eis semetipsum, eo quòd nosset omnes:
 26 Nec opus esset vt quisquam ei testaretur de ho-
 mine: ipse enim sciebat quid esset in homine.

C A P V T III.

1. Christus Nicodemum ab ipsis fundamentis Chris-
 tianæ regenerationis instituit. 14. Serpens in deserto.
 23. Iohannes baptizat. 27. & suos docet se non esse
 Christum.

- 1 ERat autem quidam ex Phariseis cui nomen
 erat Nicodemo, ex primoribus Iudæorum.
 2 Hic venit ad Iesum nocte, & dixit ei, Rabbi, sci-
 mus te à Deo venisse magistrum: nemo enim
 potest hæc signa edere, quæ tu edis, nisi Deus sis
 3 cum eo. Respondit Iesus, & dixit ei, Amen, a-
 mē dico tibi, nisi quis fuerit genitus denuo, non
 4 potest videre regnum Dei. Dixit ei Nicodemus,
 Quomodo potest homo gigni qui sit senex? nū
 potest in vterum matris suæ secundò introire,
 5 ac gigni? Respondit Iesus, Amen, amen dico
 tibi, nisi quis fuerit genitus ex aqua & Spiritu,
 6 non potest introire in regnum Dei. Quod ge-
 nitum est ex carne, caro est. & quod genitum est
 7 ex Spiritu, spiritus est. Ne mireris me dixisse ti-
 8 bi, Oportet vos gigni denuo. Ventus quò vult,
 spirat: & sonum eius audis, sed nescis vnde ve-
 niat & quò vadat: ita est quisquis genitus est &
 Spiritu.

Spiritu. Respondit Nicodemus, & dixit ei, ⁹
 Quomodo possunt hæc fieri? Respondit Ie- ¹⁰
 sus, & dixit ei, Tu es magister Israelis, & hæc
 non nosti? Amen, amen dico tibi, quod scimus ¹¹
 loquimur, & quod vidimus testamur: sed testi-
 monium nostrum non recipitis. Si terrena ¹²
 dixi vobis, & non creditis: quomodo, si dixe-
 ro vobis caelestia, creditis? Nullus enim ascen- ¹³
 dit in cælum, nisi qui descendit è cælo, nempe
 Filius hominis qui est in cælo. ¹⁴ Prout au- ¹⁴
 tem Moses extulit serpentem in deserto, ita
 extolli oportet Filium hominis: Ut quis- ¹⁵
 quis credit in eum, non pereat: sed habeat vi-
 tam æternam. ¹⁶ Ita enim Deus dilexit mundum, ¹⁶
 ut Filium suum vnigenitum dederit, ut quis-
 quis credit in eum, non pereat, sed habeat vitam
 æternam. ¹⁷ Non enim misit Deus Filium suum ¹⁷
 in mundum, ut condemnet mundum, sed ut ser-
 uetur mundus per eum. Qui credit in eum, ¹⁸
 non condemnatur: qui verò non credit, iam
 condemnatus est: quia non credidit in nomen
 vnigeniti Filij Dei. Hæc est autem condem- ¹⁹
 natio, ¹⁹ quòd Lux venit in mundum, sed dilixe-
 runt homines potiùs tenebras quàm Lucem,
 quia sunt eorum mala opera. Quisquis enim ²⁰
 peruerse agit, odit lucem: nec venit ad lucem, ne
 arguatur opera ipsius. Qui verò sincerè agit, ve- ²¹
 nit ad lucem, ut manifesta fiât facta ipsius, quòd
 secundum Deum facta sint. Postea venit Iesus, ²²
 & discipuli eius in Iudææ territorium: & illic
 degebat cum eis, & baptizabat. Baptizabat ²³
 autem etiam Iohannes in AEnon prope Salim,
 quoniam aquæ multæ erant illic: & veniebant
 ac baptizabantur. Nondum enim coniectus ²⁴
 fuerat

Infra 12. 32
 Num. 21. 9

i. Iohan. 4. 9

Infra. 9. 39,
 & 22. 47

Supra 1. 9

Infra 4. 1

- 25 fuerat Iohannes in carcere. Orta est igitur que-
 stio quibusdam ex discipulis Iohannis cum Iu-
 26 daeis de purgatione. Veneruntq; ad Iohannem,
 & dixerunt ei, Rabbi, is qui tecum erat trans
 Iordanem, cui tu testimonium dedisti, ecce Supr. 1. 27. 34
 27 baptizat, & omnes veniunt ad eum. Respondit
 Iohannes & dixit, Homo non potest recipere
 28 quicquam nisi fuerit ei datum è celo. Vos ipsi
 mihi testes estis me dixisse, Non sum ego Chri- Supra, 1. 20
 stus, sed missus sum qui apparerem coram eo.
 29 Qui habet sponsam, sponsus est: amicus autem
 sponsi, qui stat & audit eum, gaudio gaudet
 propter vocem sponsi. hoc ergo gaudium me-
 30 um impletum est. Illum oportet crescere, me
 31 verò minui. Qui supernè venit, supra omnes
 est: qui è terra est, terrenus est, & terrena loqui-
 32 tur: qui è celo venit, supra omnes est. Et quod
 33 vidit & audiuit, hoc testatur: sed testimonium
 eius nemo recipit. Qui recipit eius testimoni-
 24 um, is obsignavit quòd Deus verax sit. Nam Rom. 3. 4
 is quem misit Deus, verba Dei loquitur. non
 35 enim huic admetitur Deus spiritum. Pater di-
 ligit Filium, & omnia dedit in manum eius. Matth. 11. 27
 36 Qui credit in Filium, habet vitam æternam: Habac. 2. 4
 qui verò non credit Filio, non videbit vitam, sed 1. Iohan. 5. 10
 ira Dei manet super eum.

CAPVT III.

6. Iesus fatigatus potum petit a muliere Samaritana.
 21. Veram adorationem docet. 26. Fateretur se esse Mes-
 siam. 32. Cibis ipsius. 39. Samaritanam credunt in eum.
 46. Regis filium sanat.

¶ **V**T ergo cognouit dominus Phariseos audif-
 se ipsum plures discipulos facere & bapti- Supr. 3. 33
 3 zare, quàm Iohannem: (Quantum Iesus ipse
 P 2 non

Gen. 33. 19,
& 48. 22
Iofue 24. 32

non baptizabat, sed discipuli eius.) Reliquit 3
Iudæam: & abiit rursus in Galilæam. Opor- 4
tebat autem eum transire per Samariam. Venit 5
ergo in urbem Samarie quæ dicitur Sichar, iux-
ta prædium quod dedit 2 Jacob Iosepho filio
suo. Erat autem ibi fons Jacob: Iesus ergo sa- 6
tigatus ex itinere, ita sedit ad fontem. hora e-
nim erat quasi sexta. Venit mulier Samarita- 7
na, vt hauriret aquam: dicit ei Iesus, Da mihi
potum. Nam discipuli eius abierant in urbem, 8
vt cibos emerent. Dicit ergo ei mulier illa Sa- 9
maritana, Quomodo tu, Iudæus quum sis, po-
tum à me poscis, quæ sum mulier Samaritana?
non enim vtuntur Iudæi Samaritanis. Respon- 10
dit Iesus, & dixit ei, Si scires donum illud Dei,
& quis sit, qui dicit tibi, Da mihi potum: tu pe-
tisses ab eo, & dedisset tibi aquam viuam. Di- 11
cit ei mulier, Domine, neque quo haurias habes,
& puteus profundus est: vnde ergo habes aquã
illam viuam? Num tu maior es patre nostro 12
Jacob, qui dedit nobis hunc puteum, ex quo ipse
bibit, & filij eius, & eius pecora? Respondit 13
Iesus & dixit ei, Quisquis bibit ex aqua ista,
siet rursus: Quisquis autem biberit ex aqua 14
illa, quæ ego ei dabo, non siet in æternum:
sed aqua illa quam ego dabo ei, siet in eo fons a-
quæ salientis in vitam æternam. Dicit ei mu- 15
lier, Domine, da mihi aquam istam, vt non siti-
am, neque veniam huc ad hauriendum. Dicit 16
Iesus, Vade, voca virum tuum, & veni huc. Re- 17
spondit mulier & dixit ei, Non habeo virum.
Dicit ei Iesus, Bene dixisti, Non habeo virum.
Quinque enim viros habuisti, & nunc quem 18
habes, non est tuus vir. hoc verè dixisti. Dicit 19
ei mu-

- ei mulier, Domine, video te Prophetam esse.
- 20 Patres nostri in hoc monte adorauerunt: & vos dicitis ^{Deut. 12.6} Hierosolymis esse locum illum, ubi oportet adorare. Dicit ei Iesus, Mulier, crede mihi, venit hora quando neque in monte hoc, neque Hierosolymis adorabitis Patrem. ^{2. Reg. 17.29} Vos adoratis quod scimus: quia salus ex Iudais est. Sed venit hora, & nunc est, quum veri adoratores adorabunt Patrem Spiritu ac veritate: etenim Pater tales querit qui ipsum adorent. ^{1. Cor. 3.17} Deus est Spiritus: & qui adorant eum, oportet ut Spiritu ac veritate adorent. Dicit ei Mulier, Scio Messiam venturum, qui dicitur Christus: quum venerit ille, nobis annuntiabit omnia. Dicit ei Iesus, Ego is sum, qui loquor tibi. Interea autem venerunt eius discipuli, & mirati sunt quod cum muliere loqueretur: nemo tamen dixit, Quid queris? aut, quid loqueris cum ea? Reliquit ergo hydriam suam mulier, & abiit in urbem, dixitque eius loci hominibus, Venite, videte hominem, qui dixit mihi quaecunque feci: num iste est Christus? Exierunt ergo ex vrbe, & venerunt ad eum. Interim autem rogabant eum discipuli, dicentes, Rabbi, comede. Ille autem dixit eis, Ego cibum habeo quo vescar, quem vos nescitis. Dicebant ergo discipuli alij ad alios, Num quis attulit ei quo vescatur? Dicit eis Iesus, Esca mea est exequi voluntatem eius qui misit me, & perficere ipsius opus. Nonne vos dicitis, Adhuc quadrimestre spatium superest, & messis aderit? ^{Matth. 9.37} Ecce, dico vobis, attollite oculos vestros, & spectate regiones: nam albae iam ^{Luc. 10.2} sunt ad messem. Porro qui metit, mercedem acci-

accipit, & cogit fructum in vitam aeternam: ut
 & qui seminat, simul gaudet, & qui metit.
 Nam in hoc dictum illud verum est, Alius est qui
 seminat, & alius qui metit. Ego misi vos ad id
 metendum, in quo vos non laborastis? alij labo-
 rauerunt, & vos in labores eorum introistis. Ex
 urbe autem illa multi Samaritanorum credide-
 runt in eum propter sermonem mulieris, te-
 stantis eum ipsi dixisse quaecunque ipsa fecerat.
 Quum ergo venissent ad eum Samaritani, ro-
 garunt eum, ut apud ipsos maneret: & mansit
 ibi duos dies. Ac multo plures crediderunt
 propter sermonem ipsius. Et mulieri dicebant,
 Non amplius propter tuos sermones credimus:
 ipsi enim audiimus, & scimus hunc esse verum
 Seruatorem illum mundi, Christum. ¶ Duo-
 bus autem post diebus exiit inde, & abiit in Ga-
 lilaeam. Ipse enim Iesus testatus fuerat, Pro-
 phetam in sua patria honorem non habere.
 Quum ergo venisset in Galilaam, exceperunt
 eum Galilaei, quum omnia vidissent quae fecerat
 Hierosolymis die festo. nam & ipsi venerant ad
 diem festum. Venit igitur Iesus rursus Ca-
 na oppidum Galilaeae, ubi fecerat ex aqua vinum.
 Erat autem in Capernaum regius quidam, cuius
 filius aegrotabat. Is quum audisset Iesum
 venisse ex Iudaea in Galilaam, abiit ad eum, &
 eum rogavit, ut descenderet ac sanaret ipsius fi-
 lium: erat enim moribundus. Dixit ergo Iesus
 ei, Nisi signa & miracula videritis, non credetis.
 Dicit ei regius ille, Domine, descende priusquam
 moriatur filius meus. Dicit ei Iesus, Vade: fi-
 lius tuus vivit. Credidit homo sermone quem
 dixerat ei Iesus: & profectus est. Iam autem eo
 descen-

Matth. 13. 58

Mar. 6. 4

Luc. 4. 2

Supra 2. 1. 12

descendente, serui occurrerunt ei, & annun-
 52 tiauerunt, dicentes, Filius tuus uiuit. Percon-
 tatus est ergo ab eis horam qua melius habu-
 erat: & dixerunt ei, Heri circiter horam septi-
 53 mam dimisit eum febris. Agnouit ergo pater
 id factum esse illa ipsa hora, qua dixerat ei Iesus,
 Filius tuus uiuit: & credidit ipse ac domus e-
 54 ius tota. Hoc secundum signum rursus edidit
 Iesus quum uenisset ex Iudæa in Galilæam.

CAPVT V.

2. Christus ad piscinam decumbentem, 5. sanat in Sab-
 batho. 10. Phariseos præcipiti iudicio factum suum
 calumniantes, 17. auctoritate patris sui conuincit. 19. 20.
 Diuinam suam uirtutem multis argumentis. 45. Mo-
 sis etiam testimonio comprobatur.

1 **P**ost hæc erat 2 dies festus Iudæorum, & ascē. Leuit. 2. 2
 2 dit Iesus Hierosolymam. Est autem Hiero- Deutr. 16. 8
 solymis ad forum pecuarium, piscina quæ no-
 minatur Hebraicè Beth-esda, quinque porticus
 3 habens. In his iacebat multitudo magna æ-
 grotorum, cæcorum, claudorum, aridorum,
 4 expectantium aquæ motum. Angelus enim de-
 scendebat certo momento in piscinam, & tur-
 babat aquam: itaque qui primus descendisset
 post aquæ turbationem, sanus fiebat à quocun-
 5 que detineretur morbo. Erat autem quidam il-
 lic tricesimum octauum annum agens in mor-
 6 bo. Hunc quum uidisset Iesus decumbentem, &
 cognouisset eum iam multum temporis egisse
 7 in morbo, dicit ei, Cupis sanus fieri? Respon-
 dit ei ægrotus ille, Domine, nullum habeo, qui
 quum turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam:
 P 4 sed

Ierem, 18. 9

Ierem 7. 19

sed interim dum ego venio, alius ante me descē-
 dit. Dicit ei Iesus, Surge, tolle grabatum tuum, 8
 & ambula. Et statim sanus factus est homo il- 9
 le: & sustulit grabatum suum, & ambulabat. e-
 rat autem Sabbathum die illo. Iudæi ergo di- 10
 cebant ei qui sanatus fuerat, Sabbathum est,
 non licet tibi tollere grabatum. Respondit eis, 11
 Qui me sanum fecit, is mihi dixit, Tolle graba-
 tum tuum, & ambula. Interrogauerunt eum 12
 ergo, Quis ille est qui dixit tibi, Tolle grabatum
 tuum & ambula? Is autem qui sanatus fuerat, 13
 nesciebat quis esset: Iesus enim euaserat ex tur-
 ba quæ erat in illo loco. Postea inuenit eum Ie- 14
 sus in templo, & dixit ei, Ecce, sanus factus es: ne
 pecca amplius, vt nequid deterius tibi contin-
 gat. Abijt ille, & nuntiavit Iudæis Iesum esse, 15
 qui sanum eum fecerat. Ac propterea perseque- 16
 bantur Iudæi Iesum, & studebant eum trucidare,
 quodd ista fecisset Sabbatho. Iesus autem re- 17
 spondit eis. Pater meus vsque adhuc operatur,
 & ego operor. Propterea ergo magis stude- 18
 bant eum Iudæi trucidare, quia non solum sol-
 uisset Sabbathum, sed & Patrem suum dixisset
 Deum, parem se faciens Deo. Respondit ergo 19
 Iesus & dixit eis, Amen, amen dico vobis, non
 potest Filius à semetipso operari, id est, nisi vi-
 derit Patrem operantem: quæcunque enim ille
 facit, hæc etiam Filius pariter facit. Pater enim 20
 diligit Filium, & omnia demonstrat ei quæ ipse
 facit: & opera istis maiora demonstrabit ei, vt
 vos miremini. Sicut enim Pater excitat mor- 21
 tuos & viuificat, ita & Filius quos vult viuifi-
 cat. Neque enim Pater iudicat quenquam, sed 22
 omne iudicium dedit Filio: Vt omnes hono- 23
 rent

- rent Filium, prout honorant Patrem, qui non
 honorat Filium, non honorat Patrem, qui mi-
 24 fit eum. Amen, amen dico vobis, qui sermonem
 meum audit, & credit ei qui misit me, habet vi-
 tam æternam, & in condemnationem non ve-
 25 niet: sed trāsīuit à morte in vitā. Amen, amē dico
 vobis, veniet tempus, & nūc est, quū mortui au-
 26 dient vocē Filij Dei: & qui audierint, viuent. Si-
 cut enim Pater habet vitam in seipso, sic dedit &
 27 Filio habere vitā in seipso. Et auctoritatem dedit
 ei iudicium etiam exercendi, quatenus Filius
 28 hominis est. Ne hoc miramini: nam veniet ho-
 ra, qua omnes qui in monumentis sunt, audient
 29 vocem eius. [¶] Et prodibunt qui bona fecerunt, *Matth. 25. 41*
 in resurrectionem vitæ: qui verò mala egerunt,
 30 in resurrectionem condemnationis. Non pos-
 sum ego à meipso facere quicquam: prout au-
 dio, iudico, & iudiciū meum iustū est: quia non
 quero voluntatē meam, sed voluntatē eius qui
 31 misit me, id est, Patris. [¶] Si ego testor de meipso, *Infra 8. 14*
 32 testimoniū meū non est idoneū. [¶] Alius est qui *Matth. 3. 17*
 testatur de me, & scio verum esse testimoniū
 33 quod testatur de me. [¶] Vos misistis ad Iohan- *Supra 1. 27*
 34 nem, & is testimoniū dedit veritati. Ego au-
 tem ab homine testimoniū non capto: sed
 35 hæc dico vt vos seruemini. Ille erat lucerna ar-
 dens & lucens: vos autem voluistis ad tempus
 36 exultare in eius luce. At ego testimoniū ha-
 beo maius testimonio Iohannis: opera enim
 qua dedit mihi Pater, vt ea perficerem, ipsa in-
 quam opera qua ego facio, testātur de me, quodd
 37 Pater miseric me. [¶] Et qui misit me Pater, ipse *Matth. 3. 17.*
 testatus est de me. Neque vocem eius vnquam *& 17. 5*
 38 audistis, [¶] neque speciem eius vidistis. Et ser- *Deutr. 4. 12*

monem eius non habetis in vobis manentem: quia quem misit ille, huic vos non creditis. Scrutamini Scripturas: nam vos videmini vobis in ipsis vitam aeternam habere: & illae sunt quae testificantur de me. Nec vultis venire ad me, ut vitam habeatis. Gloriam ab hominibus non capio: Sed novi vos charitatem Dei non habere in vobis. Ego veni nomine Patris mei, nec recipitis me: si venerit alius nomine suo, illum recipietis. Quomodo vos potestis credere, quum gloriam alij ab alij s capteris, & gloriam quae à solo Deo proficiscitur, non quaeratis? Ne putate me accusaturum vos apud Patrem: est qui accuset vos, Moyses, in quo vos speratis. Si enim crederetis Moysi, crederetis mihi: de me enim ille scripsit. Quod si illius scriptis non creditis, quomodo verbis meis credetis?

Intra. 12. 43

Gen. 3. 17, 22.
28, & 49. 10
Deut. 18. 15

CAPVT VI.

4. Quinque panibus & duob. pisciculis cibantur. 5000.
15. Recedens Christus, 17. Discipulos nauigantes, 19.
aquis inambulans assequitur. 26. De vero 27. & nō per-
turo 28. pane vitæ disserit 41. 52. Murmurant Iudaei.
66. Discipuli plerique, 66 recedunt ab eo. 69. Aposto-
li Dei Filium esse fatentur.

I. euit. 23. 7
Deut. 16. 1
Math. 14. 16
marci 6. 38
Luc. 9. 13.

Post hæc abiit Iesus trans mare Galilææ quod est Tiberiadis. Et sequebatur eum turba multa, quia videbant eius signa quae edebat in ægrotis. Subijt autem in montem Iesus, & ibi sedit cum discipulis suis. Propè autem erat pascha, festum Iudæorum. Quum ergo sustulisset oculos Iesus, & conspexisset multam turbam ad se venire, dicit Philippo, Vnde ememus panes, ut isti vescantur? (Hoc aut dicebat, tetans eum.)

7 eum : ipse enim sciebat quid esset facturus.) Re-
 spondit ei Philippus, Ducentorum denariorum
 panes non sufficiunt eis, vt singuli eorum pau-
 8 lulum quiddam accipiant. Dicit ei vnus ex di-
 scipulis eius, nēpe Andreas frater Simonis Pe-
 9 tri, Est hīc puerulus quidam qui habet quinque
 panes hordeaceos, & duos pisciculos : sed hæc
 10 quid sunt inter tam multos? Dixit autem Ie-
 sus, Facite vt isti discumbant. Erat autem gra-
 men multum in eo loco. Discubuerunt ergo vi-
 11 ri numero quasi quinquies mille. Accepit au-
 tem panes illos Iesus, & actis gratijs distribuit
 discipulis, discipuli verò accumbentibus : simi-
 liter etiam ex pisciculis illis quantum volebant.
 12 Vt autem expleti sunt, dixit Iesus discipulis
 suis, Cogite quæ superfuerunt fragmenta, ne
 13 quid pereat. Coegerunt ergo, & impleuerunt
 duodecim cophinos fragmentis ex quinque
 14 illis panibus hordeaceis, quæ superfuerant ijs
 qui comederant. Illi ergo quum vidissent
 signum quod Iesus ediderat, dicebant, Hic
 est verè Propheta ille qui venturuserat in
 15 mundum. Iesus ergo quum nosset futurum,
 vt venirent, & ipsum correptum facerent re-
 16 gem, secessit rursus in montem solus. ¶ Vt au- Matth. 14. 25
 tem serum diei factum est, descenderunt disci- marc. 6. 47
 17 puli cius ad mare. Et ingressi nauigium, ibant
 trans mare versus Capernaum. iam autem te-
 18 nebræ erant, nec venerat ad eos Iesus. Et ma-
 19 re vento magno flante insurgebat. Quum er-
 go prouecti fuissent quasi stadia viginti quinque
 aut triginta, conspiciunt Iesum ambulantem
 super mare, & appropinquantem nauī : & timu-
 20 erunt. Ille verò dixit eis, Ego sum, ne timete.

Cupidè ergo receperunt eum in nauigium: & 21
 statim nauigium peruenit ad regionē in quam
 ibant. ¶ Postero die turba quæ stabat trans 22
 mare, vt vidit illic non esse aliud nauigiolum,
 nisi vnum illud in quod ingressi fuerant disci-
 puli eius, & Iesum non introisse cum discipulis
 suis in nauigium, sed solos eius discipulos abiisse:
 Alia verò nauigiola Tiberiade venisse: pro- 23
 pe locum, vbi comederant panem, posteaquam
 gratias egisset Dominus: Quum ergo vidisset 24
 turba Iesum illic nō esse, neque discipulos eius,
 ingressi sunt & ipsi in nauigia, & venerunt Ca-
 pernaum, quærentes Iesum. Et eo inuento trans 25
 mare, dixerunt ei, Rabbi, quando huc perueni-
 sti? Respondit eis Iesus, & dixit, Amen, amen 26
 dico vobis, quæritis me, non quia vidistis signa,
 sed quia comedistis panes illos, & saturati estis.
 Operemini non cibo qui perit, sed cibo illi qui 27
 permanet in vitam æternam, quem Filius ho-
 minis dabit vobis: hunc enim Pater signauit,
 id est, Deus. Dixerunt ergo ad eum, Quid fa- 28
 ciemus vt operemur opera Dei? Respondit Ie- 29
 sus & dixit eis, Hoc illud est opus Dei, vt cre-
 datis in eum quem misit ille. Dixerunt ergo ei, 30
 Quod ergo tu signum edis, vt videamus & cre-
 damus tibi? quid operaris? Patres nostri co- 31
 mederunt manna in deserto: sicut scriptum est,
 Exod. 16. 14. Panem caelestem dedit eis, vt vescerentur. Di- 32
 Num. 11. 7. xit ergo eis Iesus, Amen, amen dico vobis, non
 Pfal. 78. 24. dedit vobis Moses panem illum caelestem: sed
 Sapien. 16. 20. Pater meus dat vobis panem illum verè caele-
 stem. Panis enim ille Dei, is est qui de caelo de- 33
 scendit, & dat vitam mundo. Dixerunt ergo ei, 34
 Domine, da nobis semper panem istum. Dixit 25
 autem

Supra 1. 32
 matth. 3. 17.
 & 17. 3

1. Iohan. 3. 29

Exod. 16. 14.
 Num. 11. 7
 Pfal. 78. 24.
 Sapien. 16. 20

autem eis Iesus, Ego sum panis ille vitæ: qui ve-
 nit ad me, nequaquam esuriet: & qui credit in Ecccl. 24. 19
 36 me, non sitiet vnquam. Sed dixi vobis, Etiam
 37 vidistis me, nec creditis. Quicquid dat mihi pa-
 ter, ad me veniet: & eum qui venit ad me, non e-
 38 iiciam foras. Quia descendi è celo vt faciam
 non voluntatem meam, sed volütatem eius qui
 39 misit me. Hæc est autem voluntas eius qui mi-
 sit me, id est, Patris, vt quicquid mihi dederit,
 non perdam ex eo, sed fuscitem illud in vltimo
 40 illo die. Hæc est autem voluntas eius, qui mi-
 sit me, vt omnis qui videt Filium, & credit in
 eum, habeat vitam æternam: ego verò suscitabo
 41 eum vltimo illo die. Murmurabant ergo Iudei
 de eo, quia dixerat, Ego sum panis ille qui è celo
 42 descendit. Et dicebant, Nonne hic est Iesus, Matth. 13. 55
 filius Ioseph, cuius nos nouimus patrem & ma-
 trem? quomodo ergo dicit iste, è celo descendisse?
 43 Respondit ergo Iesus & dixit eis, Ne murmura-
 44 te inter vos. Nemo potest venire ad me, nisi
 Pater qui misit me, traxerit eum: ego verò susci-
 45 tabo eum vltimo illo die. Est scriptum in Pro-
 phetis, Et erunt omnes docti à Deo. Quisquis Esa. 54. 13
 ergo audiuit à Patre & didicit, venit ad me. Ierem. 31. 33
 46 Non quòd Patrem viderit quisquam, nisi is Matth. 11. 27
 47 qui est à Deo: hic vidit Patrem. Amen dico vo-
 48 bis, qui credit in me, habet vitam æternam. Ego
 49 sum panis ille vitæ. Patres vestri comederunt
 50 manna in deserto, & mortui sunt. Hic est Exod. 46. 19
 panis ille qui è celo, descendit, vt qui eo vescitur,
 51 non moriatur. Ego sum panis viuificus qui è
 celo descendi: si quis ederit ex hoc pane, viuet
 in æternum. & panis quem ego dabo, caro mea
 52 est, quam ego dabo pro mundi vita. Pugnabant
 ergo

ergo Iudæi alij aduersus alios, dicentes, Quo-
modo potest hic nobis carnem suam dare qua
vescamur? Dicit ergo eis Iesus, Amen, amen 53
dico vobis, nisi ederitis carnem Filij hominis,
& biberitis eius sanguinem, non habetis vitam
i. Cor. ii. 27 in vobis. 2 Qui edit carnem meam, & bibit 54
meum sanguinem, habet vitam æternam: & ego
excitabo eum in vltimo illo die. Caro enim 55
mea verè est cibus, & sanguis meus verè est po-
tus. Qui edit meam carnem, & bibit meum 56
sanguinem, in me manet, & ego in eo. Sicut mi- 57
sit me viuens ille Pater, & ego viuo per Patrem:
ita etiam qui ederit me, viuet ipse quoque per
me. Hic est panis ille qui de cælo descendit: 38
non prout comederunt Patres vestri manna, &
mortui sunt. qui ederit hunc panem, viuet in æ-
ternum. Hæc dixit in synagoga, quum doce- 59
ret in Capernaum. Multi ergo ex discipulis 60
eius his auditis dixerunt, Durus est hic sermo:
quis potest eum audire? Sciens autem Iesus 61
apud se discipulos suos de hoc murmurare, di-
xit eis, Hoc vos offendit? Quid si igitur cõspice- 62
retis Filium hominis ascendentem eò? vbi erat
prius? Spiritus est qui viuificat, caro non pro- 63
dest quicquam: verba quæ ego loquor vobis, spi-
ritus sunt & vita sunt. Sed sunt quidam ex vo- 64
bis qui non credunt. nouerat enim à principio
Iesus, quinquam essent qui non credebant, & quis
eum proditurus esset. Et dicebat, Propterea di- 65
xi vobis neminem posse venire ad me, nisi fuerit
ei datum à Patre meo. Ex eo multi discipulo- 66
rum eius pedem retulerunt, nec amplius cum eo
versabantur. Dixit ergo Iesus duodecim illis, 67
Num & vos vultis abire? Respondit ergo ei 68
Simon

Simon Petrus, Domine, ad quem abibimus?
 69 verba vitæ æternæ habes. Et nos credidimus
 & cognouimus te esse Christum illum Filium
 70 Dei uiuentis. Respondit eis Iesus, ² Nōne Matth. 16. 15
 ego vos duodecim elegi, & vnus ex vobis est
 71 diabolus? Loquebatur autem de Iuda Simo-
 nis filio Iscariota: futurum enim erat, vt hic
 proderet eum, quum esset vnus ex illis duo-
 decim.

CAPVT VII.

2. Christus affines ad festum Tabernaculorum pro-
 fectus. 10. clam sequitur. 14. Ioret in templo. 12.
 Varia de illo sunt vulgi iudicia. 32. Sacerdotes iubent
 eum comprehendi. 41. Dissidium in turba propter eu-
 47. & inter phariseos & sarellites ad capiendam eum
 missos, 50. & Nicodemum.

1 **V**ersabatur autem Iesus post hæc in Galilæa:
 non enim volebat in Iudæa versari, quia
 2 studebant eum Iudæi trucidare. Propè autem
 3 erat festum Iudæorum ² Scenopegia. Dixit. Leuit. 23. 34.
 runt igitur ad eum fratres eius, Digredere hinc,
 & vade in Iudæam, vt discipuli tui conspiciant
 4 opera tua quæ facis. Nemo enim in occulto
 facit aliquid, & quærit ipse celebris esse: si hæc
 5 facis, patefacito te ipsum mundo. Nam ne
 6 fratres quidem eius credebant in eum. Dicit
 ergo eis Iesus, Tempus meum nondum adest:
 tempus autem vestrum semper est paratum.
 7 Non potest mundus vos odisse: me autem odit,
 quoniam ego testor de eo, opera eius mala esse.
 8 Vos ascendite ad festum hoc: ego nondum a-
 scendo ad hoc festum, ² quia tempus meum non-
 9 dum impletum est. Hæc autem quum eis infra, 8. 14
 dixisset,

dixisset, mansit in Galilæa. Ut ascenderunt¹⁰
autem fratres eius, tunc & ipse ascendit ad fe-
stum, non manifestè, sed velut in occulto. Iudæi¹¹
ergo quærebant eum in festo, & dicebant, Vbi
est ille? Et murmur multum erat in turba de
eo, alij quidem dicebant, vir bonus est: alij au-
tem dicebant, Non: sed turbam seducit. Nul-¹²
lus tamen palàm loquebatur de eo, propter me-
tum Iudæorum. Festo autem iam medio ascen-¹⁴
dit Iesus in templum, ac docebat. Et miraban-¹⁵
tur Iudæi, dicentes, Quomodo iste literas no-
uit, quum non didicerit? Respondit eis Iesus,¹⁶
& dixit, Mea doctrina non est mea, sed eius
qui misit me. Si quis voluerit eius volun-¹⁷
tatem exequi, cognoscet de doctrina, vtrum
ex Deo sit, an ego à me ipso loquar. Qui à se-¹⁸
metipso loquitur, gloriam quærit: qui autem
quærit gloriam eius qui misit ipsum, hic verax
Exod. 24. 3 est, & iniustitia in eo non est. ¹⁹ Nõne Moses 19
Supra 5. 18 dedit vobis Legem, & tamen nemo ex vobis præ-
stat Legem? ²⁰ quid me studetis trucidare? Re- 20
spondit turba & dixit, Dæmonium habes: quis
te studet trucidare? Respondit Iesus & dixit 21
eis, Vnum opus edidi, & omnes miramini. At- 22
Leuit. 12. 3 tamen ²³ Moses dedit vobis circumcisionem,
Gen. 17. 10 (non quòd ex Mose fit, ²⁴ sed quia ex Patribus) &
Sabbatho circumciditis hominem. Si circum- 25
cisionem accipit homo Sabbatho, vt non solua-
tur Lex Mosis, mihi indignamini, quòd totum
Deut. 5. 18 hominem sanum fecerim Sabbatho? ²⁶ Ne iu- 24
dicare secundum speciem, sed iusto iudicio iu-
dicare. Dicebant ergo quidam ex Hierosoly- 25
mitanis, Nõne hic est quem student trucidare?
At ecce, palàm loquitur, & nihil ei dicunt. num 26
verè

- vere cognouerunt primores hunc verè esse Chri-
 27 stum? Sed nouimus vnde hic fit: quum au-
 tem venerit Christus, nemo cogniturus est vnde
 28 fit. Clamabat ergo Iesus in templo, docens ac
 dicens, Et me nostis, & vnde sim nostis: & à me
 ipso non veni, sed est verax qui misit me, què vos
 29 non nostis. Ego verò noui eum, quia ab ipso
 30 sum, & ille me misit. Studebant ergo eum pre-
 hendere: sed nemo iniecit in eum manum, quia
 31 nondum venerat hora eius. Ex turba autem
 multi crediderunt in eum, & dicebant, Christus
 quum venerit, num signa plura edet ijs quæ hic
 32 edidit? Audierunt Pharisei turbam ista mur-
 murantem de eo, & miserunt Pharisei ac prin-
 cipes sacerdotum ministros, vt eum prehende-
 33 rent. Dixit ergo eis Iesus, Adhuc paulisper ero
 vobiscum, deinde abibo ad eum qui me misit.
 34 ¶ Quæretis me, nec inuenietis: & vbi ego ero, ed infra 13. 33
 35 vos non poteritis venire. Dixerunt ergo Iudei
 inter sese, Quò futurum est vt iste proficiscatur,
 vt nos non inueniamus eum? num ad eos qui
 dispersi sunt inter Græcos iturus est, & Græcos
 36 docturus. Quis est hic sermo quem dixit, Quæ-
 retis me, & non inuenietis, & vbi ego ero, vos
 37 non poteritis venire? ¶ Vltimo autem die il- Leuit. 23. 36
 lo magno festi stetit Iesus, & clamauit, dicens,
 38 Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. ¶ Qui credit Esa. 55. 1
 in me, sicut dixit Scriptura, fluminà aquæ viuæ
 39 fluent ex ventre eius. (Hoc autem dixit de
 ¶ Spiritu quem accepturi erant credentes in eum. Ioc. 2. 28
 Nondum enim erat Spiritus sanctus, quia Iesus Acto. 2. 17
 40 nondum erat glorificatus.) Multi ergo è tur-
 ba quum audissent hunc sermonem, dicebant,
 41 ¶ Verè hic est Propheta ille. Alij dicebant, Hic Deut. 18. 18
 est

Mich. 5. 2
Matth. 2. 5

est Christus. Quidam autem dicebant, Num
enim à Galilæa veniet Christus? Nonne Scri-
ptura dicit, ex semine David, & ex vico Betle-
hem, ubi erat David, venturum Christum? Dis-
fidium ergo ortum est in turba propter eum.
Quidam autem ex ipsis volebant eum prehē-
re, sed nemo iniecit in eum manus. Venerunt
ergo ministri ad pontifices & Phariseos: qui
dixerunt eis, Quare non adduxistis eum? Re-
sponderunt ministri, Nunquam ita loquutus
est homo, vt homo iste. Responderunt ergo
eis Pharisei, Nū & vos seducti estis? Num quis
ex primorib. credidit in eū, aut ex Phariseis? Sed
turba hæc quæ non nouit Legem, execrabilis est.
Dicit eis Nicodemus, is qui venerat ad eū no-
ste, & vnus erat ex illis, Num Lex nostra con-
demnat quempiam, nisi prius audierit ab ipso,
& cognouerit quid faciat? Responderunt
& dixerunt ei, Nonne & tu Galilæus es? scri-
tare & vide ex Galilæa Prophetam non surre-
xisse. Et profectus est vnusquisque domum
suam.

Supr. 1. 2

Deut. 17. 8.
& 29. 15

CAPVT VIII.

3. Mulieri in adulterio deprehense, 11. condonantur
peccata. 12. Christus lux mundi. 19. Pharisei quaerunt
ubi ipse sit pater. 30. Filij Abrahæ, 42. Filij Dei.
44. Satan mendacij pater. 56. Abraham vidit diem
Christi.

Jesus autem profectus est in montem Oliua-
rum. Et diluculo rursus adfuit in templo, &
& totus populus venit ad eum: & sedens doce-
bat eos. Adducunt autem ad eum Scribæ & Phari-
sæi mulierem in adulterio deprehensam: & quum
statuissent eam in medio, Dicunt ei, Magi-
ster,

5 ter, hæc mulier deprehensa est in ipso facto,
 6 quum meecharetur: ² In Lege autem Moses Leuit. 20. 10
 7 mandauit nobis, vt tales lapidarentur: tu ergo
 8 quid dicis? Hoc autem dicebant tentantes eum,
 9 vt possent eum accusare. Iesus autem incurua-
 10 tus deorsum, digito scribebat in terra. Quum
 11 autem perseverarent eum interrogare, erexit se,
 12 & dixit eis, ³ Qui vestrum immunis est à pec- Deut. 17. 9
 13 cato, primus in eam iaciat lapidem. Et rur-
 14 sum incuruatus deorsum, scribebat in terra.
 15 Auditis autem his, arguente ipsos conscien-
 16 tia, singulatim alius post alium exhibant, initio
 17 facto à senioribus vsque ad vltimos: & reli-
 18 ctus est solus Iesus, & mulier in medio stans.
 19 Quum autem erexisset se Iesus, & neminem
 20 conspiceret præter mulierem, dixit ei, Mulier,
 21 vbi sunt illi tui accusatores: nemo te conde-
 22 mnavit? Ipsa verò dixit, Nemo, Domine,
 23 Dixit autem ei Iesus, Nec ego te condemno:
 24 vade, & ne amplius pecces. ¶ Rursum ergo
 25 Iesus loquutus est eis, dicens, ⁴ Ego sum lux Supra. 1. 9
 26 mundi: qui sequitur me, non ambulabit in Infra 9. 5
 27 tenebris, sed habebit lumen vitæ. Pharisei
 28 igitur dixerunt ei, Tu de teipso testaris: testi-
 29 monium tuum non est idoneum. Respondit
 30 Iesus & dixit eis, ⁵ Etiam si ego testor de meipso, Supra. 5. 38
 31 idoneum est testimonium meum: quia scio vn-
 32 de venerim, & quo vadam: vos autem nescitis
 33 unde venerim, & quo vadam. Vos secundum
 34 carnem iudicatis, ego non iudico quenquam.
 35 Quòd si etiam iudicem ego, iudicium meum Deut. 17. 6,
 36 firmum est: quia solus non sum, sed ego & & 19. 15
 37 qui misit me Pater. Sed & in Lege vestra Math. 18. 16
 scriptum est, ⁶ duorum hominum testimonium 2 Cor. 13. 1
 38 Heb. 10. 28

idoneum esse. Ego is sum qui testor de meipso, ¹⁸
 & testatur de me, qui misit me Pater. Dicebant ¹⁹
 ergo ei, Vbi est tuus ille Pater? Respondit Iesus
 Neque me nostis, neque Patrem meum: si me
 nossētis, Patrem quoque meum nossētis. Hęc ²⁰
 verba loquutus est Iesus in gazophylacio, do-
 cens in templo: & nemo prehendit eum, quia
 nondum venerat hora eius. Dixit ergo iterum ²¹
 eis Iesus, Ego vado, & quæretis me, & in pecca-
 to vestro moriemini: quod ego vado, vos nō po-
 testis venire. Dicebant ergo Iudæi, Num tru- ²²
 cidabit seipsum, quia dicit, Quod ego vado, vos
 nō potestis venire? Tunc dixit eis, Vos ex inferis ²³
 estis, ego ex supernis sum: vos ex hoc mundo es-
 tis, ego non sum ex hoc mundo. Ideo vobis ²⁴
 dixi, vos morituros in peccatis vestris. Nam ni-
 si credideritis me eum esse, moriemini in pecca-
 tis vestris. Dixerunt ergo ei, Tu qui es? Tum ²⁵
 dixit eis Iesus, Id quod à principio dico vobis.
 Multa habeo quæ de vobis loquar ac iudicem: ²⁶
 sed qui me misit, verax est: & ego, quæ audiui
 ab eo, hæc loquor mundo. Non cognouerunt ²⁷
 eum de Patre ipsius loqui. Dixit ergo eis Iesus, ²⁸
 Quum extuleritis Filium hominis, tunc agno-
 scetis me eum esse, & ex meipso nihil facere, sed
 prout docuit me Pater, hæc loqui. Nam qui ²⁹
 me misit, mecum est. non reliquit me solum Pa-
 ter, quia ego quæ placita sunt ei, facio semper.
 Hęc illo loquente, multi crediderunt in eum. ³⁰
 Dicebat ergo ijs Iudæis qui crediderant ipsi, Si ³¹
 vos manseritis in sermone meo, verè discipuli
 mei eritis: Et cognoscetis Veritatem, & Veri- ³²
 tas vos in libertatem vindicabit. Responde- ³³
 runt ei, Semen Abrahæ sumus, neque cuiquam
 serui-

seruiuimus vnquam: quomodo tu dicis nos in
 34 libertatem vindicandos? Respondit eis Iesus,
 Amen, amen dico vobis, quisquis committit
 35 peccatum, seruus est peccati. Seruus autem Rom. 6. 20
 non manet in domo in aeternum: filius manet 2. Pet. 2. 19
 36 in aeternum. Itaque si vos filius in libertatem
 37 vindicarit, verè liberi eritis. Scio vos semen
 Abrahæ esse: sed studetis me trucidare, quia ser-
 38 mo meus non habet locum apud vos. Ego lo-
 quor quod vidi apud Patrem meum, & vos fa-
 39 citis quod vidistis apud patrem vestrum. Re-
 sponderunt & dixerunt ei, Pater noster Abra-
 ham est. Dicit eis Iesus, Si filij Abrahæ essetis,
 40 opera Abrahæ faceretis. Nunc autem studetis
 me interficere, hominem qui veritatem vobis
 loquutus sum, quam audiui à Deo: hoc Abra-
 41 ham non fecit. Vos facitis opera patris vestri.
 Itaque dixerunt ei, Nos ex scortatione non su-
 mus geniti: vnum patrem habemus, nempe De-
 42 um. Dixit ergo eis Iesus, Si Deus pater vester
 esset, diligeretis me. ego enim à Deo profectus
 sum & veni: neque enim à meipso veni, sed ille
 43 me misit. Quare loquutionem istam meam
 non agnoscitis? quia non potestis audire ser-
 44 monem meum. Vos ex patre Diabolo estis, 1. Iohan. 3. 8
 & cupiditates patris vestri vultis explere. Ille
 fuit homicida à principio, & in veritate non per-
 stitit: non est enim veritas in eo. Quotiescunq;
 loquitur mendacium, de suo loquitur, quia
 45 mendax est, & mendacij pater. Vos autem, quia
 46 ego veritatem dico, non creditis mihi. Quis
 ex vobis arguit me de peccato? si veritatem di-
 47 co, quare vos non creditis mihi? Qui ex Deo 1. Iohan. 4. 6
 est, verba Dei audit: propterea vos non auditis,
 Q 3 quia

quia ex Deo non estis. Responderunt ergo Iu-⁴⁸
 dæi & dixerunt ei, Nonne bene dicimus, te Sa-
 maritanum esse, & dæmonium habere? Re-⁴⁹
 spondit Iesus, Ego dæmonium non habeo, sed
 honoro Patrem meum, & vos contumelia affi-
 citis me. Ego verò non quæro gloriam meam: ⁵⁰
 est qui quærat, & iudicet. Amen, amen dico ⁵¹
 vobis, si quis sermonem meum seruauerit, mor-
 tem non conspiciet in æternum. Dixerunt er-⁵²
 go ei Iudæi, Nunc cognouimus te dæmonium
 habere. Abraham mortuus est, & Propheta: &
 tu dicis, Si quis sermonem meum seruauerit,
 non gustabit mortem in æternum: Num tu ⁵³
 maior es patre illo nostro Abraham, qui mor-
 tuus est? etiam Prophetae mortui sunt: quem
 tu teipsum facis? Respondit Iesus, Si ego glo-⁵⁴
 rifico meipsum, gloria mea nihil est: Pater ille
 meus, is est qui glorificat me, quem vos dicitis
 Deum vestrum esse. Neque nostis eum: ego ⁵⁵
 autem noui eum: & si dixero me eum non nos-
 se, ero similis vestri, id est, mendax. sed eum no-
 ui, & sermonem eius seruo. Abraham pater ⁵⁶
 vester gestiuit, vt videret diem istum meum: &
 vidit, ac gauisus est. Dixerunt ergo ei Iudæi, ⁵⁷
 quinquaginta annos nondum habes, & Abra-
 ham vidisti? Dixit eis Iesus, Amen, amen dico ⁵⁸
 vobis, priusquam Abraham fieret, ego sum. Sus-⁵⁹
 tulerunt ergo lapides, vt iacerent in eum: Iesus
 autem occultauit se, & exiit è templo, transiens
 per medium eorum: & sic præterijt.

CAPVT IX.

1. Christus cæci nati oculos in Sabbatho aperit. 13. Qui
 cum diu contra Phariseos disputasset, 22. 35. a Synago-
 ga electum, 36. Christus æternæ lucis cognitione donat.

Præ

1 PRæteriens autem vidit quendam cæcum à
 2 natiuitate: Et interrogauerunt eum disci-
 3 puli eius, dicentes, Rabbi, quis peccauit? hic
 4 an parentes eius, vt cæcus nasceretur? Respon-
 5 dit Iesus, Neque ille peccauit, neque parentes
 6 eius, vt cæcus nasceretur: sed oportet opera
 7 Dei manifesta fieri in eo. Oportet me opera-
 8 ri eius opera qui misit me, donec dies est: venit
 9 nox, quum nemo potest operari. Quandiu
 10 fuero in mundo, ¹Lux sum mundi. Hoc quum Supra 1. 9.
 11 dixisset, sputit humi, & fecit lutum ex sputo, & 8. 11
 12 & ille uit lutum oculis cæci: Dixitque ei, Va- Infr. 12. 35. 46. 6
 13 de, laua in piscina Siloam (quod est, si inter-
 14 preteris, missus.) Abijt ergo & lauit, redijtque
 15 videns. Vicini ergo, & qui prius viderant
 16 eum cæcum esse, dicebant, Nonne hic est qui
 17 sedebat & mendicabat. Alij dicebant, Hic est a-
 18 lij verò, Similis est ei. Ille autem dicebat, Ego is-
 19 sum. Dixerunt ergo ei, Quomodo aperti sunt
 20 tibi oculi? Respondit ille, & dixit, Quidam qui
 21 dicitur Iesus, lutū fecit, & ille uit oculos meos,
 22 & dixit mihi, Vade ad piscinam Siloam, & laua.
 23 Vt autem abijt ac laui, visum recepi. Dixerunt
 24 ergo ei, Vbi est ille: Ait, Nescio. Adducunt e-
 25 um ad Phariseos, eum inquam, qui olim cæcus
 26 fuerat. Erat autem Sabbathum quum lu-
 27 tum faceret Iesus, & aperiret oculos eius. Rur-
 28 sus ergo interrogarunt eum etiam Pharisei
 29 quomodo visum recepisset. Ille autem dixit eis,
 30 Lutum imposuit oculis meis, & laui, & video.
 31 Dicebant ergo ex Phariseis quidam, Homo iste
 32 non est à Deo, nam Sabbathum non seruat. Alij
 33 dicebant, Quomodo potest homo peccator
 34 talia signa edere? Et dissidium erat inter eos.

Rursus dicunt cæco, Tu quid dicis de illo, quòd 17
 aperuerit oculos tuos? Ille autem dixit, Pro-
 pheta est. Non crediderunt ergo Iudæi de eo 18
 quòd cæcus fuisset, & visum recepisset, vsque quò
 vocarunt eius parentes, eius inquam, qui visum
 receperat. Et interrogauerunt eos, dicentes, Hic 19
 cine est filius vester quem vos dicitis cæcum na-
 tum esse? quomodo ergo nunc videt? Respon- 20
 derunt eis parentes eius & dixerunt, Scimus
 hunc esse filium nostrum, & cæcum natum esse:
 Quomodo autem nunc videat nescimus, aut 21
 quis eius aperuerit oculos, nos nescimus: ipse
 ætatem habet, ipsum interrogate, ipse de se lo-
 quetur. Hæc dixerunt parentes eius, quòd ti- 22
 merent Iudæos. iam enim constituerant Iudæi,
 vt si quis eum confiteretur esse Christum, syna-
 goga moueretur. Propterea parentes eius di- 23
 xerunt, Ætatem habet, ipsum interrogate. Se- 24
 cundò ergo vocarunt hominem qui fuerat cæ-
 cus, & dixerunt ei, Tribue gloriam Deo: nos
 hunc hominem scimus peccatorem esse: Re- 25
 spondit ergo ille & dixit, An peccator sit nescio:
 vnum scio, me, quum cæcus fuerim, nunc vide-
 re. Dixerunt autem ei iterum, Quid fecit tibi? 26
 quomodo aperuit oculos tuos? Respondit eis, 27
 Iam vobis dixi, & non audiulistis: cur iterum
 vultis audire? num & vos vultis discipuli eius
 fieri? Itaque conuitiati sunt ei, & dixerunt. Tu 28
 discipulus illius esto: nos autem Moysi discipu-
 li sumus. Nos scimus Deum esse loquutum 29
 Moysi: hic autem vnde sit nescimus. Respondit 30
 eis ille, & dixit eis, Enimvero in hoc mirum quid-
 dam est, quòd vos nesciatis vnde sit, & tamen a-
 peruit meos oculos. Scimus autem Deum pec- 31
 catores

catores non audire: sed si quis Dei cultor est, &
 32 voluntatem eius exequitur, hunc audit. Ab
 omni auro non est auditum aliquem aperuisse
 33 oculos eius qui cæcus natus fuerit. Nisi esset hic
 34 à Deo, non posset quicquam facere. Respon-
 derunt & dixerunt ei, Tu in peccatis natus es
 totus, & tu doces nos? Et eiecerunt eum foras.
 35 Audiuit Iesus eum eiectum foras: & quum in-
 uenisset eum, dixit eis, Tunc credis in Filium
 36 Dei? Respondit ille & dixit, Quis est, Domine,
 37 vt credam in eum? Dixit autem ei Iesus, Et vi-
 38 disti eum, & qui loquitur tecum, ille est. At ille
 39 ait, Credo, Domine. Et adorauit eum. Et dixit
 Iesus, ¹ Ad iudicium exercendum ego in hunc ^{Supra 3. 1}
 mundum veni: vt qui non vident, videant, & ^{Ioh. 12. 47}
 40 qui vident, cæci fiant. Audierunt autem hæc
 quidam ex Phariseis qui cum eo erant, & dixe-
 41 runt ei, Num & nos cæci sumus? Dixit eis Ie-
 sus, Si cæci essetis, non haberetis peccatum: nunc
 verò dicitis, Videmus: itaq; peccatum vestrum
 manet.

CAPVT X.

1. Phariseos Christus pastores malos, 8. Se vero mul-
 tis argumentis, 11. 14. bonum comprobat. 19. Dissidi-
 um propterea oritur. 31. Lapidem tollentium, 39. & pre-
 hendere cupientium manus euadit.

1 **A** Men, amen dico vobis, qui non ingreditur
 per ostium in caulam ouium, sed ascendit a-
 2 liunde, ille fur est & latro: Qui verò ingredi-
 3 tur per ostium, pastor est ouium. Huic aperit
 ianitor, & oues vocem eius audiunt: & suas o-
 4 ues vocat nominatim, & educit eas. Quumque
 5 suas oues emisit, antegreditur eas: & oues eum
 6 sequuntur. quia norunt vocem eius. Alienum
 7 autem

autem nequaquam sequentur, sed fugient ab
 eo: quia non norunt vocem alienorum. Hanc
 parabolam dixit eis Iesus. Illi verò non cogno-
 uerunt quænam illa essent quæ loquebatur eis.
 Iesus ergo rursus dixit eis, Amen, amen dico
 vobis, ego sum ostium ouium. Quotquot ante
 me venerunt, fures sunt & latrones, sed non au-
 scultarunt eos oues. Ego sum ostium: per me
 si quis introierit, seruetur, & ingredietur &
 egredietur, & pascua inueniet. Fur non venit
 nisi ut furetur, & mactet ac perdat oues: ego
 veni ut vitam habeant, & abundant. ⁶ Ego
 sum pastor ille bonus. bonus pastor animam
 suam dat pro ouibus: Mercenarius autem, & is
 qui non est pastor, cuius non sunt oues pro-
 priæ, videns lupum venientem, relinquit oues,
 & fugit. lupus autem rapit & dissipat oues. Mer-
 cenarius autem fugit, quia mercenarius est, &
 non est illi cura ouium. Ego sum pastor ille
 bonus, & agnosco oues meas, & agnoscor à
 meis. Prout nouit me Pater, ita & ego noui
 Patrem: & animam meam pono pro ouibus.
 Alias etiam oues habeo quæ non sunt ex hac
 cæula: illas quoque oportet me adducere, nam
 vocem meam audient, fietque vnum ouile, &
 vnus pastor. Propterea Pater me diligit quia
 ego pono animam meam, ut eam rursus assu-
 mam. Nemo tollit eam à me, sed ego pono eam
 à meipso: potestatem habeo ponendi eam, & po-
 testatem habeo rursus eam assumendi. ¹² Hoc
 mandatum accepi à Patre meo. Dissidium
 igitur rursus ortum est inter Iudeos propter
 istos sermones. Dicebant autem multi eorum,
 Dæmonium habet, & insanit. quid eum auditis?
 Alij

Esa. 40. 11

Ezech. 34. 23

Eze. 37. 22

Esa. 53. 7

Acto. 4. 28

- 21 Alij dicebant, Hæc verba non sunt dæmoniaci.
 num dæmonium potest cæcorum oculos ape-
 22 rere? ¶ Facta sunt autem Encæniam Hieroso- 1. Mac. 4. 59
 23 lymis, & hyems erat: Et ambulabat Iesus
 24 in templo in porticu Solomonis. Cinxerunt
 igitur eum Iudæi, & dixerunt ei, Quousque
 animam nostram suspendis? si tu es Christus,
 25 dic nobis apertè. Respondit eis Iesus, Dixi
 vobis, nec creditis: opera quæ ego facio in no-
 26 mine Patris mei, hæc testantur de me. Sed
 vos non creditis: non enim estis ex ouibus
 27 meis, sicut dixi vobis. Oves meæ vocem me-
 am audiunt, & ego eas agnosco, & sequuntur
 28 me: Et ego vitam æternam do eis: nec per-
 ibunt in æternum, neque rapiet eas quisquam
 29 è manu mea. Pater meus qui eas dedit mihi,
 maior omnibus est: neque quisquam potest eas
 30 rapere è manu Patris mei. Ego & Pater v- Supra 2. 59
 31 num sumus. ¶ Sustulerunt ergo rursus la-
 32 pides Iudæi, vt lapidarent eum. Respondit
 eis Iesus, Multa præclara opera demonstraui
 vobis ex Patre meo: propter quod illorum
 33 operum me lapidatis? Responderunt ei Iu-
 dæi, dicentes, Ob bonum opus non lapida-
 mus te, sed ob blasphemiam: id est, quia tu,
 34 homo quum sis, facis te ipsum Deum. Re-
 spondit eis Iesus, Nonne scriptum est in Lege Psal. 81. 6
 35 vestra, Ego dixi, Dij estis? Si illos dixit deos
 ad quos sermo Dei factus est, & non potest
 36 solui Scriptura: Me, quem Pater sanctificauit
 & misit in mundum, vos dicitis me blasphe-
 37 mare, quia dixi, Filius Dei sum? Si non
 facio opera Patris mei, nolite credere mihi:
 38 Sin verò facio, etiamsi mihi non credatis, ope-
 ribus

ribus credite : vt cognoscatis & credatis Patrem in me esse, & me in eo. Rursus ergo studebant eum prehendere : sed exiuit ex eorum manu. Abiitque rursus trans Iordanem, in eum locum vbi primùm fuerat Iohannes baptizans, mansitque illic. Multi autem veniebant ad eum, & dicebant, Iohannes quidem signum nullum edidit: quæcunque autem de isto dixit: vera erant. Et multi illic crediderunt in eum.

CAPVT XI.

Christus ostensus se esse, 25. vitam & resurrectionem, 14. Lazarum mortuum, 17. 34. & sepulcrum, 43. resuscitat. 47. Consultantibus pontificibus. 49. Caiaphas, 50. vnum pro multis occidendum prædicit. 56. 57. Præcipiunt vt vbi fuerit prehendatur.

A Egrotabat autem quidam nomine Lazarus, à Bethania vico Mariæ & Marthæ sororis ipsius. (Maria autem ea erat quæ vnxit Dominum vnguento, & extersit pedes eius capillis suis: cuius frater Lazarus ægrotabat.) Miserunt ergo sorores eius ad eum, dicentes, Domine, ecce, is quem amas ægrotat. Iesus autem hoc audito, dixit, Morbus iste non est mortifer, sed immissus pro Dei gloria, vt per eum morbum glorificetur Filius Dei. Diligebat autem Iesus Martham & sororem eius, & Lazarum. Vt ergo audiuit illum ægrotare, tum quidem mansit duos dies in loco vbi erat. Deinde post ea dixit discipulis, Eamus in Iudæam rursus. Dicunt ei discipuli, Rabbi, modò quærebant te Iudæi lapidare, & rursus illuc abis? Respondit Iesus, Nonne duodecim sunt horæ diei? si quis ambulauerit inter diu, non offendit: quia lucem

Matth. 26. 7
Ioh. 12. 1

10 lucem huius mundi videt: Si quis autem am-
 bulauerit nocte, offendit: quia lux ei non adest.
 11 Hæc ait: & postea dixit eis, Lazarus amicus no-
 12 ster dormit: sed proficiscor, vt à somno excitem
 13 eum. Dixerunt ergo discipuli eius, Domine, si
 14 dormit, seruabitur. Hoc autem dixerat Iesus
 15 de ipsius morte: at illi putarunt eum de dor-
 16 mitione somni dicere. Tunc ergo Iesus dixit
 17 eis apertè, Lazarus mortuus est: Et gaudeo
 18 propter vos (vt credatis) me illic non fuisse, sed
 19 eam us ad eum. Dixit ergo Thomas qui dicitur
 20 Didymus, condiscipulis, Eamus & nos, vt mo-
 21 riamur cum eo. Venit ergo Iesus, & inuenit
 22 eum quatuor iam diem in monumento agere.
 23 Erat autem Bethania prope Hierosolymam fere
 24 stadiis quindecim: Multiq̄ue ex Iudæis vene-
 25 rant ad Martham & Mariam, vt consolarentur
 26 eas de fratre suo. Martha ergo, vt audiuit Je-
 27 sum venire, occurrit ei: Maria verò domi sede-
 28 bat: Dixit ergo Martha Iesu, Domine, si fuisset
 29 hęc, frater meus non fuisset mortuus: Sed &
 30 nunc scio fore, vt quacunque petieris à Deo, det
 31 tibi. Dicit ei Iesus, Resurget frater tuus. Dicit
 32 ei Martha, Scio resurrecturum in resurrectio- Supra 5. 29
 33 ne ultimo illo die. Dixit ei Iesus, Ego sum re- Luc. 14. 14
 34 surrectio & vita: qui credit in me, etiam si mor- Supra 6. 35
 35 tuus fuerit, viuet: Et quisquis viuit, & credit in
 36 me, non morietur in aeternum. Credis hoc? Ait
 37 illi, Etiam Domine, ego credo te esse Christum
 38 Filium Dei, qui in mundum venturus erat. Et
 39 quum hæc dixisset, abiit, & clam vocauit Ma-
 40 riam sororem suam, dicens, Magister adest, & te
 41 vocat. Illa vt audiuit, surgit citò, & venit ad
 42 eum. (Nondum autem venerat Iesus in vicum:
 sed

Supr. 9 6

sed erat in eo loco vbi occurrerat ei Martha.)
 Iudæi ergo qui domi erant cum ea, & consola-
 bantur eam, quum vidissent Mariam citò surre-
 xisse & exiisse, sequuti sunt eam, dicentes, Abit
 ad monumentum, vt illic fleat. Maria ergo
 quum venisset eò vbi erat Iesus, viso eo, accidit
 ad eius pedes, dicens ei, Domine, si fuisses hic,
 non esset mortuus frater meus. Iesus ergo, vt
 vidit eam flentem, & Iudæos qui vnà venerant
 cum ea, flentes, infremuit spiritu, & turbauit
 seipsum: Et dixit, Vbi posuistis eum? Di-
 cunt ei, Domine, veni & vide. Lachrymarus
 est Iesus. Dixerunt ergo Iudæi, Ecce quomo-
 do amabat eum. Quidam autem ex ipsis di-
 xerunt. Non poterat hic qui aperuit oculos
 cæci, facere vt & iste non moreretur? Iesus ergo
 rursum fremens apud semetipsum, venit ad
 monumentum. erat autem spelunca, & lapis
 erat ei impositus. Ait Iesus, Tollite lapidem.
 Dicit ei Martha, soror eius qui mortuus fu-
 erat, Domine, iam olet: quatuor enim dierum
 est. Dicit ei Iesus, Nonne dixi tibi fore, si
 credideris, vt videas gloriam Dei? Sustule-
 runt ergo lapidem è loco, vbi mortuus ille fu-
 erat positus. Iesus autem attollens sursum ocu-
 los, dixit, Pater, gratias ago tibi quòd me audi-
 eris. Ego verò sciebam me semper à te audiri:
 sed propter turbam circumstantem hoc dixi,
 vt credant me à te missum esse. Et quum hæc
 dixisset, clamauit voce magna, Lazare, ades-
 dum foras. Tum, qui fuerat mortuus, pro-
 dicit manus & pedes vinctus fascijs, facies autem
 eius, sudario erat obuincta. Dicit eis Iesus, Sol-
 uite eum, & sinite abire. Multi ergo ex Iudæis
 qui

qui venerant ad Mariam, & conspexerant quæ
 46 fecerat Iesus, crediderunt in eum. Quidam
 autem ex eis abierunt ad Phariseos, & dixerunt
 47 ei: quæ fecerat Iesus. Coegerunt ergo Ponti-
 fices & Pharisei concilium, & dicebant, Quid
 48 faciemus? nani hic homo multa signa edit. Si
 ita sinamus eum, omnes ei credent: venientque
 Romani, & delebunt tum locum nostrum,
 49 tum gentem. Vnus autem ex ipsis Caiaphas,
 Pontifex maximus anni illius, dixit eis, Vos ni-
 50 hil scitis: Nec cogitatis expedire nobis, ut
 vnus homo moriatur pro populo, & tota gens
 51 non pereat. Hoc autem ex semetipso non di-
 xit: sed quum esset Pontifex maximus anni il-
 52 lius, prophetavit fore, ut Iesus pro gente mo-
 reretur. Nec tantum pro ea gente, sed ut et-
 53 iam filios Dei dispersos cogeret in vnum. Ab
 illo ergo die consultabant vnâ ut trucidarent
 54 eum. Iesus ergo palam amplius non versaba-
 tur inter Iudæos: sed abiit illinc in regionem
 quæ est prope desertum, in urbem quæ dicitur
 Ephraim: & illic agebat cum discipulis suis.
 55 Propè autem erat pascha Iudæorum: & ascen-
 derunt multi Hierosolimam ex illa regione an-
 56 te Pascha, ut purificarent se. Quærebant ergo
 Iesum, & loquebantur alij cum alijs in templo
 stantes, Quid videtur vobis! an non venturum
 57 esse ad festum? Dederant autem Pontifices &
 Pharisei mandatum, ut si quis nosset vbi esset,
 indicaret, ut prehenderent eum.

Infra. 18. 14

CAPVT XII.

1. Christo apud Lazarum coenanti, 3. pedes vngit Ma-
 ria. 5. Accusatur a Iudæis: 7. A Christo defenditur. 10. Sa-
 cerdotes Lazarum sublatum cupiunt. 12. Christo Hiero-
 solymam

solyman venienti, 18. obuia m itur 20. Græci eum videri cupiunt. 41. principes credentes in eum, & non confitentes, ob metum, 44. ad fidem hortatur.

Matth. 26. 6

Mar. 14. 3

Iesus ergo sex ante pascha diebus venit Bethaniam, vbi Lazarus fuerat mortuus, quem excitauerat à mortuis. Fecerunt igitur ei cœnam² illic, & Martha ministrabat: Lazarus verò vnus erat ex ijs qui simul accumbebant cum eo. Maria ergo, accepta libra vnguenti nardi liquide, multi pretij, vnxit pedes Iesu, & extersit pedes eius capillis suis: domus autem impleta est odore vnguenti. Dixit ergo quidam ex discipulis⁴ eius, nempe Iudas Simonis filius, Iscariotes, qui erat eum proditurus, Quare hoc vnguentum⁵ non vanijt trecentis denarijs, & datum est pauperibus? Dixit autem hoc, non quòd pauperum ipsi cura esset, sed quia fur erat,⁶ & marsupium habebat, & ea quæ intrò mittebantur, portabat. Dixit ergo Iesus, Sine eam: in diem sepulturae meae seruaui istud. Pauperes enim⁸ semper habebitis vobiscum, me vero non semper habebitis. Cognouit ergo turba multa ex Iudæis eum illic esse: & venerunt non propter Iesum tantum, sed etiam vt Lazarum viderent, quem excitarat à mortuis. Consultarunt autem¹⁰ principes Sacerdotum, vt Lazarum etiam trucidarent: Quia multi ex Iudæis propter eum abibant, & credebant in Iesum. Postero¹² die turba multa quæ venerat ad festum, quum audissent Iesum venire Hierosolyman, Acceperunt ramos palmarum, & egressi sunt ei obviam, & clamabant, Hosanna, Benedictus qui venit in nomine Domini, Rex Israelis. Nactus¹⁴ autem Iesus asellum, insedit ei, sicut scriptum est,

Matth. 21. 8

Marc. 11. 7

Luc. 19. 35

Ne

- 15 Ne time filia Sion : ecce, Rex ille tuus venit, se- ach 9. 9
 16 dens super pullum asinae. Hæc autem non cog-
 nouerunt discipuli eius primò : sed quum glo-
 rificatus esset Iesus, tunc recordati sunt hæc esse
 17 scripta de eo, & sese illi hæc præstitisse. Testaba-
 tur autem turba quæ erat cum eo, quòd Laza-
 rum vocasset è monumento, & excitasset eum à
 18 mortuis. Propterea etiam obuiam venit ei tur-
 19 ba, quia audierat eum edidisse hoc signum. Pha-
 risæi ergo dixerunt inter se, Videtis vos nihil
 20 proficere? ecce, turba eum sequitur. Erant au-
 tem quidam Græci ex ijs qui ascendere solebant
 21 vt adorarent in festo : Isti ergo venerunt ad
 Philippum qui erat à Bethsaida Galilææ, & ro-
 garunt eum, dicentes, Domine, vellemus Iesum
 22 videre: Venit Philippus & dicit Andrea: An-
 23 dreas rursus & Philippus dicunt Iesu, Iesus
 autem respondit eis, dicens, Venit tempus quò
 24 glorificetur Filius hominis. Amen, amen di-
 co vobis, nisi granum frumenti cadens in ter-
 ram, mortuum fuerit, ipsum solum manet: si ve-
 rò mortuum fuerit, multum fructum adfert:
 25 Qui amat animam suam, perdet eam: & qui o- Matth. 10. 39
 dit animam suam in hoc mundo, in vitam æter- & 16. 25
 26 nam custodiet eam. Si quis mihi ministrat, me Marc. 8. 35
 sequatur: & vbi ego fuero, illic & minister meus Luc. 9. 24
 erit. & si quis mihi ministrauerit, honorabit eum & 17. 33
 27 Pater. Nunc anima mea turbata est : & quid
 dicam? Pater, conserua me ab hac hora. sed pro-
 28 pterea veni in horam hanc. Pater glorifica no-
 men tuum. Venit ergo vox è caelo, dicens, Et
 29 glorificaui, & rursus glorificabo: Turba ergo
 quæ adstabat & audierat, dicebat tonitru esse fa-
 ctum. Alij dicebant, Angelus ei loquutus est.

Respondit Iesus & dixit, Non propter me hæc ³⁰
 vox extitit, sed propter vos. Nunc damnatio ³¹
 adest mundi huius: nunc princeps mundi huius
 eijcietur foras. Et ego, si sublatus fuero è terra, ³²
 omnes traham ad meipsum. (Hoc autem dice- ³³
 bat, significans qua morte futurum erat, vt mo-
 reretur.) Respondit ei turba, Nos audiuimus ³⁴
 ex Lege, ² Christum manere in æternum: quo-
 modo igitur tu dicis oportere tolli Filium ho-
 minis? quis est iste Filius hominis? Dixit igi- ³⁵
 tur eis Iesus, Adhuc ad paruum tempus ⁶ lux
 vobiscum est: ambulate dum lucem habetis, ne
 vos tenebræ deprehendant. nam qui ambulat in
 tenebris, nescit quò vadat. Dum lucem habe- ³⁶
 tis, credite in lucem, vt filij lucis sitis. Hæc lo-
 quutus est Iesus: & quum abiisset, occultauit
 se ab eis. Quum autem tot signa coram eis e- ³⁷
 didisset, non credebant in eum: Vt sermo E- ³⁸
 saia prophetae impleretur, què dixit: Domine,
 quis credidit sermoni nostro, & brachium Do-
 mini cui resectum est? Propterea non poterant ³⁹
 credere, quia iterum dixit Esaias. ⁴⁰ Excacauit
 oculos eorum, & obdurauit corda eorum: ne
 videant oculis, & intelligant corde, & conuer-
 tantur, & sanem eos. Hæc dixit Esaias quando ⁴¹
 vidit gloriam eius, & loquutus est de eo. Ve- ⁴²
 runtamen etiam ex primoribus multi credide-
 rant in eum: sed propter Phariseos non confi-
 tebantur, ne synagoga mouerentur. ⁴³ Dilexerunt
 enim gloriam hominum potius quàm gloriam
 Dei. Iesus autem clamauit, & dixit, Qui credit ⁴⁴
 in me, non credit in me, sed in eum qui misit me.
 Et qui conspicit me, conspicit eum qui misit me. ⁴⁵
 Et ego lux in mundum veni, vt nullus qui credit ⁴⁶
 in

Psal. 80. 37,

& no. 4, &

117. 2

Esa. 40. 8

Ezech. 37. 25

Supr. 1. 9

Esa. 53. 1

Rom. 10. 16

Esa. 6. 9

Matth. 13. 14

Marc. 4. 12

Luc. 8. 11

Acto. 18. 26

Rom. 11. 8

Supra 5. 44

Supra 3. 19,

& 9. 39

47 in me, in tenebris maneat. ² Et si quis audierit Supr. 3. 17
 verba mea, & non crediderit, ego non conde-
 mno eum. non enim veni vt conderanem mun-
 dum, sed vt seruem mundum. Qui reiecit me,
 nec recipit verba mea, habet qui condemnet i-
 psam: ³ sermo quem loquutus sum, ille iudi- Marc. 16. 26
 cabit eum vltimo illo die. Quia ego ex meipso
 non sum loquutus: sed qui misit me Pater, ipse
 50 mihi mandauit quid dicam & quid loquar. Et
 scio mandatum eius, vitam aeternam esse. quæ
 igitur ego loquor, prout dixit mihi Pater, ita
 loquor.

CAPVT XIII.

4. A cœna surgens Christus, 15. Humilitatem commen-
 daturus Apostolis, 5. pedes eorum lauat. 21. Prodito-
 rem Iudam, 26. certo signo denotat. 34. Charitatem
 commendat. 37. 39. Et Petro lapsum abnegationis
 prædicat.

1 Ante festum autem Paschæ, sciens Iesus ve- Matth. 26. 8
 nisse horam ipsius, vt transiret ex hoc mûdo Marc 14. 1
 ad Patrem, quum dilexisset suos qui erant in Luc 22. 8
 mundo, vsque ad finem dilexit eos. Et cœna
 facta, (quum diabolus iam immisisset in cor Iu-
 dæ filij Simonis, Iscariotæ, vt proderet eum.)
 3 Sciens Iesus Patrem omnia dedisse sibi in manus,
 4 & se à Deo prodijisse, & ad Deum abire: Surgit
 à cœna, & deponit pallium: & accepto linteo,
 5 præcinxit se. Deinde misit aquam in peluim, &
 cœpit lauare pedes discipulorum, & extergere
 6 linteo quo erat præinctus. Venit ergo ad Si-
 monem Petrum: qui dixit ei, Domine, tu mihi
 7 lauas pedes? Respondit Iesus & dixit ei, Quod
 ego facio, tu nescis nunc, cognosces autem, post-
 8 ca. Dicit ei Petrus, Non lauabis meos pedes

in aeternum. Respondit ei Iesus, Nisi lauerō te, nihil mecum habebis commune. Dicit ei Si-
 mon Petrus, Domine, non solum pedes meos, sed & manus & caput. Dicit ei Iesus, Qui lo-
 tus est, non opus habet, nisi ut pedes lauet, sed est purus totus, & vos puri estis, sed non omnes. Norat enim eum qui ipsum prodebat: propter ea dixit, Non estis puri omnes. Postquam ergo laussit pedes eorum, & pallium suum recepisset, rursus discumbens dixit eis, Intelligitis quid fecerim vobis? Vos me vocatis Magister & Domine, & rectè dicitis: sum enim. Itaque si ego laui pedes vestros dominus & magister, vos quoque debetis alij aliorum pedes lauare. Exemplum enim præbui vobis, ut prout ego feci vobis, ita & vos faciatis. Amen, amen dico vobis, seruus non est maior domino suo, neque legatus maior eo qui ipsum misit. Si hæc non ueritis, beati eritis, si ea feceritis. Non de omnibus vobis loquor: ego scio quos elegerim: sed oportet ut impleatur Scriptura, Qui edit mecum panem, sustulit aduersum me calcem suam. Iam nunc dico vobis priusquam fiat, ut quum factum fuerit, credatis me eum esse. Amen, amen dico vobis, quando aliquem misit, quisquis eum recipit, me recipit: qui autem me recipit, recipit eum qui me misit. Quum hæc dixisset Iesus, turbatus est spiritu, & testatus est, dixitque: Amen, amen dico vobis, vnus ex vobis prodeat me. Discipuli ergo aspiciebant alij ad alios, dubitantes de quo diceret. Erat autem quidam ex discipulis Iesu recumbens in sinu ipsius, nimirum is quem diligebat Iesus. Innuit ergo Simon Petrus, ut percontaretur quisnam

Infra. 13. 5

Infra 15. 20
 Matth. c. 24
 Luc. 6. 40

Psal. 41. 19

Matth. 10. 40
 Luc. 10. 16

Matth. 26. 21
 Marc. 14. 18
 Luc. 22. 21

25 quisnam esset de quo diceret. Ille verò incum-
 26 bens pectori Iesu, dicit ei, Domine, quis est? Re-
 spondit Iesus, Ille est, cui ego intinctam offulam
 dederò. Et quum intinxisset offulam, dedit Iu-
 27 dæ filio Simonis Iscariotæ. Et post sumptam
 offulam, ingressus est in eum Satanas. Dicit igi-
 28 turei Iesus, Quod facis, fac citò. Hoc autem
 nemo accumbentium intelligebat quorsum ei
 29 dixisset. Quidam enim putabant, quia marsu-
 pium habebat Iudas, Iesum ei dixisse, Em ea
 quibus opus est nobis ad festum: aut egenis ve
 30 aliquid daret. Ille ergo accepta offula, statim
 31 exiit: erat autem nox. Quum ergo exiisset,
 dixit Iesus, Nunc glorificatus est Filius homi-
 32 nis, & Deus glorificatus est in eo. Quòd si De-
 us glorificatus est in eo, Deus quoque glorifi-
 cabit eum in sese, & statim glorificabit eum.
 33 Filioli, adhuc paulisper vobiscum sum. quære-
 tis me: sed sicut dixi Iudæis, Quòd ego vado,
 vos non potestis venire: ita & vobis nunc dico.
 34 Mandatum nouum do vobis, vt alij alios di-
 ligatis: sicut inquam dilexi vos, vt etiam dili-
 35 gatis alij alios. Ex hoc omnes cognoscent vos
 esse discipulos meos, si charitatem habueritis a-
 36 lij in alios. Dicit ei Simon Petrus, Domine,
 quo abis? Respondit ei Iesus, Quòd ego abeo,
 non potes me nunc sequi: sequeris autè postea.
 37 Dicit ei Petrus, Domine, quare non possum te
 38 sequi nunc? animam meam pro te ponam. Re-
 spondit ei Iesus, Animam tuam pro me pones?
 Amen, amen dico tibi, non mittet vocem gal-
 lus, vsquequo ter me abnegaueris.

Supr. 7. 34

Infra 15. 12
 Leuit. 10. 18
 Matt. 22. 39
 1. Iohan. 4. 26

Matth. 26. 14
 Marc. 14. 30
 Luc. 22. 34

CAPVT XIII.

R 3

1. Con.

1. Consolatur discipulos suos. 2. 7. Diuinitatem suam
& fructum mortis suae exponens. 16. Consolatore n.
17. Spiritum promittens. 26. eius officium describit,
27. pacemque suam pollicetur.

NE turbetur cor vestrum : creditis in Deum, ¹
etiam in me credite. In domo Patris mei ²
habitationes multae sunt : alioqui dixissem vo-
bis. Proficiscor paraturus vobis locum. Et quum ³
profectus fuero, & parauero vobis locum, rur-
sum veniam, & assumam vos ad meipsum : vt vbi
sum ego, & vos sitis. Et quod ego abeam scitis, ⁴
& viam scitis. Dicit ei Thomas, Domine, ne- ⁵
scimus quod abeas : quomodo igitur possumus
viam scire? Dicit ei Iesus, Ego sum via, & veri- ⁶
tas, & vita. nemo venit ad Patrem, nisi per me.
Si nossetis me, Patrem etiam meum nossetis : & ⁷
iam nunc cognoscitis eum, & vidistis eum. Di- ⁸
cit ei Philippus, Domine, ostende nobis Pa-
trem, & sufficit nobis. Dicit ei Iesus, Tan- ⁹
tum tempus vobiscum sum, & non cognouisti
me? Philippe, qui vidit me, vidit Patrem, quo-
modo igitur tu dicis, Ostende nobis Patrem?
Non credis me in Patre & Patrem in me esse? ¹⁰
Verba quae ego loquor vobis, a meipso non lo-
quor : sed Pater qui in me manet, ipse facit o-
pera. Credite mihi me in Patre, & Patrem in ¹¹
me esse : sin minus, propter ipsa facta credite
mihi. Amen, amen dico vobis, qui credit in ¹²
me, opera quae ego facio, & ipse faciet, & maio-
ra ijs faciet. Nam ego ad Patrem proficiscor.
¹³ Et quicquid petieritis in nomine meo, hoc ¹³
faciam : vt glorificetur Pater in Filio. Si quid ¹⁴
petieritis in nomine meo, ego faciam. Si di- ¹⁴
xeritis me, mandata mea seruate. Ego autem ¹⁵
rogabo

Infr. 16. 23

Math. 7. 7

Matth. 11. 24

Iac. 4. 5

- rogabo Patrem, & alium consolatorem dabit
 17 vobis, vt maneat vobiscum in æternum: Nempe
 Spiritum illum veritatis quem mundus non
 potest recipere, quia non videt eum, nec nouit,
 eum: vos autem cognoscitis eum, quia apud
 18 vos manet, & in vobis erit. Non relinquam
 19 vos orbos: redibo ad uos. Adhuc paululum,
 & mundus me non amplius conspiciet. vos au-
 tem conspicietis me: quia ego uiuo, & vos uiue-
 20 tis. In illo die vos cognoscetis me esse in Pa-
 21 tre meo, & vos in me, & me in vobis. Qui tenet
 præcepta mea, & seruat ea, is ille est qui diligit
 me: qui autem diligit me, diligetur à Patre
 meo: & ego diligam eum, & conspiciam ei ex-
 22 hibebam me ipsum. Dicit ei Iudas, non ille Isca-
 riones, Domine, quid est cur te sis nobis conspi-
 23 cum exhibiturus, & non mundo? Respondit
 Iesus, & dixit ei, Si quis diligit me, sermonem
 meum seruabit: & Pater meus diliget eum,
 & ad eum veniemus, & apud eum manebimus.
 24 Qui non diligit me, sermones meos non ser-
 uat: & sermo quem auditis, non est meus, sed
 25 eius qui misit me Patris. Hæc loquutus sum
 26 vobis, apud vos manens. ^{Infra. iij. 26} Consolator autem ^{1ac. 1. 5}
 ille, id est, Spiritus sanctus, quem mittet Pater,
 in nomine meo, ille vos docebit omnia, & sug-
 27 geret vobis omnia quæ dixi vobis. Pacem
 relinquo vobis, pacem illam meam do vobis:
 non prout mundus dat, ego do vobis. Ne turbe-
 28 tur cor vestrum, neque formidet. Audiuistis
 me dixisse vobis, Abeo, & redibo ad vos. Si di-
 ligeretis me, gauderetis vtique quòd dixerim,
 Proficiscor ad Patrem: nam Pater maior me
 29 est. Et nunc dixi vobis priusquam fiat, vt quum
 factum

factum fuerit, credatis. Non loquor amplius 30
 multo vobiscum: venit enim princeps mundi
 huius, & in me non habet quicquam. Sed hæc 31
 fiunt vt cognoscat mūdus me diligere Patrem.
 prout autem mandauit mihi Pater, ita facio.
 Surgite, abeamus hinc.

CAPVT XV.

1. Vitis 2. & palmitum similitudine 5, 6. ostendit quomodo discipuli fructum ferre possint. 12. 17. Diuisionem mutui commendat, 18. Ad patientiam in afflictionibus, 20. suo exemplo adhortatur.

EGO sum vitis illa vera, & Pater meus agricola 1
 illa est. 2. Omnem palmitem in me non ferentem 2
 fructum, tollit: & omnem qui fert fructum, 3
 purgat, vt plus fructus adferat. 4. Iam vos puri 3
 estis propter sermonem quem loquutus sum
 vobis. Manete in me, & ego in vobis. sicut pal- 4
 mes non potest ferre fructum à semet ipso, id
 est, nisi manserit in vite: ita nec vos, nisi in me 5
 manseritis. Ego sum vitis, vos palmites: is qui 5
 manet in me, & in quo ego maneo, hic fert fru-
 ctum multum. nam absque me nihil potestis fa-
 cere. 6. Nisi quis in me manserit, eiectus extra 6
 vineam, statim vt palmes arefcet: deinde cogun-
 tur isti palmites, & in ignem abiiciuntur, & ar-
 dent. Si manseritis in me, & verba mea in vobis 7
 manserint, 8. quicquid volueritis perite, & fiet
 vobis. In hoc glorificatus est Pater meus, vt 8
 fructum multum adferatis: & eritis mei disci-
 puli: Prout dilexit me Pater, ita & ego dilexi 9
 vos: manete in illa mea charitate. Si mandata 10
 mea seruaueritis, manebitis in charitate mea: si-
 cut & ego Patris mei mandata seruauit, & maneo
 in

Matth. 15. 13

Supra 13. 11

Col. 1. 13

1. Iohan. 3. 22

11 in eius charitate. Hæc loquutus sum vobis vt
 12 gaudium illud meum in vobis maneat, & gau-
 13 dium vestrum impleatur. ^{Supra 13. 14} Hoc est præceptum
 14 meum, vt diligatis alij alios, prout dilexi vos. ^{i Thes. 4. 9}
 15 ^{1 Ioha. 3. 12} Maiorem hac charitatem nemo habet, vt quis
 16 animam suam ponat pro amicis suis. Vos amici
 17 mei eritis, si feceritis quæcunque ego mando vo-
 18 bis. Non amplius dicam vos seruos: quia ser-
 19 uus nescit quid faciat dominus eius: vos autem
 20 dixi amicos, quia omnia quæ audiui à Patre
 21 meo, nota feci vobis. Non vos me elegistis, sed
 22 ego elegi vos, & constitui vos, ^{Matth. 28. 19} vt abeuntes fru-
 23 ctû adferatis, & fructus vester maneat: vt qui-
 24 quid petieritis à Patre in nomine meo, det vo-
 25 bis. Hæc mando vobis, vt diligatis alij alios.
 26 Si mundus vos odit, scitis me prius quàm vos
 27 illis odio habitum. Si ex mûdo fuissetis, mun-
 28 dus quod suum est amaret: quia verò ex mun-
 29 do non estis, sed ego elegi vos ex mundo, pro-
 30 pterea odit vos mundus. Mementote sermo-
 31 nis quem ego dixi vobis, ^{Supra 13. 16} Non est seruus maior
 32 domino suo. ^{Matth. 10. 24} si me persecuti sunt, & vos per-
 33 sequentur: si sermonem meum seruauerunt, & ^{Matth. 24. 2}
 34 vestrum seruabunt. ^{Infra 16. 4} Sed hæc omnia facient
 35 vobis propter nomen meum, quia non nouerûnt
 36 eum qui misit me. Si non venissem & loquu-
 37 rus essem eis, peccatum non haberent: nunc au-
 38 tem non habent quod prætexant peccato suo.
 39 Qui me odit, is etiam Patrem meum odit. Si
 40 opera non fecissem inter eos quæ nemo alius fe-
 41 cit, peccatum non haberent: nunc autem & vi-
 42 derunt, & oderunt & me & Patrem meum. Sed
 43 oportet vt impleatur sermo qui in Lege eorum
 44 scriptus est, ^{Psa. 35. 19} Oderunt me immeritò, Quum au-

Supra. 14. 26 tem venerit consolator ille² quem ego mittam
 Luc. 24. 49 vobis à Patre, (Spiritus inquam ille veritatis
 qui à Patre emanat) ille testabitur de me. Sed & 27
 vos testabimini, quia à principio mecum estis.

CAPVT XVI.

1. Crucem prædicit discipulis, 7. Consolatorum promittens, 8. 9. 13. eius officium describit. 21. Mulieri parenti afflictiones suorum comparat.

Supra 15. 2

HÆc loquutus sum vobis vt ne offendami-
 ni. Mouebunt vos synagogis : imò veniet 1
 tempus quum quilibet trucidabit vos, putabit
 se cultum præstare Deo. Et hæc facient vobis, 2
 quia non nouerunt Patrem, neq; me. 3 Sed hæc 4
 loquutus sum vobis, vt quum venerit tēpus il-
 lud, memineritis eorum, quòd ego hæc dixerim
 vobis hæc autem vobis à principio nō dixi, quia
 vobiscum eram. Nunc autem ab eo ad eum qui 5
 misit me, & nemo ex vobis interrogat me quò
 abeam. Sed quia hæc loquutus sum vobis, tristi- 6
 tia impleuit cor vestrum. Sed ego veritatem di- 7
 co vobis, expedit vobis vt ego abeam. nisi enim
 abiero, Consolator ille non veniet ad vos: sin au-
 tem profectus fuero, mittam eum ad vos. Et 8
 quū venerit ille, arguet mundū de peccato, & de
 iustitia, & de iudicio. De peccato quidem, eo 9
 quòd nō credidit in me: De iustitia verò, eo quòd 10
 ad Patrem abeam, & amplius non conspicietis
 me: De iudicio autem, eo quòd princeps huius 11
 mundi condemnatus sit. Adhuc multa habeo 12
 quæ vobis dicam, sed nunc non potestis porta-
 re. Quum autem venerit ille, id est, Spiritus ve- 13
 ritatis, deducet vos in omnem veritatem. non
 enim loquetur à semetipso, sed quæcunq; audi-
 erit loquetur, & quæ ventura sunt renuntiabit
 vobis.

vobis. ille me glorificabit, quia de meo accipiet,
 15 quod renuntiabit vobis. Omnia quæ habet Pa-
 ter, mea sunt: propterea dixi illum de meo acce-
 pturum, quod renuntiabit vobis. Paulisper, &
 16 non conspicietis me: & rursus paulisper, & vi-
 17 debitis me, quia ego vado ad Patrem. Dixerunt
 ergo quidam ex discipulis eius alij ad alios, Quid
 est hoc quod dicit nobis, Paulisper, & non con-
 spicietis me: & rursus paulisper, & videbitis me:
 18 & Quia ego vado ad Patrem? Dicebant ergo:
 Quid illud est quod dicit, Paulisper? nescimus
 19 quid loquatur. Cognovit autem Iesus, eos vel-
 le ipsum interrogare, & dixit eis, De hoc quæri-
 tis inter vos quod dixi: Paulisper, & non vide-
 bitis me: & iterum paulisper, & videbitis me?
 20 Amen, amen dico vobis, flebitis vos & lamenta-
 bimini, mundus autem gaudebit: vos verò tri-
 stes eritis, sed tristitia vestra euadet in gaudium.
 21 Mulier, quum parit, dolorem habet, quia venit
 hora eius: quum autem peperit puerulum, iam
 non meminit oppressionis, quod gaudeat ho-
 22 minem esse natum in mundo. Et vos igitur
 nunc quidem tristitia tenemini: sed rursus vi-
 debo vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium
 23 vestrum nemo tollet à vobis. Et illo die me
 non interrogabitis quicquam. Amen, amen
 dico vobis, quæcunque petieritis à Patre meo
 24 in nomine meo, dabit vobis. Usque adhuc
 non petijistis quicquam in nomine meo, petite,
 & accipietis, vt gaudium vestrum sit plenum.
 25 Hæc loquutus sum vobis per prouerbia: at ve-
 niet tempus quum iam non per prouerbia lo-
 quar vobis, sed apertè de Patre meo renuntiabo
 26 vobis. Illo die in nomine meo petetis: & non
 dico

Supr. 14. 13
 Matth. 7. 86
 21. 22
 Marc. 11. 24
 Luc. 11. 9
 Iac. 1. 5

dico vobis me rogaturum Patrem pro vobis.
 Ipse enim Pater amat vos, quia vos me amastis, ¹⁷
 & credidistis me à Deo exiuisse. ¹⁸ Exiui à Pa-
 tre, & veni in mundum: iterum relinquo mun-
 dum, & proficiscor ad Patrem. Dicunt ei di-
 scipuli eius, Ecce, nunc apertè loqueris, nec pro-
 uerbiū vllum dicis. Nunc scimus te scire o-
 mnia, nec opus est tibi, vt quis te interroget: per
 hoc credimus te à Deo exiuisse. Respondit eis ³¹
 Iesus, Nunc creditis? ³² Ecce, veniet tempus, & ³³
 iam venit, quum dispergemini vnusquisque ad
 suos, meque solum relinquetis. sed non sum so-
 lus: nam Pater mecum est. Hæc loquutus sum ³⁴
 vobis, vt in me pacem habeatis. in mundo op-
 pressionem habebitis: sed confidite, ego vicā
 mundum.

Matth. 26. 31

Mar. 14. 27

CAPVT XVII.

1. Orat Christus vt mutua sit illustratio gloriæ suæ &
 Patris. 9. Orat pro Apostolis. 20. & toto credentium
 grege.

HÆC loquutus est Iesus, & sustulit oculos
 in cælum, dixitque, Pater, venit hora illa,
 glorifica Filium tuum, vt & Filius tuus glorifi-
 cet te: ² Sicut dedisti ei auctoritatem in omnem
 carnem, vt quotquot dedisti ei, det eis vitam æ-
 ternam. Hęc est autem vita æterna, vt te solum ³
 cognoscant esse Deum verum, & quem misisti
 Iesum Christum. Ego te glorificaui in terra: ⁴
 opus consummaui quod dedisti mihi, vt face-
 rem: Nunc igitur glorifica me tu Pater apud ⁵
 te ipsum ea gloria, quam habui apud te prius
 quàm hic mundus existeret. Patefeci nomen ⁶
 tuum hominibus quos dedisti mihi selectos è
 mundo.

Matth. 28. 18

mundo. tui erant, & mihi eos dedisti, & sermo-
 7 nem tuum seruarunt. ² Nunc nouerūt omnia, Supr. 16. 27
 8 que dedisti mihi, à te esse. Quia uerba quæ tra-
 didisti mihi, tradidi eis: & ipsi acceperunt, &
 verè norunt me à te exiuisse, & crediderunt me
 9 à te missum esse. Ego pro eis rogo: non pro
 mundo rogo, sed pro ijs quos dedisti mihi, quia
 10 tui sunt. Et mea omnia, tua sunt, & tua, mea
 11 sunt: & glorificatus sum in eis. Et non sum
 amplius in mundo, sed hi sunt in mundo, & ego
 ad te uenio. Pater sancte, serua eos per nomen
 tuum, quos dedisti mihi, ut sint unum prout &
 12 nos. Quum essem cum eis in mundo, ego ser-
 uabam eos in nomine tuo: quos dedisti mihi,
 ego custodiui, & nemo ex eis periit nisi filius il-
 13 le perditionis: ² ut Scriptura impleretur. Nunc Psal. 109. 8
 14 habent gaudium meum plenum apud se. Ego
 tradidi eis sermonem tuum: & mundus eos o-
 dio habuit, quia non sunt ex mundo, prout &
 15 & ego non sum ex mundo. Non rogo, ut tol-
 16 las eos è mundo, sed ut serues eos à malo. Ex
 mundo non sunt, sicut & ego non sum ex mun-
 17 do. Sanctifica eos tua ueritate: sermo tuus ue-
 18 ritas est. Sicut me misisti in mundum, ita &
 19 ego misi eos in mundum. Et pro eis ego san-
 ctifico meipsum, ut sint & ipsi sanctificati per
 20 ueritatem. Non pro eis autem rogo tantum,
 sed & pro ijs qui per sermonem eorum creditu-
 21 ri sunt in me: Ut omnes unū sint sicut tu Pater
 in me, & ego in te, ut & ipsi in nobis unum sint:
 22 ut credat mundus me à te missum esse. Et ego
 gloriam quam dedisti mihi, dedi eis: ut sint u-
 23 num, sicut & nos unum sumus. Ego in eis, &

tu in me, vt sint perfecti in vnum, & vt cognoscat mundus me à te missum esse, teq; eos diligere sicut me dilexisti. ^{Supr. 12. 26} Pater, quos dedisti mihi, vt lim vt vbi sum ego, & illi sint mecum: vt conspiciant gloriam illam quam dedisti mihi, quia dilexisti me ante iacta mundi fundamenta. ^{Pa. 15} Pater iuste, mundus te non nouit: ego autem te noui, & hi nouerunt me à te missum esse. ^{Et 16} Et notum feci eis nomen tuum, & notum faciam: vt charitas qua dilexisti me, sit in eis, & ego in eis.

CAPVT XVIII.

1. Christi, a Iuda proditi, virtute, 6. milites in terram prosternuntur. 13. Christus ad Annam: hinc ad Caiphan ducitur. 22. 23. Ministri bacillo cæsus, quid responderit. 28. Pilato traditus, 30. regnum suum declarat.

HÆC quum dixisset Iesus, egressus est cum ^{Matth. 26. 30} discipulis suis trans torrentem Cedron, ^{Marc. 14. 32} vbi erat hortus, in quem introiuit ipse & discipulieius. ^{Luc. 22. 39} Nouerat autem eum locum etiam ^{1. Reg. 15. 13} Iudas qui prodebat eum, quia Iesus frequenter cum discipulis suis illuc conuenerat. ^{Matth. 26. 47} Iudas ergo quum accepisset cohortem, & à Pontificibus ^{Marc. 14. 43} ac Phariseis ministros, venit illuc cum laternis ^{Luc. 22. 47} & facibus & armis. Iesus itaque sciens omnia ⁴ quæ ventura erant in se, prodiens dixit eis, ⁵ Quem queritis? Responderunt ei, Iesum ⁶ Nazarenum. Dicit eis Iesus, Ego is sum. Stabat autem cum eis etiam Iudas qui prodebat eum. ⁷ Vt ergo dixit eis, Ego is sum, abierunt retrorsum, & ceciderunt humi. ⁸ Iterum ergo ⁹ rogauit eos, Quem queritis? Illi autem dixerunt,

7 sunt, Iesum Nazarenum. Respondit Iesus,
 8 Dixi vobis me eum esse. ergo si me queritis, fi-
 9 nite hos abire. Ut impleretur sermo quem di-
 xerat, ^{Supra 17. 13} Ex ijs quos dedisti mihi, non perdidit
 10 quenquam. Simon autem Petrus qui gladium
 habebat, eduxit eum, & percussit seruum Pon-
 11 tificis maximi, & abscidit auriculam eius dex-
 tram. erat autem nomen seruo Malchus. Dixit
 ergo Iesus Petro, Reconde gladium tuum in
 12 vaginam: annon bibam poculum quod dedit
 mihi Pater? Cohors igitur & tribunus, & mi-
 13 nistri Iudaeorum comprehenderunt Iesum, &
 14 vinxerunt eum. Et adduxerunt primū ad An-
 nam. (erat enim socer Caiaphae, qui erat Ponti-
 fex maximus anni illius) is vero misit eū vincitū
 ad Caiapham Pontificem maximum. Erat au-
 tem Caiaphas is ^{Supra. 11. 50} qui consuluerat Iudaeis expe-
 15 dire vnum hominem mori pro populo. ^{Matth. 26. 68} Se-
 quebatur autem Iesum Simon Petrus & alius ^{Marc. 14. 54}
 16 discipulus. discipulus vero ille notus erat Pon-
 tifici maximo, & simul introiit cum Iesu in au-
 lam Pontificis maximi. Petrus autem stabat ex-
 17 tra ad ostium. Exiit ergo discipulus ille alter
 qui erat notus Pontifici maximo, & loquutus est
 18 ostiariae, & introduxit Petrum. Dixit ergo Petro
 ancilla ostiaria, Nonne & tu ex discipulis es ho-
 19 minis istius? Dicit ille, Non sum. Stabant autē
 20 serui & ministri qui prunas congefserant, quia
 frigus erat, & calefaciebant se. erat autē cum eis
 etiam Petrus stans & calefaciens se. Pontifex ma-
 ximus ergo interrogavit Iesum de discipulis &
 20 doctrina ipsius. Respondit ei Iesus, Ego palam
 loquutus sum mundo: ego semper docui in
 synagoga & in templo, quod vndique Iudaei
 conue-

conueniunt, & in occulto loquutus sum nihil:
 Quid me interrogas? interroga eos, qui audi- 21
 erunt, quid sim ipsis loquutus: ecce, hi sciunt
 quæ dixerim ego. Hæc autem quum ipse di- 22
 xisset, vnus ex ministris qui adstabat, bacillo ce-
 cidit Iesum, dicens, Itæne respondes Pontifici
 maximo? Respondit ei Iesus, Si malè loquu- 23
 tus sum, testare de malo: sin bene, cur me cadis?
Matt. 26. 57 ² Miserat igitur eum Annas vinctum ad Caia- 24
Mar. 14. 59 pham Pontificem maximum. ³ Stabat autem 25
Luc. 22. 54 Simon Petrus, & calefaciebat se: dixerunt igitur ei,
Matt. 26. 69 Nonne & tu ex discipulis eius es? Negauit
Luc. 22. 55 ille, & dixit, Non sum. Dicit ei quidam ex ser- 26
 uis Pontificis maximi, cognatus eius cuius ab-
 sciderat Petrus auriculam, Nonne ego te vidi in
 horto cum eo? Rursus ergo negauit Petrus, & 27
Matth. 27. 2 statim gallus vocem misit. ² Ducunt ergo Ie- 28
Mar. 15. 1 sum à Caiapha in Prætorium. erat autem manè,
Luc. 25. 1 & ipsi non introierunt in Prætorium, ne pol-
Acto. 10. 28, luerentur, sed vt ederent Pascha. Exiuit ergo 29
& 11. 3 Pilatus ad eos foras, & dixit, Quam accusatio-
 nem adfertis aduersus hominem istum? Re- 30
 sponderunt & dixerunt ei, Nisi iste esset malefi- 31
 cus, non tradidissemus eum tibi. Dicit ergo eis 32
 Pilatus, Accipite eum vos, & secundum legem
 vestram condemnate eum. Itaque Iudæi dixerunt
Matth. 20. 19 ei, Nobis non licet occidere quenquam. ² Vt ser- 33
 mo Iesu impleretur, quem dixerat, significans
Matth. 27. 11 qua morte futurum erat, vt moreretur. ³ In- 34
Mar. 15. 2 troiuit ergo rursus in prætorium Pilatus, & vo-
Luc. 23. 3 cauit Iesum: dixitque ei, Tunc es Rex Iudæo-
 rum? Respondit ei Iesus, A teipso tu hoc dicis, 34
 an alij dixerunt tibi de me? Respondit Pila- 35
 tus, Num ego Iudæus sum? gens tua & prin-
 cipe

pes Sacerdotum tradiderunt te mihi: quid fe-
 36 cisti? Respondit Iesus, Regnum meum non est
 ex hoc mundo: si ex hoc mundo esset regnum
 meum, ministri mei certarēt, ne traderer Iudæis:
 37 nunc autem regnum meum non est hinc. Dixit
 ergo ei Pilatus, Num igitur rex es tu? Respon-
 dit Iesus, Tu dicis me regem esse, ego ad hoc na-
 tus sum, & ad hoc veni in mundum, vt dem te-
 stimonium veritati. Quisquis est ex veritate,
 38 audit vocem meam. Dicit ei Pilatus, Quid est
 veritas? Et quum hoc dixisset, rursus venit
 ad Iudæos, & dicit eis, Ego nullum inuenio cri-
 39 men in eo. Est autem vobis consuetudo, vt v-
 num dimittam vobis in Pascha: vultisne ergo
 40 dimittam vobis regem Iudæorum? Clamaue-
 runt ergo rursus omnes, dicentes, Non hunc,
 sed Barabbam. Erat verò iste Barabbas Iatro.

Matth. 27. 11

Mar. 15. 6

Luc. 23. 27

Act. 3. 14

CAPVT XIX.

1. Pilatus Christum flagellatum, 2. & spinis coronatū,
 4. liberare volens, 8. Iudæorum improbitate vincitur:
 16. crucifigendum tradit. 26. Iesus matrem Discipulo
 commendat: 30. aceto gustato, moritur. 34. mortui Iae-
 nis Ianeeta confoditur. 40. Sepelitur.

ΠΥΤΑΧΩ

1 Tunc ergo acceptum Iesum Pilatus flagel-
 2 lauit. Et milites contextam coronam è spi-
 nis imposuerunt capiti eius, & pallio purpureo
 3 induerunt eum. Et dicebant, Ave rex Iudæo-
 rum. Et bacillis eum cadebant. Exiuit ergo
 4 rursus Pilatus foras, & dixit eis, Ecce, adduco
 vobis eum foras, vt noueritis me nullum in eo
 5 crimen inuenire. Exiuit ergo Iesus foras, ferens
 spineam coronam, & purpureū pallium. Tum
 6 dicit eis Pilatus, Ecce homo. Quum ergo vi-
 dissent

Matth. 27. 26

Marc. 15. 18

dissent eum principes Sacerdotum & ministri,
 clamarunt, dicentes, Crucifige, crucifige. Di-
 cit eis Pilatus, Accipite eum vos, & crucifigite.
 ego enim non inuenio in eo crimen. Respon- 7
 derunt ei Iudæi, Nos legem habemus, & secun-
 dum legem nostram debet mori, quia Filium
 Dei se finxit. Quum ergo audiuisset Pilatus 8
 hunc sermonem, magis timuit. Et rursus ingres- 9
 sus est Prætorium, & dixit Iesu, Vnde es tu? Ie-
 sus autem responsum ei non dedit. Dicit er- 10
 go ei Pilatus, Mihi non loqueris? nescis me po-
 testatem habere crucifigendi te, & potesta-
 tem habere te absoluendi? Respondit Iesus, 11
 Non haberes potestatem aduersum me ullam,
 nisi tibi datum esset supernè. propterea qui
 me tradidit tibi, maius peccatum habet. Ex 12
 eo studebat Pilatus eum absoluere: Iudæi ve-
 rò clamabant, dicentes, Si hunc absolueris,
 non es amicus Cæsaris. quicumque se regem fa-
 cit, contradicit Cæsari. Pilatus ergo quum au- 13
 didisset hunc sermonem, adduxit foras Iesum, se-
 ditque pro tribunali, in loco qui dicitur Litho-
 strotos, Hebraicè autem Gabbatha. Erat autem 14
 pasche Paschæ, hora verò quasi sexta: tum di-
 cit Iudæis, Ecce rex vester. Illi verò clamauerunt, 15
 Tolle, tolle, crucifige eum. Dicit eis Pilatus, Re-
 gem vestrum crucifigam? Responderunt princi-
 pes Sacerdotum, Non habemus regem nisi Cæ-
 sare. Tunc ergo tradidit eum ipsis vt crucifi- 16
 geretur: Acceperunt autem Iesum, & abduxe-
 runt. Et ipse portans crucem suam venit in eum 17
 locum qui dicitur Caluarie, Hebraicè autem
 Golgotha. Vbi crucifixerunt eum, & cum eo a- 18
 lios duos, hinc & hinc, medium autem Iesum.

Matth. 27. 51
 Marc. 15. 25
 Luc. 23. 26

Scriptit

- 19 Scripsit autem etiam titulum Pilatus & imposuit cruci. Erat verò scriptum, IESVS NAZARENVS REX IVDÆORVM.
- 20 Hunc ergo titulum multi Iudæorum legerunt: quia prope civitatem erat locus ubi crucifixus erat Iesus. & erat scriptum Hebraicè, & Græcè, & Latinè. Dicebant ergo Pilato principes Sacerdotum Iudæorum, Ne scribito, Rex Iudæorum: sed illum dixisse, Rex sum Iudæorum. Respondit Pilatus, Quod scripsi, scripsi. ^{Mat. 27. 35} Milites ergo ^{Marc. 15. 14} quum crucifixissent Iesum, acceperunt eius vestimenta, (& fecerunt quatuor partes, unicuique militi partem) & tunicam. erat autem tunica infutilis, à summo contexta tota. Dixerunt ergo inter se, Ne findamus eam, sed fortiamur de illa cuius futura sit, ut Scriptura impleteretur, ^{Psal. 22. 29} dicens, ^{Mat. 27. 35} Partiti sunt vestimenta mea sibi, & super vestem meam iecerunt sortem. Milites igitur hæc fecerunt. Stabant autem iuxta crucem Iesu, mater eius & soror matris eius, Maria Cleopæ vxor, & Maria Magdalene. Quum vidisset ergo Iesus Matrem ac discipulum adstantem quem diligebat, dicit matri suæ, Mulier, ecce filius tuus: Deinde dicit discipulo, Ecce mater tua. Et ex illa hora recepit eam discipulus domum suam. Postea quum sciret Iesus reliqua omnia iam perfecta esse, ^{Psal. 69. 22} ut perficeretur Scriptura, ^{Mat. 27. 22} dixit, Sirio. Vas igitur illic erat positum aceto plenum. Illi verò impleverunt spongiam aceto, & hyssopo circumpositam admoverunt ori eius.
- 30 Quum ergo accepisset Iesus acetum, dixit, Consummatum est: & inclinato capite tradidit spiritum.
- 31 Iudæi ergo, ut non manerent in cruce corpora Sabbatho, quoniam erat Parasceue, (erat enim
- magnus

magnus dies illius Sabbathi) rogarunt Pilatum
 vt confringerentur eorum crura, ac tollerentur.
 Venerunt ergo milites, & prioris quidem latro-³²
 nis confregerunt crura, & alterius qui crucifi-
 xus fuerat cum eo: Ad Iesum autem quum ve-³³
 nissent, vt viderunt eum iam mortuum, nō con-
 fregerunt eius crura. Sed quidam ex militibus³⁴
 lancea latus eius fodit, & statim exiuit sanguis
 & aqua. Et qui vidit testatur, & verum est te-³⁵
 stimonium eius: ille inquam scit se vera dicere,
 vt & vos credatis. Facta sunt enim hæc, vt Scri-³⁶
 ptura impleretur, Non confringetur vllum
 os ipsius. Et rursus alia Scriptura dicit, Vi-³⁷
 debunt quem transfixerunt. Post hæc autem³⁸
 rogauit Pilatum Ioseph Arimathæensis (qui e-
 rat discipulus Iesu, sed occultus propter metū
 Iudæorum) vt tolleret corpus Iesu: quod per-
 misit Pilatus. Venit ergo & sustulit corpus Ie-
 su. Venit autem & Nicodemus, (is qui vene-³⁹
 rat ad Iesum nocte primū) ferēs mixturæ myr-
 rhæ & aloes libras quasi centum. Acceperunt⁴⁰
 ergo corpus Iesu, & obuinxerunt illud linteis
 cum aromatibus, sicut mos est Iudæis sepelire.
 In eo autem loco vbi fuerat crucifixus, erat hor-⁴¹
 tus, & in horto monumentum nouum, in quo
 nondum quisquam positus fuerat. Ibi ergo,⁴²
 propter Parasceuen Iudæorum, quodd monu-
 mentum illud propè esset, posuerunt Iesum.

Exod. 12. 46
 Num. 9. 12
 Zach. 12. 20
 Matth. 27. 57
 Marc. 15. 42
 Luc. 23. 50

Supr. 3. 2

CAPVT XX.

1. Maria nuntiat Christum resurrexisse. 3. Petrus & Io-
 hannes hoc visuri. 4. excurrunt. 15. Iesus Mariæ appa-
 ret, 19. & discipulis domi congregatis. 25. Thomas
 ante incredulus, 28. credit.

Primo

1 **P**rimo verò die hebdomadis, Maria Magda- Marc. 16. 1
 lene venit manè, quum adhuc tenebræ essent, Luc. 24. 1
 ad monumentum: videtque lapidem sublatum
 2 à monumento. Currit ergo & venit ad Simo-
 nem Petrum, & alterum illum discipulū quem
 amabat Iesus: & dicit eis, Sustulerunt Domi-
 num è monumento, & nescimus vbi posuerint
 3 eum. Exiit ergo Petrus, & alter ille discipulus,
 4 & venerunt ad monumentum. Currebant au-
 tem duo simul: sed alter ille discipulus præcur-
 rit citius Petro, venitque prior ad monumen-
 5 tum. Et incuruatus vidit posita lintea: non
 6 tamen introiuit. Venit ergo Simon Petrus se-
 quens eum, & introiuit in monumentum, &
 7 conspexit lintea ibi posita: Et sudarium quod
 fuerat super caput eius, nō cum linteis positum,
 8 sed seorsum inuolutum in vnum locum. Tunc
 ergo introiuit etiam alter ille discipulus, qui ve-
 nerat prior ad monumentum, viditque, & cre-
 9 didit. Nondum enim nouerant Scripturam, vi-
 10 delicet oportere eum à mortuis resurgere. Re-
 11 dierunt ergo discipuli ad suos. Matth. 28. 1
Marc. 16. 5 Maria autem
 12 flens stabat ad monumentum foris. Dum ergo
 fleret, incuruauit se in monumentum: Et con-
 spexit duos Angelos albatos, sedentes, vnum ad
 13 caput, & alterum ad pedes, illic vbi iacuerat cor-
 pus Iesu. Qui etiam dixerunt ei, Mulier, quid
 14 fleres? Dicit eis, Sustulerunt dominum meum,
 nec scio vbi posuerint eum. Et quum hæc di-
 15 xisset, conuersa est retrorsum, conspexitque le-
 sum stantem: nec sciebat Iesum esse. Dicit ei
 Iesus, Mulier, quid fleres? quem quæris? Illa, pu-
 rans hortulanum esse, dicit ei, Domine, si tu as-
 portasti eum, dicito mihi vbi posueris eum: &
 ego

ego eum tollam. Dicit ei Iesus, Maria. Contra 16
 uersa illa dicit ei, Rabboni, quod dicitur Magi-
 ster. Dicit ei Iesus, Ne me tangito: nondum e- 17
 nim ascendi ad Patrem meum: sed proficiscere
 ad fratres meos, & diceis, Ascendo ad Patrem
 meum & Patrem vestrum, & Deum meum &
 Deum vestrum. Venit Maria Magdalene an- 18
 nuntians discipulis se vidisse Dominum, eaque
 sibi dixisse. Quum ergo vespera esset die illo 19
 primo hebdomadis, & fores essent clausae illic
 ubi erant discipuli coacti propter metum Iu-
 daeorum, venit Iesus, stetitque in medio, & dixit
 eis, Pax vobis. Et quum hæc dixisset, ostendit eis 20
 manus ac latus suum. Gauisi sunt ergo discipu-
 li viso Domino. Dicit ergo eis iterum, Pax vo- 21
 bis: sicut misit me Pater, ita & ego mitto vos.
 Et quum hæc dixisset, afflauit, & dixit eis, Acci- 22
 pite Spiritum sanctum. Si quorum remiseritis 23
 peccata, remittuntur eis: si quorum retinueri-
 tis, retenta sunt. Thomas autem, vnus ex duo- 24
 decim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis
 quando venerat Iesus. Dixerunt ergo ei alij di- 25
 scipuli, Vidimus Dominum. Ille verò dixit eis,
 Nisi videro in manibus eius vestigium clauo-
 rum, & immisero digitum meum vestigio cla-
 uorum, & immisero manum meam lateri eius,
 nequaquam credam. Octo igitur post diebus 26
 rursus erant discipuli eius intus, & Thomas
 cum eis: venit Iesus foribus clausis, & stetit in
 medio, & dixit, Pax vobis. Deinde dicit Tho- 27
 me, Infer digitum tuum huc, & vide manus meas:
 & profer manum tuam, & immitte lateri meo: &
 nec esto in credulus, sed credens. Respondit au- 28
 tem Thomas, & dixit ei, Dominus meus & De-
 us meus

29 us meus es. Dicit ei Iesus, Quia vidisti me, Tho-
 ma, credidisti : beati qui non viderunt, & credi-
 30 derunt. Multa igitur etiam alia signa edidit Iesus in discipulorum suorum conspectu, quæ
 Ioh. 21. 25
 31 non sunt scripta in hoc libro. Hæc autem scri-
 pta sunt, vt credatis Iesum esse Christum Fili-
 um Dei, & vt credentes, vitam habeatis per no-
 men eius.

CAPVT XXI.

1. Iesus piscantibus Apostolis apparet, 6. 7. quem mi-
 raculo captorum piscium agnoscunt. 15. Petro ouium
 curam committit, 18. mortisque genus eidem prænuntiat.

1 P O S T E A patefecit se rursus Iesus discipulis ad
 2 mare Tiberiadis. patefecit autem sic : Erant
 simul Simon Petrus & Thomas qui dicitur
 Didymus, & Nathanael qui erat ex Cana Gali-
 lææ, & filij Zebedæi, alijque ex discipulis eius
 3 duo. Dicit eis Simon Petrus, Abeo piscatum.
 Dicunt ei, Imus & nos tecum. Profecti sunt,
 & ascenderunt in nauigium statim : & illa no-
 4 cte nihil ceperunt. Mane autem iam exorto
 stetit Iesus in littore : non tamen cognouerunt
 5 discipuli Iesum esse. Dicit ergo eis Iesus, Pue-
 ri, Num quid opsonij habetis ? Responderunt
 6 ei, Non. At ille dicit eis, Iacite rete in dextram
 nauigij partem, & inuenietis. Iecerunt ergo,
 & non amplius poterant illud trahere præ mul-
 7 titudine piscium. Dicit ergo discipulus ille
 quem diligebat Iesus, Petro, Dominus est. Si-
 mon ergo Petrus quum audisset Dominum es-
 se, amiculum succinxit, (erat enim nudus) & ab-
 8 jecit se in mare. Alij autem discipuli nauigio
 S 4 vene.

venerunt, (non enim longè aberant à terra, sed circiter cubitis ducentis) trahentes rete plenum piscium. Ut ergo descenderunt in terram, vident prunas positas, & piscem impositum, & panem. Dicit eis Iesus, Adferte ex piscibus quos modo cepistis. Ascendit Simon Petrus, & traxit rete in terram plenum magnis piscibus, centum quinquaginta tribus: & quum tot essent, non est fissum rete. Dicit eis Iesus, Venite, prandete. Nullus autem discipulorum audebat eum interrogare, Tu quis es? quum scirent Dominum esse. Venit ergo Iesus, & accipit panem, & dat eis, & piscem similiter. Hac iam tertia vice patefactus est Iesus discipulis suis, quum resurrexisset à mortuis. Quum ergo prandissent, dicit Simoni Petro Iesus, Simón fili Ionæ, diligis me plus quàm hi? Dicit ei, Etiam Domine: tu nosti quòd amem te. Dicit ei, Pasce agnos meos. Dicit ei rursum secundo, Simón fili Ionæ, diligis me? Air illi, Etiam Domine: tu nosti quòd amem te. Dicit ei, Pasce oues meas. Dicit ei tertio, Simón fili Ionæ, amas me? Tristis fuit Petrus, quod tertio dixisset ipsi, Amas me? Dixit quæ ei, Domine, tu omnia nosti, tu nosti quòd amem te. Dicit ei Iesus, Pasce oues meas. Amen, amen dico tibi, quum esses iunior, cingebas te, & ibas quòd volebas: quum autem senueris, extends manus tuas, & alius te cinget, & transferet quòd noles. Hoc autem dixit, significans qua morte glorificaturus esset Deum. Et quum hoc dixisset, dicit ei, Sequere me. Conuersus Petrus videt illum discipulum quem diligebat Iesus, sequentem, qui & recubuerat in cœna super pectus eius, & dixit,

Supr. 13. 15

21 rat, Domine, quis est ille qui te prodit? Hunc
 ergo quum vidisset Petrus, dicit Iesu, Domine,
 22 hic autem quid? Dicit ei Iesus, Si velim cum
 manere donec veniam, quid ad te? tu me seque-
 23 re. Exijt ergo sermo iste inter fratres, discipu-
 lum illum non moriturum: sed non dixerat ei
 Iesus, Non morietur: sed, Si eum velim mane-
 24 re donec veniam, quid ad te? Hic est discipu-
 lus ille qui de his testatur, & hæc scripsit: & sci-
 25 mus verum esse testimonium eius. ^{Supr. 20. 30} Sunt au-
 tem & alia multa quæ fecit Iesus, quæ si scriban-
 tur sigillatim, ne mundum quidem ipsum o-
 pinor capturum eos qui scriberentur libros.
 Amen.

ACTA SANCTO- RVM APOSTOLORVM.

CAPVT I.

1. Continuat Lucas hanc historiam ad finem Euange-
 lium. 9. Sublato in cælum Christo, 10. Apostoli. 11. mor-
 nentibus Angelis, 12. reuersi, 14. Precibus incumbunt.
 15. petri instinctu, 18. Iudæ proditoris loco, 23. Mate-
 thias eligitur.

1 **P** R I M V M quidem librum confeci, Theo-
 phile, de omnib. quæ cœpit Iesus & facere
 2 & docere, Ad eum vsque diem quo, quum
 mādata dedisset Apostolis per Spiritū sanctum,
 3 quos elegerat, sursum receptus est. Quibus et-
 iam seipsum, postquam ipse passus fuit, repræ-
 sentarat viuum multis indubitatis signis, per
 dies quadraginta conspectus ab eis, & dicens
 4 quæ ad regnum Dei spectant. Et congregans
 S 5 eos,

Luc. 24. 49 eos, ⁶ denuntiavit eis ne abscederent Hierosoly-
 Iohan. 14. 25 mis, sed ut expectarēt promissum Patris, Quod,
 Matth. 3. 11 inquit, audistis ex me. Nam ⁷ Iohannes bapti-
 Marc. 1. 8 zavit quidē aqua, vos autem baptizabimini Spi-
 Luc. 3. 16 ritu sancto istis non multis post diebus. Quum ⁶
 Iohan. 1. 26 igitur illi convenissent, interrogarunt eum, di-
 Infra. 2. 2 & 11. 16. & centes, Domine, num hoc tempore restitues re-
 29-4 gnum Israel? Dixit autem ad illos, Non est ve-
 Infra. 2. 2 strum nosse tempora siue opportunitates, quas
 Pater in sua ipsius autoritate posuit. ⁸ Sed reci-
 pietis virtutem Spiritus sancti, postquam super-
 Luc. 24. 52 vltimas terras. ⁹ Et quum hæc dixisset, aspici-
 entibus ipsis eleuatus est: & nubes susceptum
 eum abstulit ab oculis eorum. Et quum essent ¹⁰
 intentis in cælum oculis eo proficiscente, ecce,
 viri duo astiterunt illis albo vestitu: Qui & ¹¹
 dixerunt, Viri Galilæi, quid statis intuentes in
 cælum? hic Iesus qui sursum receptus est à vo-
 bis in cælum, ita veniet quemadmodum con-
 spexistis eum proficiscentem in cælum. Tunc ¹²
 reuersi sunt in Hierusalem à monte qui voca-
 tur Oliueti, qui est prope Hierusalem, distans
 itinere Sabbathi. Et quum introissent, ascen- ¹³
 derunt in cœnaculum vbi commorabantur &
 Petrus videlicet & Iacobus, & Iohannes & An-
 dreas, Philippus & Thomas, Bartholomæus &
 Matthæus, Iacobus filius Alphæi & Simon Ze-
 lotes, & Iudas Iacobi frater. Hi omnes perdu- ¹⁴
 rabant concorditer in oratione & deprecatione
 cum vxoribus & Maria matre Iesu, & cum ipsi-
 us fratribus. Et per eos dies assurgens Petrus ¹⁵
 in medio discipulorum, dixit, (erat autem tur-
 ba

ba capitum eodem loci quasi centum viginti)
 16 Viri fratres, oportuit impleri Scripturam hanc,
 quam prædixit Spiritus sanctus per os Dauid, Gal. 41. 10
 de Iuda, qui fuit dux viæ ijs qui comprehende- Iohan. 13. 18
 runt Iesum: Quia annumerabatur nobiscum,
 17 & sortitus erat partem ministerij huius. Is
 18 igitur acquisiuit agrum ex mercede iniustitiæ:
 & præcipitatus crepuit medius, & effusa sunt Matth. 27. 5
 19 omnia viscera eius. Innotuitque omnibus ha-
 bitantibus Hierosolymæ: adeo vt vocetur ager
 ille propria ipsorum lingua, Aclodama, hoc est
 20 ager sanguinis. Scriptum est enim in libro Psal. 69. 36
 Psalmorum, ² Fiat commoratio eius deserta, Psal. 109. 8
 & non sit qui habitet in ea. ³ Et, Episcopatum
 21 eius accipiat alius. Oportet igitur ex ijs viris
 qui nobiscum conuenerunt toto tempore quo
 Dominus Iesus munere suo functus est inter
 22 nos, Exorsus à Baptismo Iohannis, ad eum
 vsque diem quò sursum receptus est à nobis,
 vnum fieri nobiscum testem resurrectionis e-
 23 ius. Statuerunt igitur duos, Ioseph qui voca-
 batur Barsabas, qui cognominatus est Iustus,
 24 & Matthiam: Et precantes dixerunt, Tu Do-
 mine, qui corda omnium nosti, ostende vtrum
 25 elegeris ex his duobus, Vt accipiat sortem mini-
 sterij huius & Apostolatus, à quo aberrauit Iu-
 26 das, vt abiret in locum suum. Iecerunt igitur
 sortes eorum: & cecidit sors super Matthiam,
 qui communibus calculis allectus est cum vn-
 decim Apostolis.

CAPVT II.

1. Apostoli, 4. Spiritu sancto repleti, 8. diuersis linguis
 loquuntur. 13. Ebrietatis notam, 15. Petrus tollit: 34.
 Christum Messiamque esse docet. 37. Auditoribus
 confirmatis, 38. poenitentiam suadet.

Quum

QUum autem aduenisset dies Pentecostes, e-
 rant omnes cōcorditer eodem loci. Tum
 extitit repente è cælo sonitus, tanquam ruentis
 flatus violenti, qui repleuit totam domum, vbi
 erant sedentes: Et visæ sunt eis dispersitæ lin-
 guæ instar ignis, qui etiam sedit super vnum-
 quenque eorum. Repleti sunt autē omnes Spi-
 ritu sancto, cœperuntque loqui alijs linguis,
 prout Spiritus ille dabat eis eloqui. Erant
 verò Hierosolymis commorantes Iudæi viri
 religiosi, ex omni natione eorum qui sub cælo
 sunt. Orro autem hoc rumore, conuenit mul-
 tudo, & confusa est, quòd audiret vnusquisq;
 propria lingua sua eos loquentes: Obstupesce-
 bant autem omnes, ac mirabantur, dicentes alijs
 ad alios, Nōne ecce omnes isti qui loquuntur,
 Galilæi sunt? Quomodo igitur nos audimus
 eos sua quisq; lingua in qua nati sumus? Par-
 thi & Medi & Elamitæ, & qui incolimus Meso-
 potamiam, Iudæamque & Cappadociam, Pon-
 tum & Asiam, Phrygiam & Pamphyliam, Ae-
 gyptum & partes Lybiæ, quæ est secundum Cy-
 renen, & aduenæ Romani, Iudæique & profe-
 lyti. Cretes & Arabes, audimus eos loquentes
 nostris linguis magna Dei facta. Obstupe-
 scabant autem omnes, & hæsitabant, dicentes a-
 lius ad alium, Quid hoc rei esse possit? Alij ve-
 rò cauillantes dicebant, Vno dulci pleni sunt
 isti. Stans autem Petrus cum vndecim, sustulit
 vocem suam, & loquutus est eis, dicens, Viri Iu-
 dæi, vosque omnes qui habitatis Hierosolymis,
 hoc vobis notum esto, & aurib. percipite verba
 mea. Nō enim, vt vos existimatis, isti ebrii sunt,
 quā sit hora dici tertia: Sed hoc illud est quod
 dictum

dictum est per prophetam Ioel, ^{Ioel. 2. 18} Et erit vlti-
 mis temporibus, (dicit Deus) effundam ex Spi- ^{Heb. 4. 3}
 ritu meo in quamuis carnem: & prophetabunt
 filij vestri & filia vestra, & iuuenes vestri visio-
 nes videbunt, & seniores vestri somnia somnia-
 bunt. Et quidem super seruos meos & super an-
 cillas meas in diebus illis effundam de Spiritu
 meo, & prophetabunt. Et edam miracula in cae-
 lo sursum, & signa in terra deorsum, sanguinem
 & ignem, & vaporem fumi. Sol conuertetur in
 tenebras, & luna in sanguinem, priusquam veni-
 at dies ille Domini magnus & illustris. Et fu-
 turum est vt quicumq; inuocauerit nomen Do-
 mini, seruetur. Viri Israelitae, audite sermones
 istos: Iesum illum Nazarenum, virum à Deo
 approbatum apud vos praestantibus factis, &
 miraculis & signis, quae edidit per eum Deus in
 medio vestri, sicut & ipsi nostis, Hunc, inquam,
 definito consilio & providentia Dei deditum,
 quum accepissetis, manibus sceleratis cruci af-
 fixum interemistis. Quem Deus excitauit,
 solutis doloribus mortis, eo quod impossibile
 erat ipsum ab ea retineri. ^{Psal. 16. 8} Dauid enim dicit
 de eo, Prospiciebam Dominum coram me sem-
 per: quoniam est mihi ad dextram, ne concuti-
 ar. Propterea oblectatum est cor meum, & ex-
 ultauit lingua mea: atque adeo caro mea requi-
 escet in spe: Quoniam non derelinques animam
 meam apud inferos, nec fines Sanctum tuum sen-
 tire corruptionem. Notas mihi fecisti vias vi-
 tae: replebis me iucunditate in tui conspectu.
 Viri fratres, licet liberè dicere apud vos de patri-
 archa Dauid, cum & obijtse & sepultum esse, ^{1 Reg. 2. 10}
 & monumentum eius esse apud nos ad hunc ^{infra, 13. 36}
 vsque

vsque diem. Propheta igitur quum esset, & sciret ³⁰
 Deum iureiurando sibi iurasse, fore ut ex
 Psal. 132. 11 fructu lumbi ipsius, quod ad carnem attinet,
 Christum excitaret, quem collocaret super eius
 throno: Præsciens loquutus est de resurrectione
 Psal. 16. 10 Christi, non derelictam esse apud inferos
 Intra. 13. 35 animam eius, neque carnem eius sensisse corru-
 ptionem. Hunc Iesum excitauit Deus: cuius
 rei omnes nos sumus testes. Itaque dextera Dei
 euectus, & promissum Spiritum sanctum ade-
 ptus à Patre, effudit hoc quod vos nunc specta-
 tis & auditis. Neque enim Dauid ascendit in
 Psal. 110. 1 caelos: sed dicit ipse, Dixit Dominus Domino
 meo, sede ad dextram meam, Usquedum po-
 nam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.
 Certò sciat ergo tota domus Israel, hunc esse fa-
 ctum à Deo Dominum & Christum: hinc inquam
 Iesum quem vos crucifixistis. His autem auditis
 compuncti sunt corde, & dixerunt ad Petrum
 ac reliquos Apostolos, Quid faciemus viri fra-
 tres? Petrus autem ait ad eos, Respicite, & ba-
 ptizetur vnusquisque vestrum in nomine Iesu
 Christi in remissionem peccatorum: & accipie-
 tis donum Spiritus sancti. Vobis enim facta est
 promissio, & liberis vestris, & omnibus qui lō-
 gè sunt, quoscunq; videlicet aduocauerit Domi-
 nus Deus noster. Alijsq; sermonibus plurimis
 obtestabatur, & exhortabatur eos, dicens, Ser-
 uamini ex natione ista praua. Qui ergo liben-
 ter exceperunt sermonem eius, baptizati sunt:
 & addita sunt Ecclesiae die illo capita quasi ter-
 mille. Erantq; perdurantes in doctrina Apo-
 stolorum & communicatione, & fractione pa-
 nis, & precibus. Obortus est autem omnibus
 timor:

timor: multaque miracula & signa per Aposto-
 44 los edebantur. Omnes autem qui credebant, e-
 rant eodem loci, & habebant omnia communia:
 45 Et possessiones ac facultates vendebant, & dis-
 pertiebant ea omnibus, prout cuique opus erat.
 46 Et quotidie perdurantes concorditer in templo
 ac frangentes domi panem, capiebant cibum
 47 cum exultatione & simplicitate cordis: Lau-
 dantes Deum, & habentes gratiam apud totum
 populum. Dominus autem addebat quotidie
 Ecclesie qui salui fierent.

CAPVT III.

i. Petrus cum Iohanne in templum ascendens, 2. Clau-
 dum sanat. 9. populo ad miraculum concurrenti. 12. Sa-
 lutis mysterium per Christum exponit, 4. ingratitude-
 nem eorum accusans, 16. & poenitentiam ab illis po-
 stulans.

1 CAETERUM Petrus & Iohannes simul ascen-
 debant in templum, sub horam precationis,
 2 nempe nonam. Quidam autem vir claudus ab
 utero matris suae portabatur: quem ponebant
 quotidie ad portam templi quae dicitur specio-
 3 sa, vt peteret eleemosynam ab ijs qui ingredie-
 bantur in templum. Is quum vidiisset Petrum
 ac Iohannem ingressuros in templum, rogauit
 4 vt eleemosynam acciperet. Intentis autem in eu-
 5 oculis Petrus cum Iohanne dixit, Aspice ad nos:
 6 Ille igitur attendebat eos, sperans se aliquid ab
 eis accepturum. Petrus autem dixit, Argentum &
 aurum non est mihi: quod autem habeo hoc
 7 tibi do: In nomine Iesu Christi Nazareni surge
 & ambula. Et prehensa manu eius dextera, ere-
 xit eum: illico vero confirmati sunt pedes ipsi.
 8 us ac malleoli. Et exiliens stetit, & ambulauit
 & in-

& ingressus est cum eis in templum, ambulans
 & saliens, & laudans Deum. Viditque eum to- 9
 tus populus ambulantem & laudantem Deum.
 Et agnouerunt eum esse, qui ad petendam elec- 10
 mosynam sedebat ad Speciosam portam templi:
 & impleti sunt pauore & stupore super eo
 quod ei contigerat. Quum teneret autem, qui 11
 sanatus fuerat claudus, Petrum & Iohannem,
 eucurrit totus populus ad eos in porticum que
 appellatur Solomonis, expauesfactus. Quo viso 12
 Petrus respondit populo, Viri Israelitæ, quid
 miramini super hoc, aut quid intentos oculos
 in nos habetis, quasi propria vi aut pietate effe-
 cerimus vt hic ambularet? Deus ille Abra- 13
 ham & Isaac & Iacob, Deus inquam Patrum
 nostrorum glorificauit Filium suum Iesum,
 quem vos prodidistis & abnegastis in conspe-
 ctu Pilati, quum ille iudicasset esse absoluen- 14
 dum. Vos autem sanctum illum & iustum 14
 abnegastis, & postulastis homicidam condona-
 ri vobis: Principem autem vitæ trucidastis, 15
 quem Deus excitauit à mortuis: cuius rei nos
 testes sumus. Et per fidem in nomen ipsius, 16
 hunc, quem conspicitis ac nostis, confirmauit
 nomen ipsius: fides inquam quæ per ipsum est,
 dedit isti integritatem hanc coram omnibus
 vobis. Sed nunc, fratres, scio vos per ignoran- 17
 tiam ista fecisse, sicut & primores vestros. Deus 18
 autem quæ prænuñtiauērat per os omnium
 Prophetarum suorum Christum passurum, ita
 impleuit. Resipiscite igitur, & conuertimini,
 vt deleantur peccata vestra: postquam venerint
 tempora refrigerationis à conspectu Domini.
 Et miserit prænuñtatum vobis Iesum Chri- 20
 stum:

21 **scum?** Quem oportet quidem caelo capi, usque
 ad tempora restitutionis omnium: quæ tempo-
 ra prædixit Deus per os omnium sanctorum
 22 suorum à seculo Prophetarum. Moses etenim
 ad Patres dixit, ^{Deut. 18. 18} Prophetam suscitabit vobis
 Dominus Deus vester ex fratribus vestris, sicut
 23 me: audietis eum in omnibus quæ loquutus
 fuerit vobis. Futurum est autem, ut quisquis
 non auscultarit Prophetam illum, disperdatur
 24 è populo. Sed & omnes Prophetæ à Samuele
 & ijs qui deinceps sequuti sunt, quotquot lo-
 25 quuti sunt, etiam prænuñtiarunt dies istos. Vos
 estis filij Prophetarum, & pacti quod pepigit
 Deus erga patres nostros, dicens ad Abraham,
 26 ^{Genes 12. 3} Et in semine tuo benedictionem consequen-
 tur omnes familiae terræ. ^{Galat. 3. 8} Vobis primùm Deus
 excitatum Filium suum Iesum misit, qui bene-
 diceret vobis, vnumquemq; auertendo ab ipsius
 sceleribus.

CAPVT IIII.

1. Petrus & Ioannes, 3. capti concilio sistuntur, 7. &
 19. Christi causam agunt intrepide. 24. Discipuli preces
 ad Deum fundunt 32. Multi possessiones suas vendunt.
 36. Inter quos & Barnabas numeratur.

1 **L**oquentibus autem ipsis ad populum, super-
 uenerunt Sacerdotes & præfectus templo &
 2 Sadducæi, Molestè ferentes quoddò docerent po-
 pulum, & annuntiarent in nomine Iesu resurre-
 3 ctionem ex mortuis. Et iniecerunt eis manus,
 posueruntque eos in custodiam in posterum
 4 diem. nam erat iam vespera. Multi verd eorum
 qui audierant sermonem, crediderunt: & factus
 est numerus virorum quasi quinquies mille.

T Factum

Factum est autem postero die, ut cogerentur
 primores eorum, & seniores, & Scribæ in Ieru-
 salem. Et Annas Pontifex maximus, & Caia-
 phas & Iohannes & Alexander, & quotquot e-
 rant ex genere Pontificio. Quñ igitur statuis-
 sent eos in medio, percontati sunt, Qua pote-
 state aut quo nomine vos hoc fecistis? Tunc Pe-
 trus repletus Spiritu sancto, dixit eis, Primores
 populi & seniores Israel, Quandoquidem de
 nobis hodie quaestio habetur super beneficio in
 hominem aegrotum collato, quomodo videlicet
 iste seruatus sit: Notum sit omnibus vobis &
 toti populo Israel, per nomen Iesu Christi Na-
 zareni, quem vos crucifixistis, quem Deus exci-
 tauit à mortuis, per hoc, inquam, istum ad stare
 in vestro conspectu sanum. Hic est lapis ille pro
 nihilo habitus à vobis adificantibus, qui factus
 est caput anguli. Nec est in alio quoquam salus:
 nec enim aliud nomen est sub caelo quod datum
 sit inter homines, per quod oporteat nos serua-
 ri. Conspecta verò Petri in dicendo libertate &
 Iohannis, compertoque homines esse illiteratos
 & idiotas, admirabantur, & agnoscebant eos
 cum Iesu fuisse. Illum verò videntes stantem
 cum eis qui sanatus fuerat, nihil poterant con-
 tradicere. Iussis autem ipsis extra concilium
 abire, conferebant inter se, Dicentes, Quid fa-
 ciemus hominibus istis? nam conspicuum si-
 gnum editum esse per eos, manifestum est omni-
 bus habitantibus in Hierusalem, nec possumus
 negare: Sed ne id amplius serpat in populum,
 minaciter interminemur eis, ne posthac vlli ho-
 minum loquantur in nomine isto. Itaque voca-
 tis ipsis, denuntiarunt ne omnino loquerentur,
 vel

Psal. 118. 22

Esa. 28. 16

Matth. 21. 42

Marc. 12. 10

Luc. 20. 17

Rom. 9. 33

1. Pet. 2. 7

19 vel docerent in nomine Iesu. Petrus autem &
 Iohannes respondentes, dixerunt eis, An apud
 Deum iustum sit, vobis potius auscultare quàm
 20 Deo, iudicate. Nō enim possumus, quæ vidimus
 21 & audiuius, non loqui. Illi verò, nō inuenien-
 tes quomodo punirēt eos, additis minis eos di-
 miserūt propter populum, quia omnes glorifi-
 cabant Deum super eo quod factum fuerat. An-
 22 norum enim erat amplius quadraginta homo-
 ille in quo editum fuerat signum istud sanatio-
 23 nis. Dimisi autem illi venerunt ad suos, & an-
 nuntiauerunt quæ principes Sacerdotum & se-
 24 niores ipsis dixerāt. Isti verò, quū hæc audissent,
 concorditer sustulerunt vocem ad Deum, dixe-
 rūtq; Domine, tu es Deus ille qui fecisti cælum
 25 ac terram, mare, & omnia quæ in eis sunt: Quī
 per os David pueri tui dixisti, ² Cur fremuerūt *Psalm. 2.1*
 26 gentes, & populi meditati sunt inania? Adsti-
 terunt reges terræ, & principes coacti sunt eō-
 dem loci aduersus Dominum, & Christum e-
 27 ius. Coacti sunt enim verè aduersus sanctum
 Filium tuum Iesum quem vnixisti, Herodes &
 Pontius Pilatus cum gentibus & populis Isra-
 28 el, Vt facerent quæcunq; manus tua & consili-
 29 um tuum pius definierat facienda. Nūc igitur
 Domine, intuere in minas eorum, & da seruis
 tuis, vt cum omni libertate loquātur sermonem
 30 tuum, Manu tua à te extensa ad sanandum,
 vtq; signa & miracula edantur per nomē sancti
 31 Filij tui Iesu. Quum autē peccati essent, commo-
 tus est locus in quo erant coacti: & repleti sunt
 omnes Spiritu sancto, & loquuti sunt sermonē
 32 Dei cum libertate. Multitudinis autem eorum
 qui crediderant, erat cor & anima vna: nec
 T 2 quis.

quisquam aliquid eorum quæ habebat, suum esse dicebat, sed erant eis omnia communia. Et Apostoli magna vi edebant testimonium resurrectionis Domini Iesu: & gratia magna erat super eos omnes. Nullus enim erat egens inter eos. quotquot enim erant possessores agrorum aut domorum, vendentes adferebant pretia eorum quæ vendita fuerant: Et deponebant ad pedes Apostolorum. distribuebatur autem hoc singulis prout cuique opus erat. Ioses ergo qui cognominatus est Barnabas ab Apostolis (quod est si interpreteris, filius consolationis) Cyprius genere, Quum haberet agrum, vendidit eum, & attulit pecuniam, deposuitque ad pedes Apostolorum.

CAPVT V.

1. Ananias ob fraudem interuersi precii, 15. exanimis corruit. 10. & Sapphira eius vxor. 2. per multa Apostolorum miracula, 14. Fides propagatur. 18. Carceri inclusos Apostolos 19. Angelus liberat: 26. & coram concilio Sacerdotum sistuntur, 35. Gamalielis consilio seruantur: 40. cæsi que, 41. Deum celebrant.

VIR autem quidam nomine Ananias, cum Sapphira vxore sua, vendidit possessionem: Et interuertit aliquid ex pretio, conscia etiam vxore sua: allatamque partem aliquam, ad pedes Apostolorum deposuit. Dixit autem Petrus, Anania, cur impleuit Satanas cor tuum, ut mentireris in Spiritum sanctum, & interuerteres ex pretio istius prædij? Nonne, si seruasses, manebat tibi: & venundatum in tua erat potestate? quid erat cur induceres in animum rem istam? non es mentitus hominibus, sed Deo. Audiens autem Ananias hos sermones, cecidit, &

& animam efflauit. Et obortus est timor ma-
6 gnus omnibus qui hæc audiebant; Surgentes
autem iuuenes corripuerunt eum, elatumque
7 sepelierunt. Intercessit autem ferme horarum
trium interuallum, quum vxor quoque ipsius,
8 nesciens quod factum fuerat, ingressa est: Dixit
autem ei Petrus, Dic mihi, num tanti prædium
9 vendidistis? Ipsa verò dixit, Etiam, tanti. Pe-
trus autem dixit ei, Quid est cur conuenerit in-
ter vos, vt tentaretis Spiritum Domini? ecce,
pedes eorum qui sepelierunt virum tuum, ad o-
10 stium adsunt, & efferent te. Illico verò cecidit
ad pedes eius, & animam efflauit. ingressi autem
iuuenes in uenerunt eam mortuam, & elatam se-
11 pelierunt iuxta virum suum. Et obortus est
timor magnus toti Ecclesie, & omnibus qui hæc
12 audiebant. Per manus autem Apostolorum
debantur signa & miracula multa in populo:
(& erant concorditer omnes in porticu Solo-
13 monis. Reliquorum autem nemo audebat ipsis
14 adherere: sed magnificabat eos populus. Ma-
gis autem accrescebat multitudo credentium in
15 Domino, virorum simul ac mulierum.) Adeo
vt in plateas efferrent agrotos, & ponerent in
lectis ac grabbatis, vt uenientis Petri vel umbra
16 inumbraret aliquem eorum. Conueniebat au-
tem etiam vulgus vicinarum urbium in Hieru-
salem, adducens agrotos ac vexatos à spiritibus
17 impuris: qui sanabantur omnes. Exurgens au-
tem Pontifex maximus, & omnes qui cum eo e-
rant (quæ est secta Sadducæorum) repleti sunt
18 inuidia: Et iniecerunt manus in Apostolos,
19 posueruntque eos in custodia publica. Sed An-
gelus Domini per noctem aperuit fores carce-

zis: eductisque illis, dixit, Ite, & stantes loqui- 20
 mini populo in templo omnia verba vitę huius.
 Illi verò quum hæc audissent, introierunt sub 21
 diluculum in templum, & docebant. Adueniēs
 autem Pontifex maximus, & qui cum eo erant,
 conuocauerunt concilium & vniuersum sena-
 tum filiorum Israel: miseruntq; in carcerem mi-
 nistros, à quibus illi adducerentur. Quum autē 22
 venissent ministri, non inuenerunt eos in carce-
 re: quod reuerſi annuntiauerunt, Dicentes, Car- 23
 cerem quidem inuenimus clausum quàm turris-
 simè, & custodes extrā stantes ante fores: quum
 aperuiſſimus autem, neminē intus inuenimus.
 Ut verò audierunt hos sermones & Pontifex 24
 maximus & præfectus templo, principesq; Sa-
 cerdotum, ambigebāt de illis, quónam hoc eua-
 surum esset. Adueniens autem quidam nuntia- 25
 uit eis, Ecce, viri quos conieceratis in carcerem,
 stant in templo, & docent populum. Tunc præ- 26
 fectus abiens cum ministris, adduxit eos, nō ta-
 men per vim. (timebant enim populum ne lapi-
 darentur.) Adductos autem eos statuerunt in 27
 cōcilio: & interrogauit eos Pontifex maximus,
 Dicens, Nōne etiam atque etiam denuntiaui- 28
 mus vobis ne doceretis in nomine isto? & ecce,
 repleuistis Hierusalem doctrina vestra, & vul-
 tis super nos inducere effusum sanguinem ho-
 minis istius. Respondens autem Petrus & A- 29
 postoli dixerunt, Obedire oportet Deo potius
 quàm hominibus. Deus Patrum nostrorum 30
 excitauit Iesum, quem vos interfecistis suspen-
 sum in ligno. Hunc inquam Deus dextra sua 31
 euectum constituit principem ac seruatorem,
 vt det resipiscētiā Israeli & remissionem pec-
 catorū.

32 catorum. Et nos sumus ei testes, horum quæ
 dicimus: atq; etiam Spiritus sanctus, quem de-
 33 dit Deus ijs qui obediunt ipsi. At illi his audi-
 tis fredebant, & consilium inibant eos inter-
 34 imendi. Surgens autem in concilio quidam
 Phariseus, nomine Gamaliel, Legis doctor, quæ
 totus populus in pretio habebat, iussit, vt pau-
 35 lisper abducerent foras Apostolos: Et dixit il-
 lis, Viri Israelitæ attendite vobis ipsis, quod ad
 36 istos homines attinet, quid facturi sitis. Nam
 ante hæc tempora exortus est Theudas, dicens
 se aliquem esse, cui adhaesit numerus virorum
 circiter quadringentorum: qui interemptus
 est, & omnes qui assensu sunt ei, dissoluti sunt,
 37 & ad nihilū redacti. Post hunc exortus est lu-
 das ille Galilæus temporibus descriptionis, & a-
 uertit populum multum post se: periit & ille, &
 38 omnes qui assensu fuerant ei, dispersi sunt. Et
 nunc dico vobis, abstinere ab hominibus istis, &
 finite eos: quoniam si est ex hominibus confi-
 39 lium siue opus hoc, dissoluetur: Sin ex Deo
 est, non poteritis dissoluere, ac nescio an etiam
 40 cum Deo pugnare comperiamini. Paruerunt
 autem ei: & quum aduocassent Apostolos, ca-
 fis denuntiarunt ne loquerentur in nomine Ie-
 41 su: & dimiserunt eos. Ipsi ergo gaudentes pro-
 fecti sunt à conspectu concilij, quod digni habi-
 ti essent qui pro nomine Iesu contumelia affice-
 42 rentur. Et quotidie in templo & domi non ces-
 sabant docere & euangelizare Iesum Christum.

CAPVT VI.

1. Apostoli 3. Ministrandi officium delegant 5. septem
 delectis viris: 8. Inter quos Stephanus fidei plenus, 12.
 12ptus, 13. violatæ Legis Moïsis accusatur.

CAETERAM pereos dies quum multiplicaren-
 tur discipuli, ortum est murmur Grecorum
 aduersus Hebraeos, quod ipsorum viduae despi-
 cerentur in ministerio quotidiano. Itaque
 duodecim illi, aduocata multitudine discipu-
 lorum, dixerunt, Non est æquum nos derelicto
 sermone Dei, ministrare mensis. Dispicite er-
 go, fratres, ex vobis viros septem, idoneo testi-
 monio ornatos, plenos Spiritu sancto & sapien-
 tia, quos præficiamus huic negotio: Nos ve-
 rò in precibus & administratione sermonis per-
 durabimus. Placuit autem hæc oratio toti
 presenti multitudini: & elegerunt Stephanum,
 virum plenum fide ac Spiritu sancto, & Phi-
 lippum, & Prochorum, & Nicanorem, & Ti-
 monem, & Parmenam, & Nicolaum profely-
 tum Antiochensem. Quos statuerunt in con-
 spectu Apostolorum: qui quum precati essent,
 imposuerunt eis manus. Itaque sermo Dei
 crescebat, & valde multiplicabatur numerus di-
 scipulorum in Hierusalem: multaque turba sa-
 cerdotum auscultabat fidei. Stephanus verò
 plenus fide ac potentia, edebat miracula & signa
 magna in populo. Exorti sunt autem quidam
 è synagoga quæ dicitur Libertinorum, & Cyre-
 næorum, & Alexandrinorum, & eorum qui sunt
 ex Cilicia & Asia, altercantes cum Stephano.
 Sed non potuerunt resistere sapientiæ & Spiri-
 tui per quem loquebatur. Tunc subiecerunt
 quosdam qui dicerent se audiuisse eum loquen-
 tem verba blasphema in Moysen & Deum. Com-
 moueruntque plebem & seniores & scribas: &
 eum adorti, correptum adduxerunt in concili-
 um. Statueruntque falsos testes qui dicerent,

Homo

Homo iste non cessat loqui, verba blasphemata
 14 aduersus locum hunc sanctum & Legem. Au-
 diuimus enim eum quum diceret, Iesum istum
 Nazarenum destructurum hunc locum, & mu-
 15 taturum ritus quos tradidit nobis Moses. Tunc
 intentis in eum oculis, omnes qui sedebant in
 concilio, viderunt faciem eius quasi faciem An-
 geli.

CAPVT VII.

1. Stephanus causam dicens ostendit electos a Deo sur-
 20. priusquam natus esset Moses, 47. & sta-
 4. Extremos vero omnes ritus ad ex-
 54. Stridentes dentibus
 59. lapidibus illum obruunt,

1 Dixit autem Pontifex maximus, Num hæc
 2 ita habent? Ipse verò dixit, Viri fratres &
 patres, audite, Deus ille gloriæ visus est patri
 nostro Abraham quum esset in Mesopotamia,
 3 priusquam habitaret in Charrhan: Et dixit ei,
 Exi è terra tua, & ex cognatione tua, & veni in
 4 terram quamcunque indicaro tibi. Tunc exijt
 è terra Chaldaeorum, & habitauit in Charrhan.
 Et illinc, postquam mortuus est pater eius, trās-
 tulit eum in terram hanc in qua nunc vos habi-
 5 tatis. Nec dedit ei possessionem in ea, ne vesti-
 gium quidem pedis: quamuis pollicitus esset se
 illam daturum ei obtinendā, & semini eius post
 6 eum, quum non haberet prolem. Loquutus
 autē est ita Deus, 'Erit, inquit, semen tuum in- Gen. 15. 13. 16
 quilinum in terra aliena, vbi seruituti subijcie-
 7 tur, & malè accipietur annis quadringentis. Sed
 gentem cui seruerint, puniam ego, dicit Deus:
 & post hæc exhibunt, & ipsi seruent mihi in lo-
 8 co isto. Deditque ei pactum Circumcisionis: Gen. 17. 9

- Gen. 21. 2 ¹ & ita Abraham genuit Isaac, & circumcidit e-
 um die octauo: ² Isaac autem genuit Iacob, ³ &
 Gen. 29. 33, Iacob duodecim patriarchas. Patriarchæ verò ⁹
 & 30. 5. & 35. inuidia moti ¹⁰ Iosephum vendiderunt abducen-
 23 dum in Aegyptum. sed erat Deus cum eo. Et e-
 Gen. 37. 28 ruit eū ex omnibus ipsius oppressiōibus, ¹¹ de-
 Gen. 41. 37 ditque ei gratiam & sapientiam coram Pharaone
 rege Aegypti, qui constituit eum præfectum
 Aegypti & toti domui suæ. Venit autem fa-
 Gen. 42. 1 mes in vniuersam terram Aegypti & Chanaan,
 & oppressio magna: & non inueniebant cibos
 Gen. 45. 4 Patres nostri. ¹² Quum audisset autem Iacob
 esse triticum in Aegypti, misit Patres nostros
 Gen. 46. 6 primū, ¹³ Et in secūda profectioe agnitus est
 Ioseph à fratribus suis, & innotuit Pharaoni ge-
 nus Ioseph. Missis autē nuntijs Ioseph accersit-
 Gen. 46. 6 suam, capitum septuagintaquinque. ¹⁴ Descendit
 Gen. 49. 33 ergo Iacob in Aegyptum, ¹⁵ obiitq; ipse & Patres
 nostri. Qui translati sunt in Sichem, & positi ¹⁶
 Gen. 50. 16 in sepulchro ¹⁶ quod emit Abraham pretio argenti
 à filijs Emmor filij Sichem. Quum autem ap-
 propinquaret tempus promissionis, cuius causā ¹⁷
 Deus iurauerat Abrahæ, creuit populus & mul-
 tiplicatus est in Aegypti, ¹⁸ Vsquequo exortus est
 alius rex qui non nouerat Ioseph. Hic aduersus ¹⁹
 genus nostrum ingeniosus, malè accepit Patres
 nostros, adeo vt exponerent infantes suos, ne so-
 bolesterent. Quo tempore natus est Moses, qui ²⁰
 fuit diuinitus venustus: & nutritus fuit tribus
 mensibus in domo patris sui. Expositum autem ²¹
 illum sustulit filia Pharaonis, & nutriuit eum
 sibi pro filio. Et eruditus est Moses omni sa- ²²
 pientia Aegyptiorum: eratque potens dictis &
 factis.

- 23 factis. Ut verò expletum est ei quadraginta annorum tempus, subiit in cor eius ut inuideret fratres suos filios Israel. ¹ Et quum vidisset quendam iniuria affici, tutatus est: & percussit Aegyptio, vindicauit eum qui opprimebatur.
- 24 Existimabat autem fratres suos intelligere, Deum per manum ipsius dare eis salutem. at illi non intellexerunt. ² Porro sequenti die visus est ipsis pugnantibus, & compulit eos in pacem dicens, Viri, fratres estis vos: cur alij alios iniuria afficitis? Is autem qui iniuria afficiebat proximum, repulit eum, dicens, Quis te constituit principem & iudicem super nos? Num t u me vis interimere, quemadmodum interemisti heri Aegyptium? Ad hunc autem sermonem Moses fugit, & factus est advena in terra Madiam, vbi genuit duos filios. Expletis verò annis quadraginta visus est ei in deserto montis Sinae Angelus Domini in flammeo igne rubi. Moses autem ut conspexit, admiratus est visum: & quum accederet ad considerandum, extitit ad eum vox Domini, dicentis, Ego sum Deus ille Patrum tuorum, Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob. Tremefactus autem Moses non audebat considerare. Dixit autem ei Dominus, Solue soleas pedum tuorum: locus enim in quo stas, terra sancta est. Vidi, vidi vexationem populi mei qui est in Aegypto, & suspiria eorum audiui, & descendi ut eruam eos: nunc ergo veni, mittam te in Aegyptum. Hunc Mosem quem abnegauerant, dicentes, Quis te constituit principem & iudicem? hunc inquam Deus principem & redemptorem misit, ductu Angeli qui visus fuerat ei in rubo. ³ Hic eduxit illos edictis miraculis

Exod. 2. 11.

Exod. 2. 16.

Exod. 3. 2.

Exod. 7. 8. 9.

3. 11. 14.

- miraculis & signis in Aegypto, & in rubro mari, & in deserto, annis quadraginta. Hic est
 Exod. 16. 1 ri, & in deserto, annis quadraginta. Hic est 37
 Deut. 18. 15 Moses ille qui dixit filiis Israel, & Prophetam
 Supr. 3. 21 suscitabit vobis Dominus Deus vester de fratri-
 Exod. 19. 2 bus vestris sicut me: cum audite. & Hic ille est 38
 qui fuit in congregatione in deserto, cum An-
 gelo qui loquebatur ei in monte Sina, & cum
 patribus nostris, qui que excepit viva cloquia
 quae nobis traderet. Cui noluerunt ausculta- 39
 re patres nostri, sed repulerunt eum, & auersi
 sunt corde suo in Aegyptum: Dicentes Aha- 40
 Exod. 32. 1 roni, & Fac nobis deos qui praeeant nobis. Mosi
 enim isti qui eduxit nos de terra Aegypti, nesci-
 mus quid contigerit. Et vitulum fecerunt per 41
 illos dies, obtuleruntque sacrificium idolo, &
 oblectarunt sese operibus manuum suarum.
 Auertit autem se Deus, & tradidit eos in serui- 42
 tutem exercitus caeli: sicut scriptum est in libro
 Amos. 5. 25 Prophetarum, & Num victimas & oblationes
 obtulistis mihi annis quadraginta in deserto
 domus Israel? Imò baiulastis tabernaculum Mo- 43
 loch, & sidus dei vestri Remphan, quas figuras
 fecistis, ut eas adoraretis: itaque transferam vos
 trans Babylonem. Tabernaculum testimonij 44
 fuit patribus nostris in deserto, prout praecepe-
 rat & is qui dixerat Mosi, ut faceret illud secun- 45
 dum exemplar quod viderat. & Quod etiam 45
 Exod. 25. 40 acceptum introduxerunt patres nostri cum Ie-
 Heb. 8. 5 su in possessionem Gentium, quas expulit De-
 Iosue 3. 14 us a conspectu Patrum nostrum, & usque ad dies
 2. Reg. 2. 16 David. Qui fuit in gratia apud Deum, petijt- 46
 Psal. 13. 3 que ut inueniret tabernaculum Deo Iacob.
 1. Reg. 6. 1 & Solomon autem aedificauit ei aedem. & Sed Ex- 47
 1. Par. 17. 12 celsissimus ille in manufactis templis non ha- 48
 Iudic. 17. 24 bitat,

49 bitat, sicut Propheta dicit, ¹ Cælum mihi thro- 31. 66. t
 nus est, terra autem scabellum pedum meorum.
 Quam ædem ædificabitis mihi? dicit Dominus:
 50 aut quis est locus quietis meæ? Nonne ma- Irem. 6. 26
 51 nus mea fecit hæc omnia? ² Duri ceruice, & in- Ezech. 44. 9
 circumcisi corde & auribus, vos semper Spiritui
 sancto obnitimini: sicut patres vestri, ita & vos.
 52 Quem Prophetarum non sunt persecuti pa-
 tres vestri? trucidarunt, inquam, eos qui præ-
 nuntiarunt aduentum Iusti illius, cuius nunc
 53 vos proditores & occisores fuistis: ³ Qui acce- Exod. 19. 1
 54 pistis Legem per dispositionem Angelorum,
 nec seruastis. Audientes autem hæc, frende-
 55 bant cordibus suis, & stridebant dentibus in e-
 56 um. Quum autem esset plenus Spiritu sancto,
 intentis in cælum oculis vidit gloriam Dei, &
 57 Iesum adstantem ad dextram Dei. Et ait, Ec-
 ce, conspicio cælos apertos, & Filium hominis
 58 adstantem ad dextram Dei. Exclamantes au-
 tem illi voce magna, continuerunt aures suas, &
 59 irruerunt concorditer in eum: Et eiecit eum
 ex urbe lapidabant: testes autem deposuerunt
 60 pallia sua ad pedes adolescentis qui vocabatur
 Saulus. Lapidarunt igitur Stephanum, inuo-
 cantem & dicentem, Domine Iesu suscipe spiri-
 tum meum. Positis autem genibus, clamauit
 voce magna, Domine, ne statuas eis hoc pecca-
 tum. Et quum hoc dixisset, obdormiuit.

CAPVT VIII.

1. Dum Stephanum iugent pii, 3. Saulus Ecclesiam va-
 stat. 4. Philippus Samariæ Christum prædicat. 9. Simo-
 nis magi 18. auaritia notatur. 26. Philippus. 27. Eu-
 buchum Aethiopem 38. baptizat.

SAulus autem cōsenserat in necem eius. Orta
 est verò per id tempus persecutio magna ad-
 uersus Ecclesiam quæ erat Hierosolymis : & om-
 nnes dispersi sunt per regiones Iudææ & Sama-
 riæ, præter Apostolos. Extulerunt autem vnà
 Stephanum viri religiosi, feceruntque plan-
 ctum magnum super eum. Saulus verò vastabat
 Ecclesiam, intrans in singulas domos : & tra-
 hens viros ac mulieres, tradebat eos carceri. Il-
 li igitur dispersi peragrabant regionem, euan-
 gelizantes sermonem Dei. Philippus verò quum
 deuenisset in urbem Samariæ, prædicabat eis
 Christum. Attendebant autem turbæ concor-
 diter ea quæ à Philippo dicebantur, audientes,
 & videntes signa quæ edebat. Spiritus enim im-
 puri ex multis qui eis tenebantur, exibant, cla-
 mantes voce magna : multi autem paralytici &
 claudi sanati sunt. Et gaudium magnum fuit
 in illa vrbe. Vir autem quidam nomine Simō,
 antea in vrbe illa exercuerat artem magicam, &
 gentem Samariæ obstupescerat, dicens se esse
 quempiam magnū. Quem attendebant omnes
 à minimo vsque ad maximum, dicentes, iste est
 virtus illa Dei magna. Attendebant autem eū,
 propterea quòd multo tempore magicis artibus
 eos obstupescerat. Quum verò credidissent
 Philippo euangelizanti quæ ad regnum Dei &
 nomen Iesu Christi pertinent, baptizabantur tū
 viri, tum mulieres. Simon verò & ipse credidit,
 & baptizatus perdurabat apud Philippum : &
 conspiciens signa & virtutes magnas eji, obstu-
 pescebat. Quum autem audissent Apostoli
 qui erant Hierosolymis, Samariam recepisse
 sermonem Dei, miserunt ad eos Petrum ac Io-
 hannem.

15 hānem. Qui quum descendissent, precati
sunt pro eis, vt acciperent Spiritum sanctum.
16 (Nondum enim in quenquam illorum illapsus
fuerat, sed baptizati tantum fuerant in nomine
17 Iesu) Deinde imposuerunt eis manus, & rece-
18 perunt illi Spiritum sanctum. Quum autē con-
spexisset Simon, per impositionem manuum A-
postolorum dari Spiritum sanctum, obtulit eis
19 pecunias, Dicens, Date etiam mihi potestatem
istam, vt cuiusque imposuero manus, recipiat
20 Spiritum sanctum. Petrus autem dixit eis, Ar-
gentum tuum tecum pereat, qui donum Dei ex-
21 isti maris pecunijs acquiri. Nō est tibi pars neq;
fors in hoc negotio: cor enim tuum non est re-
22 ctum in Dei conspectu. Respice igitur ab ista
malitia tua, & roga Deū, si fortē remittatur tibi
23 cogitatio cordis tui. Video enim te in selle a-
24 maritimo & nexu iniustitiæ positum. Respon-
dens autē Simon dixit, Precamini vos pro me a-
pud Dominū, nequid me inuadat istorum quæ
25 dixistis, Illi igitur testificati, & loquuti sermo-
nem Dei, reuersi sunt Hierosolymam, & multis
26 vicis Samaritanorum euangelizarunt. Angelus
autem Domini loquutus est Philippo, dicens,
Surge, & vade meridiem versus, ad viam quæ ab
Hierusalem descendit Gazam quæ est deserta.
27 Is igitur surgens profectus est, & ecce: quidam
Æthiops eunuchus, dynastes Candaces regi-
næ Æthiopum, qui præerat vniuersis illius o-
pibus, veneratque adoraturus in Hierusalem,
28 Reuertebatur sedens in curru suo, legebatque E-
29 saiam prophetam. Dixit autem Spiritus Philip-
30 po, Accede, & adiunge te ad currum istum. Ac-
currens autem Philippus audiuit eum legen-

Esa 53. 7

tem Esaiam prophetam, & dixit, Nempe intel-
 ligis quæ legis? At ille ait, Qui enim possum, nisi
 quis mihi præierit? Et precatus est Philippum, ut
 ascenderet, sederetque secum. Locus autem scrip-
 turæ quem legebat, hic erat, Vt ovis ad
 mactationem ductus est: & ut agnus coram suo
 tonsore mutus, ita non aperuit os suum. In ip-
 sius deiectione iudicium eius sublatum est: se-
 culum autem eius quis enarrabit? quoniam tol-
 litur è terra vita eius. Respondens autem Eu-
 nuchus Philippo, dixit, Rogo te, de quo Pro-
 pheta hoc dicit? de seipso, an de alio quopiam?
 Tum Philippus aperto ore suo, & incipiens à
 scriptura ista, euangelizauit ei Iesum. Quum
 verò pergerent in via, venerunt ad quandam a-
 quam: tum ait Eunuchus, En aquam: quid pro-
 hibet me baptizari? Dixit verò Philippus, Si
 credis ex toto corde, licet. Respondens autem
 ille dixit, Credo Filium Dei esse Iesum Christum.
 Iussitque sisti currum: ac descenderunt ambo
 in aquam, Philippus simul & Eunuchus: & il-
 le baptizauit eum. Quum autem ascendissent
 ex aqua, spiritus Domini rapuit Philippum,
 nec amplius vidit eum eunuchus. pergebat e-
 nim in via sua gaudens. Philippus autem in-
 uentus est Azoti: & præteriens euangelizauit
 urbibus, vsquedum veniret Cæsaream.

CAPVT IX.

1. Saulus Damascum petens 4. a Domino prosternitur. 10. Ananias mittitur, ut eum baptizet. 23. Iu-
 deorum insidias 25. per murum demissus euadit 31. Pe-
 trus AENEÆ paralytico medetur. 36. Tabitham defun-
 ctam 46. vitæ restituit.

Saulus

- 1 Saulus autem adhuc spirans minas ac cædem Rom. 9: 7.
 aduersus discipulos Domini, adiit Põtificem Galat. 1. 17
 2 maximum. Et petijt ab eo epistolas perferen-
 das Damascum ad synagogas: vt si quos inue-
 nisset huius sectæ tum viros tum mulieres, vin-
 3 ctos duceret Hierosolymam. Quum autẽ iter
 faceret, factum est vt appropinquaret Damasco:
 4 & repentẽ circumfulsit eum lux è cælo. Et *infra, 22. 6*
 quum cecidisset in terram, audiuit vocem di- *1. Cor. 15. 8*
 centem sibi, Saul, Saul, quid me persequeris? *2. Cor. 12. 2*
 5 Dixit autem, Quis es Domine? Dominus au-
 tem dixit, Ego sum Iesus, quem tu persequeris.
 6 durum est tibi contra stimulos calcitrare. Is ve-
 rò tremens & pauens dixit, Domine, quid me
 vis facere? Tum Dominus ad eum, Surge & in-
 gredere urbem, & dicetur tibi quid te oporteat
 7 facere. Viri autem illi, qui cum Saulo iter fa-
 ciebant, steterunt attoniti, audientes quidem e-
 8 ius vocem, neminem autem videntes. Surrexit
 autem Saulus è terra: apertisque oculis suis ne-
 minem videbat: itaque manu ducentes eum in-
 9 trodixerunt Damascum. Vbi fuit tribus die-
 bus, non videns: & non comedit, neque bibit.
 10 Erat autem quidam discipulus Damasci, nomi-
 ne Ananias, ad quem dixit per visum Dominus,
 Anania. Et ille ait, Ecce, ego adsum Domine.
 11 Tum Dominus ad eum, Surge, & proficiscere
 in vicum, qui vocatur Rectus, & quere in domo
 Iudæ Saulum quendam nomine, Tarsensem: ec-
 12 ce enim precatur. Et vidit per visum virum An-
 naniam nomine, introeuntem, & imponentem
 13 sibi manum vt visum reciperet. Respondit au-
 tem Ananias, Domine, audiui ex multis de viro
 isto, quot malis affecerit sanctos tuos in Hieru-
 salem.

salem. Quinetiam hoc loco habet potestatem ¹⁴
 à principibus Sacerdotum vincendi omnes qui
 inuocant nomen tuum, Dixit autem ad eum ¹⁵
 Dominus, Proficiscere: nam instrumentum
 electum est mihi iste, vt perferat nomen meum
 in conspectum Gentium, & regum, & filiorum
 Israel. Ego enim ostendam ei, quàm multa o- ¹⁶
 porteat eum pro nomine meo pati. Abijt igitur ¹⁷
 Ananias, & introiuit domum illã, & impositis
 manibus, dixit, Saul frater, Dominus misit me
 (Iesus, inquam, qui apparuit tibi in via qua ve-
 niebas) vt visum recipias, & implearis Spiritu
 sancto. Statim autem deciderunt ab oculis eius ¹⁸
 quasi squamae, & visum recipit illico: ac surgens
 baptizatus est. Quumq; cepisset cibum, corro- ¹⁹
 boratus est. Fuit autem Saulus cum discipulis
 qui erant Damasci, per dies aliquot. Et statim ²⁰
 in synagogis prædicauit Christum, nempe eum
 esse Filium Dei. Obstupescabant autem omnes ²¹
 qui eum audiebant, & dicebant, Nonne hic est
 qui populatus est in Hierusalem eos, qui inuo-
 cabant nomẽ istud, & huc idcirco venit, vt vin-
 ctos eos adduceret ad principes Sacerdotum?
 Saulus autem magis in ualescebat, & confunde- ²²
 bat Iudæos, qui habitabãt Damasci, collatis te-
 stimonijs demonstrans eum esse Christum. Ex- ²³
 pleto autem multo tempore, inierũt inter se Iu-
 dæi consilium illum interimendi. Sed intelle- ²⁴
 ctæ sunt Saulo insidiæ eorum. adseruabant au-
 tem portas die ac nocte, vt eum interimerent.
 Acceptum igitur eũ discipuli nocte, per murum ²⁵
 demiserunt, fune summissum in sporta. Quum ²⁶
 verò Saulus aduenisset Hierosolymam, tentabat
 se adiungere discipulis: sed omnes timebant
 eum,

27 eum, non credentes eum esse discipulum. Bar-
 nabas autem acceptum eum duxit ad Apostolos, & nar-
 ravit quomodo in via vidisset Dominum, qui
 loquutus esset ei, & quomodo Damasci liberè
 28 loquutus esset in nomine Iesu. Versabatur
 29 ergo cum eis in Hierusalem. Et liberè in no-
 mine Domini Iesu loquebatur, & disceptabat
 aduersus Græcos: illi verò conabantur eum
 30 interimere. Quod cum cognouissent fratres,
 deduxerunt eum Casaream, & miserunt Tar-
 31 sum. Ecclesiæ igitur per totam Iudæam & Ga-
 liliam & Samariam habebant pacem, & adifi-
 cabantur: & pergentes in timore Domini, & cõ-
 32 solatione sancti Spiritus, multiplicabatur. Fa-
 ctum est autem, ut Petrus, dum illas omnes peragra-
 ret, ascenderet etiam ad sanctos qui habitabant
 33 Lyddæ. Reperit autem illic quendam nomine
 Aeneam, ab annis iam octo decumbentem in
 34 grabbato, qui erat paralyticus. Et dixit ei Pe-
 trus, Aenea, sanet te Iesus Christus: surge, & ster-
 35 ne tibi ipsi. Is autem statim surrexit. Et viderunt
 eum omnes qui incolebant Lyddam & Saronam,
 36 qui conuersi sunt ad Dominum. Ioppæ autem
 fuit quædam discipula nomine Tabitha, quæ,
 si interpretaris, dicitur Caprea. Hæc erat diues
 operum bonorum & eleemosynarum quas præ-
 37 stabat. Factum est autem per illos dies, ut ex mor-
 bo moreretur: quam quum lauissent, posuerunt
 38 in cœnaculo. Quum autem Lyddæ esset prope
 Ioppen, discipuli, audito Petrum illic esse, duos
 viros miserunt ad eum, rogantes ne cunctaretur
 39 vsque ad ipsos progredi. Exurgens igitur Pe-
 trus venit cum eis: quem, ubi adfuit, duxerunt in
 cœnaculum: ubi adstiterunt ei omnes viduæ, flen-

tes & ostendentes tunicas & vestimenta quæ Dorcas faciebat quum vnâ cum ipsis esset. Eie. 40
 Etis verò omnibus foras, Petrus positus genibus precatus est: & conuersus ad corpus, dixit, Tabitha surge. Illa verò aperuit oculos suos, & viso Petro resedit. Data autem ei manu Petrus 41
 erexit eam: & vocatis sanctis ac viduis, eam viuam representauit. Id autem innotuit per totam Ioppê, & multi crediderunt in Dominum. 42
 Factum est autem, vt dies multos maneret Ioppæ apud Simonem quendam coriarium. 43

CAPVT X.

1. Cornelius centurio 4. Angeli iussu 5. Petrum accersit: 11. Qui & ipse visione oblata 15. 20. ne Gentes aspiceretur, instituitur. 34. Cornelio & familiæ Euangelium annuntiat: 45. Hi autem Spiritu sancto accepto 47. baptizantur.

PORRò quidam erat Cæsareæ, nomine Cornelius, centurio ex cohorte quæ dicitur Italica, Pius ac timens Deum, cum tota domo sua, & præstans elemosynas multas populo: Qui quum assidue precaretur Deum, vidit per visum manifestè quasi hora diei nona, Angelum Dei introeuntem & dicentem ipsi, Corneli. At ille intendentis oculis in eum, & expauescens dixit, Quid est Domine? Dixit autem ei, Preces tuæ & elemosynæ tuæ ascenderunt memoriæ causâ in Dei conspectum. Nunc igitur mitte aliquos Ioppen, & accersere Simonem qui cognominatur Petrus. Hic diuersatur apud Simonem quendam coriarium, cui est domus apud mare. hic dicet tibi quid te oporteat facere. Vt autem discessit Angelus qui loquebatur Cornelio, vocauit duos

duos ex famulis suis, & militem pium ex ijs qui
 8 cum ipso assidui erant: Et quum eis exposuisset
 9 set omnia, misit eos Ioppen. Postridie verò il-
 lis iter facientibus, & appropinquantibus vrbi,
 ascendit Petrus supra domum, vt pccaretur,
 10 circa horam sextam. Factum est autem, vt valde
 esuriret, voluitque capere cibum: parantibus
 11 autem illis, incidit in eum mentis excessus. Cõ-
 spexitque cælum apertum, ac descendens ad se vas
 quoddam vt linteum magnum, quatuor extre-
 mis deuinctum, quod demittebatur in terram:
 12 In quo erant quæuis quadrupedia terræ, & fere,
 13 ac reptilia, & volucres cæli. Et exiit vox ad
 14 eum, Surge Petre, macta & vescere. Ait autem
 Petrus, Nequaquam Domine: nunquam enim
 15 edi quicquam commune seu impurum. Tum
 vox rursus ad eum secundo, Quæ Deus purga-
 16 uir, tu ne polluito. Hoc autem factum est ter:
 17 & rursus receptum est vas in cælum. Quum
 autem apud sese ambigeret Petrus quodnam es-
 set visum illud quod viderat, ecce, viri qui missi
 erant à Cornelio, percontati de domo Simonis,
 18 superuenerunt ad vestibulum. Et euocato quo-
 19 piam, percontati sunt, an Simon qui cognomi-
 naretur Petrus, illic diuersaretur. Petro verò
 cogitante de visione, dixit ei Spiritus, Ecce, tres
 20 viri quærunt te: Surgens itaque descende, &
 nihil ambigens proficiscere cum eis: nam ego
 21 eos misi. Descendens ergo Petrus ad viros qui
 ad ipsum missi fuerant à Cornelio, dixit, Ecce,
 ego is sum quem quæritis: quæ causa est pro-
 22 pter quam adestis? Ipsi verò dixerunt, Corneli-
 us centurio, vir iustus & timens Deum, & testi-
 monio ornatus totius gentis Iudaorum, diui-
 nitus

nitus admonitus est ab Angelo sancto, vt accer-
 feret te domum suam, & abs te quædam audiret.
 Intra vocatos igitur eos accepit hospitio. Se-²³
 quenti verò die Petrus abiit cum eis, & quidam
 ex fratribus Ioppenfibus comitati sunt eum.
 Postridie verò introierunt Cæsaream. Corne-²⁴
 lius autem expectabat eos, conuocatis cognatis
 suis & necessarijs amicis. Vt autem factum est,²⁵
 vt introiret Petrus, occurrens ei Cornelius, &
 accidens ad eius pedes, adorauit. Petrus verò²⁶
 crexit eum, dicens, surge: & ego ipse homo sum.
 Et colloquens cum eo, ingressus est, inuenitque²⁷
 multos qui conuenerant. Dixitque eis, Vos²⁸
 scitis Iudæo nefas esse coniungi aut accedere
 ad alienigenam: sed mihi ostendit Deus, ne-
 quem pollutum aut impurum hominem dice-
 rem. Quapropter etiam sine contradictione²⁹
 veni accersitus. Percontor igitur, quam ob cau-
 sam me accersiueritis. Tum Cornelius ait, Nu-³⁰
 dius quartus vsque ad hanc horam eram ieu-
 nus, hora nona precabar domi meæ: & ecce, qui-
 dam stetit coram me, veste splendida: Dixitque,³¹
 Corneli, exaudita sunt preces tuæ, & elemosy-
 næ tuæ commemoratæ sunt in conspectu Dei.
 Mitte ergo Ioppé, & accerse Simonem qui cog-³²
 nominatur Petrus: hic diuersatur in ædibus
 Simonis coriarij apud mare: qui quum adfue-
 rit, loquetur tibi. Eodem igitur momento mi-³³
 si ad te: & tu bene fecisti qui adueneris. Nunc
 ergo omnes nos in conspectu Dei adsumus, vt
 audiamus omnia quæ tibi præcepta sunt à Deo.
 Tum aperto ore Petrus dixit, In veritate com-³⁴
 perio Deum non accipere personam, Sed in³⁵
 quauis gente acceptum ei esse quemuis, qui eum
 timcat,

Deut. 10. 17
 2. Par. 19. 7
 Iob. 34. 19
 Sap. 6. 8
 Eccl. 35. 16
 Rom. 2. 11
 Galat. 2. 6
 Ephes. 6. 9
 Coloss. 3. 25
 1. Pet. 1. 17

- 36 timeat, & operetur iustitiam. Id quod signifi-
 37 cavit filijs Israel, annuntians pacem per Iesum
 38 Christum, qui est omnium Dominus. Vos no- Luc. 4. 14
 stis quod gestū est in tota Iudæa, & Initio facto à
 Galilæa, post baptisma quod prædicauit Iohan-
 nes: Vt Iesum Nazarenum vnixerit Deus spiritu
 sancto & potentia, qui obambulauit beneficijs
 afficiēs & sanans omnes sub diaboli potestatem
 39 redactos, quoniam Deus erat cum eo. Quorum
 omniū quæ & in regione Iudæorū & in Ierusalē
 fecit, nos etiam testes sumus: quem interemerūt
 40 suspensum in ligno. Hunc Deus excitauit ter-
 41 tio die, fecitque vt conspicuus fieret, Non toti
 populo, sed testibus quos ipse prius designaue-
 uerat, nimirum nobis, qui comedimus ac bibi-
 mus vnā cum eo posteaquam resurrexit à mor-
 42 tuis. Præcepit autē nobis, vt prædicaremus po-
 pulo, ac testificaremur eum esse qui definitus sit
 43 à Deo iudex viuorum ac mortuorum. Jerem. 3. 34
 etiam omnes Prophete testimonium dāt, Mich. 7. 13
 missionem peccatorum accepturum per nomen Infra, 15. 9
 44 eius, quemuis qui crediderit in eum. Adhuc lo-
 quente Petro verba ista, illapsus est spiritus san-
 ctus in omnes qui audiebant hunc sermonem.
 45 Fideles autem qui erant ex circumcisione, & ve-
 nerant cum Petro, obstupuerunt quod etiam
 in Gentes effusum esset donum Spiritus sancti.
 46 Audiebant enim eos loquentes linguis, ac ma-
 47 gnificantes Deum. Tunc respondit Petrus, Nū
 quis aquam prohibere potest, quominus videli-
 cet baptizentur isti, qui Spiritum sanctum ac-
 48 ceperunt sicut & nos? Iussitque eos baptizari
 in nomine Domini. Rogauerunt autem eum
 vt perseueraret ad dies aliquot.

2. Petrus eo nomine accusatus 5. sese defendit 22. Far-
nabas Antiochiam mittitur: 26. vbi discipuli, Christia-
ni nominati sunt. 28. Ibidem Agabus famem futuram
prænuntiat.

AVdierunt autem Apostoli & fratres qui erāt
in Iudæa, Gentes etiam recepisse sermonem
Dei. Quum igitur ascendisset Petrus Hieroso-
lymam, certarūt aduersus eum qui erant ex cir-
cumcisione, Dicentes, Ad viros preputium ha-
bentes introisti, & vnā edisti cum eis. Exorsus
autem Petrus, omnia exposuit eis ordine, di-
cens, Ego eram in ciuitate Ioppe precans: &
visum in mentis excessu vidi, nempe descendens
vas quoddam, ceu linteum magnum, quatuor
extremis deuinctum, quod demittebatur è celo,
& ad me vsque venit. In quod quum intendis-
sem oculos, animaduerti, & vidi quadrupedia
terra, & feras, & reptilia, & volucres celi: Au-
diui autem etiam vocem dicentem mihi: Surge
Petre, macta & vescere. Dixi verò, Nequaquam
Domine: nam nihil commune aut impurum
vnquam introiuit in os meum. Respondit au-
tem mihi vox secundò è celo, Quæ Deus pur-
gavit, tu ne polluito. Idque ter factum est: &
Tum ecce, eodem momento tres viri superue-
nerunt in aedes in quibus eram, Cæsarea missi ad
me. Dixit verò mihi Spiritus, vt congregarer
cum eis, nihil ambigens. Venerunt autem me-
cum etiam sex isti fratres, & ingressi sumus do-
mum cuiusdam: Qui annuntiavit nobis quo-
modo vidisset Angelum domi suæ, qui adstetit
set ac dixisset ipsi, Mitte aliquos Ioppen, & ac-
cerse

- 14 certe Simonem qui cognominatur Petrus: Qui
 tibi ea dicturus est per quæ serueris & tu & tota
 15 domus tua. Quum autem exorsus essem loqui,
 illapsus est Spiritus sanctus in eos, quemadmo-
 16 dum & in nos in principio. Memini autem il-
 lius dicti Domini, quum diceret, ^{Matth. 3. 11} Iohannes
 quidem baptizauit aqua, vos verò baptizabimi- ^{Marc. 1. 8}
 17 ni Spiritu sancto. Postquã igitur par donum ^{Luc. 3. 16}
 dedit eis Deus, vt & nobis, quum credidissemus ^{Iohan. 1. 26}
 in Dominum Iesum Christum, ego porrò quis ^{Supr. 2. 1}
 18 eram qui Deum possem prohibere? His autem ^{Intr. 19. 4}
 auditis qui euerunt, & glorificauerunt Deum.
 dicentes, Nempe etiam Gentibus Deus respi-
 19 scentiam dedit ad vitam. Illi porrò, qui disper-
 si fuerant ex oppressione orta ob Stephanum,
 peruenerunt vsq; in Phœniciam & Cyprum &
 Antiochiam, nemini loquentes sermonem Dei
 20 nisi solis Iudæis. Quidam autem ex ijs Cyprij
 & Cyrenenses, quum introissent Antiochiam,
 loquuti sunt Græcis, euangelizantes Dominum
 21 Iesum. Fuit autem manus Domini cum eis:
 multusque numerus credentium conuersus est
 22 ad Dominum. Peruenit autem rumor ad au-
 res Ecclesiæ quæ erat Hierosolymis: miserunt
 igitur Barnabam, vt pergeret Antiochiam vsq;.
 23 Qui quum aduenisset & vidisset gratiam Dei,
 gauisus est: & hortatus est omnes, vt propo-
 24 sit cordis permanerent in Domino. Nam erat
 vir bonus & plenus Spiritu sancto & fide: &
 25 adiuncta est multa turba Domino. Abijt autem
 Barnabas Tarsum, vt requireret Saulum, & cum
 26 inuentum duxit Antiochiam. Factum est au-
 tem, vt annum totum couenirent in Ecclesia,
 docerentque turbam multam, & discipuli no-
 mina.

minarentur primùm Antiochiæ Christiani.
 Per id tempus autem descenderunt Hierosoly-²⁷
 mis Propheta Antiochiam. Et vnus eorū sur-²⁸
 gens, nomine Agabus, significauit per spiritum,
 famem magnam futuram in toto terrarum or-
 be: quæ etiam fuit sub Claudio Cæsare. Singuli²⁹
 autem discipulorum, prout cuique suppetebat,
 decreuerunt subsidio mittere aliquid fratribus
 habitantibus in Iudæa. Quod & fecerunt, mit-³⁰
 tentes ad seniores per manum Barnabæ & Sauli.

CAPVT XII.

1. Herodes Iacobum gladio occidit. 4. Petrum incar-
 ceratum 8 Angelus liberat. 20. Rex Tyrus mensus
 21. placatur. 22. & cum diuinos honores sibi vendit,
 23. a vermibus erofus, vitam finit.

CAETERUM per id tempus aggressus est Hero-¹
 des rex male afficere quosdam ex ecclesia. In-²
 teremit autem Iacobum fratrem Iohannis, gla-
 dio. Et quum vidisset hoc gratum esse Iudæis,³
 perrexit comprehendere etiam Petrum (erant
 autem dies Azymorum. Quem etiam prehen-⁴
 sum coniecit in carcerem, traditū quater qua-
 ternis militibus, vt eum seruarent: volens post
 pascha producere eum populo. Petrus igitur⁵
 seruabatur in custodia: preces autem assidue
 fiebant ab Ecclesia ad Deum pro ipso. Quum⁶
 verò esset producturus eum Herodes, nocte illa
 dormiebat Petrus inter duos milites, vinctus
 catenis duabus: & custodes ante ostium obser-
 uabant carcerem. Et ecce, Angelus Domini su-⁷
 peruenit, & lux splēdui in carcere, & pulsato la-
 tere Petri excitauit eum, dicens, surge velociter.
 Et exciderunt ei catenæ ex manibus. Dixit.⁸
 que ei Angelus, Præcingere, & subliga sandalia
 tua.

tua. Fecit autem ita. Tum ille dixit ei, Indue
9 pallium, & sequere me. Itaque egressus Petrus
sequebatur eum, nec sciebat verum esse quod
sciebat per Angelum, sed putabat se visum vide-
10 re. Quum autem transissent primam ac secun-
dam custodiam, venerunt ad portam ferream,
que ducit in ciuitatem, que sponte aperta est eis:
& egressi, progressi sunt vicum vnum: & statim
11 abcessit Angelus ab eo. Tū Petrus ad se reuer-
sus dixit, Nunc verè agnosco Dominum misisse
Angelum suum, & eruisse me è manu Herodis,
12 & ex omni expectatione populi Iudæorum. Et
re considerata, venit domum Mariæ matris Io-
hannis, qui cognominabatur Marcus, vbi erant
13 multi congregati & precantes. Quum pul-
sasset autem Petrus ostium vestibuli, prodijt
14 puella, vt subauscultaret, nomine Rhode. Quæ
agnita voce Petri, præ gaudio non aperuit vesti-
bulum, sed intrò currens annuntiauit ad stare
15 Petrum ante vestibulum. Illi verò dixerunt
ei, Insanis. Illa autem affirmabat ita se rem ha-
16 bere. At illi dicebant, Angelus eius est. Pe-
trus autem perseuerabat pulsare: quum igitur
aperuissent, viderunt eum & obstupuerunt.
17 Quum autem manu eis indixisset silèrium, nar-
rauit eis quomodo Dominus ipsum eduxisset è
carcere: dixitque, Annuntiate ista Iacobo & fra-
tribus. Et egressus, profectus est in aliū locum,
18 Orto autem die fuit tumultus nō paruus inter
19 milites, quidnam factum esset Petro. Herodes
verò, quum eum requisuisset & non inuenisset,
quaestione de custodibus habita, iussit eos ad
supplicium rapi: & quum descendisset à Iudæa
20 Casaream, ibi commoratus est. Herodes autem
infecto

in feno animo erat in Tyrios & Sidonios: at illi concorditer venerunt ad eum, & illeſto Blaſto qui præerat cubiculo regis, petebant pacem: eo quodd aleretur regio ipſorum ex regis agro. *Sta-²¹* tuto autem die, Herodes indutus veſte regia, & confidens pro tribunali, concionabatur ad eos. Populus verò acclamabat, Vox Dei, & non ho-²³ minis. Illico verò percuffit eum Angelus Do-²⁴ mini, eo quodd non tribuiſſet gloriam Deo: & erofus à vermibus animam efflauit. Sermo au-²⁵ tem Domini creſcebat ac multiplicabatur. Bar-²⁵ nabas autem & Saulus reuerſi ſunt ex Hieruſalem, expleto ministerio, ſimul aſſumpto etiam Iohanne qui cognominabatur Marcus.

CAPVT XIII.

2. Paulum & Barnab. ſibi ſegregari iubet Spiritus. 6. Paphi 8. Elymas magus 11. excrucatur: 14. Hinc Antiochiam Piſidiæ profecti 17. Euangelium prædicant, 45. Iudeis acriter contradicentibus.

ERant autem Antiochiæ in Eccleſia quæ illic¹ erat, quidam Prophetæ & magiſtri, Barnabas, & Simeon qui vocabatur Niger, & Lucius Cyrenæus, & Manahen qui fuerat vnà cum Herode tetrarcha educatus, & Saulus. Quum igitur² ij miniſtrarent Domino & ieiuarent, dixit Spiritus ſanctus, Separate mihi Barnabam & Saulum operi ad quod eos aduocaui. Tunc igitur³ quum ieiuaffent & precati eſſent, & impoſuiſſent eis manus, dimiſerunt eos. Iſi igitur⁴ emiſſi à Spiritu ſancto, deſcèderunt Seleuciam, & illinc abnauigarunt Cyprum. Quumque⁵ perueniſſent Salamina, annuntiarunt ſermonem Dei in ſynagogis Iudæorū: habebant autem etiam

6 iam Iohannem ministrum. Peragrata verò in-
 7 fula Paphum vsque, inuenerunt quendam ma-
 8 gum pseudopphetam Iudæum, cui nomen
 9 erat Bariesus, Qui erat cum Proconsule Ser-
 10 gio Paulo, viro prudente. Hic aduocatis Bar-
 11 naba & Saulo, efflagitauit audire sermonē Dei.
 12 Obfistebat autem eis Elymas, id est, magnus (ita
 13 enim explicatur nomen eius) quarens auertere
 14 Proconsulem à fide. Saulus autem (qui &
 15 Paulus) repletus Spiritu sancto, intentis in eum
 16 oculis, Dixit, O plene omni dolo & omni
 17 maleficientia, fili diaboli, hostis omnis iusti-
 18 tiæ, non cessabis inuertere vias Domini re-
 19 ctas? Nunc igitur ecce, manus Domini aduer-
 20 sum te: erisque cæcus, non videns solem ad
 21 tempus. Illico verò incidit in eum caligo ac te-
 22 nebræ: & circumiens quærebat qui ipsum ma-
 23 nu duceret. Tunc Proconsul quum vidisset
 24 quod factum fuerat, credidit, percussus super
 25 doctrina Domini. Profecti autem Papho Pau-
 26 lus, & qui cum eo erant, venerunt Pergen Pam-
 27 phylia urbem. Iohannes verò abscedens ab eis,
 28 reuersus est Hierosolymam. At ipsi quum per-
 29 rexissent Perga, venerunt Antiochiam urbem
 30 Pisidia, & ingressi synagogam die Sabbathi, se-
 31 derunt. Post lectionem autem Legis & Pro-
 32 phetarū miserunt præfecti synagogæ ad eos di-
 33 centes, Viri fratres, si quis est in vobis sermo ex-
 34 hortationis ad populum, dicite. Quum sur-
 35 rexisset igitur Paulus, manu silentio facto, ait,
 36 Viri Israelitæ, & qui timetis Deum, audite.
 37 Deus populi huius Israel elegit patres nostros,
 38 & populum extrulit, quum essent incolæ in ter-
 39 ra Aegypti, & ex ea eduxit eos elato brachio: Exod. 1. 1
 40 Et Exod. 13. 14

Exod. 16. 2 Et circiter ⁹ quadraginta annorum tempus mo- 18
 res eorum pertulit in deserto. Et quum deiecit- 19
 Ios. 24. 1 set septem gentes in terra Chanaan, ³ forte distri-
 buit eis terram earum. Et postea annis circiter 20
 Iudic. 2. 9 quadringentis quinquaginta ² dedit iudices vs-
 que ad Samuelem prophetam. Et exinde ² petie- 21
 1. Sam. 8. 5 runt regem, ¹ deditq; eis Deus Saul filium Cis,
 1. Sam. 9. 15, & 10. 1 virum ex tribu Benjamin, annis quadraginta.
 1. Sam. 16. 15 Et amoto illo, ² excitauit eis Dauid regem: cui 22
 Psa. 89. 21 etiam testimonio dato dixit, ² Inueni Dauid fi-
 lium Iesse, virum secundum cor meum, qui ex-
 equetur omnes voluntates meas. Huius è se- 23
 Esa. 11. 1 mine Deus ² secundum promissionem excitauit
 Malach. 3. 1 Israel Seruatorem Iesum: ² Quum ante prædi- 24
 Matth. 3. 10 & 11. 10 casset Iohānes coram eo iā aduentante, Bap-
 Marc. 1. 2 tismū resipiscentiæ Israel. Quū aut expleret Iohā- 25
 Luc. 3. 3 nes cursum, dixit, ² Quē me suspicamini esse? nō
 Matth. 3. 11 is sum ego, sed ecce, venit post me, cuius pedum
 Marc. 1. 7 soleam non sum dignus qui soluam. Viri fra- 26
 Iohan. 1. 20 tres, filij generis Abraham, & qui inter vos timent
 Deū, vobis sermo salutis huius missus est. Qui 27
 enim habitabant in Hierusalem, & primores eo-
 rum quum ignorarent istum, & eo condēnato,
 voces Prophetarum quæ per omne Sabbathum
 leguntur, impleuerunt: Et nulla causa mortis 28
 inuenta, ² petierunt à Pilato, vt necaretur. Quū 29
 Matth. 27. 22 verò perfecissent omnia quæ de eo scripta erant,
 Marc. 15. 13 detractum è ligno, posuerunt in monumento.
 Luc. 23. 23 ² Deus autem excitauit eum à mortuis. Qui vi- 30
 Iohan. 10. 6 sus est per dies multos ijs qui simul ascenderant
 Matth. 28. 2 cum eo à Galilæa in Hierusalem, suntq; testes 31
 Marc. 19. 6 eius apud populum. Nos quoque vobis euange- 32
 Luc. 24. 6 lizamus eam promissionem quæ Patribus facta
 Iohan. 20. 19 est Deum expleuisse filijs illorum, id est, nobis,
 ex-

- 33 excitato Iesu : Vt etiam in Psalmo secundo scri-
 ptum est, ¹ Filius meus es tu, ego hodie genui
 34 te. Quòd aut excitauerit eum à mortuis, non
 amplius reuerfurum in sepulchrum : ita dixit,
² Dabo vobis firmas illas Dauidis beneficentias. Psal. 1. 7
Heb. 1. 5, & 58
Esa. 55. 3
 35 Ideo & aliàs dicit, ³ Non fines sanctum tuum
 36 sentire corruptionem. Nam Dauid quidē quum
 sua ætate inferuisset Dei consilio, ⁴ obdormiuit,
 & adiunctus est patrib. suis, sensitq; corruptio- Psal. 16. 10
1. Reg. 2. 10
Supra 1. 29
 37 nem : At is quem Deus excitauit, nō sensit cor-
 38 ruptionem. Notum igitur sit vobis, fratres, an-
 nuntiari vobis remissionem peccatorum per i-
 39 stum : Et ab omnibus, à quibus per legem Mosis
 absolui non potuistis, per hunc, quēuis qui cre-
 40 dat, absolui. Videte ergo ne vos inuadat quod
 41 dictum est in Prophetis, ⁵ Videte ò contem- Hab. 1. 9
 ptores, & admiramini, & euanescite : quia opus
 operor ego diebus vestris, opus quod non crede-
 42 tis si quis enarrauerit vobis. Egressis autem eis
 è synagoga Iudæorum, rogarunt Gentes, vt in
 proximè sequens Sabbathum loquerentur sibi
 43 hæc verba. Soluta autem cōuentu, sequuti sunt
 multi ex Iudæis & religiosi profelytis Paulum
 ac Barnabam : qui alloquentes eos, persuaserunt
 44 eis, vt perseuerarent in gratia Dei. Sequentē verò
 Sabbatho vrbs propè tota coacta est ad audien-
 45 dum sermonem Dei. Visa autem turba, Iudæi
 repleti sunt inuidia, & contradicebant ijs quæ à
 Paulo dicebantur, contradicentes ac blasphe-
 46 mantes. Tunc libertate vsi Paulus ac Barna-
 bas dixerunt, Vobis necesse fuit primum exponi
 sermonem Dei : postquam autem repellitis il-
 lum, & indignos vos ipsos decernitis æterna vi-
 47 ta, ecce, conuertimur ad Gentes. Sic enim
 nobis

Eia. 49. 6 nobis mandauit Dominus, dicens, ⁵ Constitui
 te vt sis lux Gentium, vt sis saluti vsque ad vlti-
 mas terras. Gentes autem hæc audientes, gaudi-
 fa sunt, & glorificabant sermonem Domini: &
 crediderunt quotquot erant ordinati ad vitam
 æternam. Perferebatur autem sermo Domi-
 ni per totam illam regionem. Iudæi verò exti-
 mularunt mulieres religiosas & honestas, &
 primos vrbis, & excitarunt persecutionem in
 Paulum ac Barnabam, eieceruntque eos è fini-
 bus suis. ⁶ At illi excusso puluere pedum suo-
 rum in eos, venerunt Iconium. Discipuli verò ⁷
 replebantur gaudio & Spiritu sancto.

Infra 18. 6
 Matth. 10. 14
 Marc. 6. 11
 Luc. 9. 5

CAPVT XIII.

1. Paulus & Barnab. 5. Iconio efficiuntur. 6. Paulus
 Lystræ 10. Claudum sanat. 13. & si bi sacrificaturos 15.
 prohibet. 19. Ibidem Iudæis authoribus lapidatur. 23.
 Hinc multis Ecclesijs peragratis 26. Antiochiam re-
 uertuntur.

FActum est autem Iconij, vt simul introirent
 synagogam Iudæorum, & loquerentur, ita vt
 crederet Iudæorum simul & Græcorum magna
 multitudo. Qui verò increduli fuerunt Iudæi, 2
 incitarunt & malè affectos reddiderunt animos
 Gentium aduersus fratres. Multum igitur 3
 tempus ibi egerunt liberè loquentes, freti Do-
 mino, qui testimonium dabat sermoni gratiæ
 suæ, dabatque vt signa & miracula ederentur per
 manus eorum. Diuisa est autem multitudo 4
 vrbis: & alij quidam erant à Iudæis, alij verò ab
 Apostolis. Quum autem factus esset impetus 5
 Gentium ac Iudæorum vnà cum suis primori-
 bus, vt contumelijs afficerent & lapidarent eos, 6
 Re

- 6 Re considerata, perfugerunt in ciuitates Lycaonia, Lystram & Derben, & circumiacentem regionem: Et illic prædicabant Euangelium.
- 7 Quidam autem vir Lystris impotens pedibus sedebat, claudus ab utero matris suæ, qui nunquam ambulauerat. Hic audiuit Paulum loquentem: qui quum intendisset in eum oculos, & vidisset quod fidem haberet se seruatum iri,
- 8 Dixit voce magna, Surge in pedes tuos rectus.
- 9 Tum ille quum exiisset, ambulauit. Turbæ verò quum vidissent quod fecerat Paulus, sustulerunt vocem suam, Lycaonicè dicentes, Dij assimilati hominibus descenderunt ad nos. Vocabantq; Barnabam, Iouem: Paulum verò Mercurium: quoniam is erat dux sermonis. Sacerdos autem louis collocati ante illorum urbem, quum tauros vittatos ad vestibula adduxisset,
- 10 volebat cum turba sacrificare. Quod quum audissent Apostoli Barnabas & Paulus, diruptis pallijs suis insilierunt in turbam, clamantes.
- 11 Ac dicentes, Viri, cur ista facitis? nos quoq; sumus homines iisdem quibus vos affectionibus obnoxij, annuntiantes vt à vanis istis rebus conuertamini ad Deum illum viuum, qui fecit cælum & terram, & mare, & omnia quæ in eis sunt: Quique præteritis ætatibus fuit omnes Gentibus suis ipsarum vijs incedere. Quanquam non passus est se esse expertem testimonij, nobis benefaciendo, dans nobis cælitus pluuias ac tempora fructifera, implens cibo & læticia corda nostra. Et hæc dicentes, vix compeſcuerunt turbam ne ipsis sacrificaret. Superuenerunt autem quidam Iudæi Antiochia & Iconio, qui illecta turba, Paulum lapidatum traxerunt ex-

Gen. i. 1
Psal. 14. 6. 6
Apoc. 14. 7
Psal. 81. 12

2. Cor. 11. 25

tra urbem, existimantes eum mortuum esse. Sed quum cinxissent eum discipuli, surrexit, & ²⁰ ingressus est urbem: & postridie abiit Derben cum Barnaba. Quumq; euangelizassent vrbi illi, & docuissent multos, reuersi sunt Lystram & Iconium & Antiochiam: Confirmantes animos ²² discipulorum, hortantes vt permanent in fide, & dicentes oportere per multas oppressiones nos ingredi in regnum Dei. Quumq; ²³ ipsis per suffragia creassent per singulas Ecclesias Presbyteros, precati que essent cum ieiunijs, commendarunt eos Domino in quem crederant. Peragrata que Pisidia, venerunt in Pamphyliam. Ac Pergæ loquuti Dei sermonem, ²⁵ descenderunt Attaliam. Et illinc abnauigauerunt ²⁶ Antiochiam, vnde fuerant cõmendati gratiæ Dei ad opus quod expleuerant. Quum aut ²⁷ venissent & coegissent Ecclesiã, retulerunt quanta Deus per ipsos effecisset, eum que aperuisse Gentibus ostium fidei. Et egerunt illic multum ²⁸ tempus cum discipulis.

Supr. ij. 2

CAPVT XV:

2. Antiochenis quidam iugum Legis obtrudere conantur. 6. Consultant de hacre Apostoli: 19. & quid facto opus est 23 per literas iudicant. 36. Inter Paulum & Barnabam 39. acris contentio oboritur.

PORRò quidam qui descenderant à Iudæa, dicebant, Nisi circumcidamini ritu Mosis, non potestis seruari. Orta igitur seditione ac disceptatione non exigua Paulo ac Barnabæ aduersus illos, statuerunt vt ascenderent Paulus & Barnabas & quidam alij ex illis ad Apostolos ac Presbyteros Hierosolymam,

3 mam, percontaturi de hac quaestione. Illi ergo
 deducti ab Ecclesia, peragrarunt Phœnicem &
 Samariam, narrantes conuersionem Gentium.
 & adferebant gaudium magnum omnibus fra-
 4 tribus. Quum autē aduenissent in Hierusalem
 excepti sunt ab Ecclesia & ab Apostolis ac Pres-
 byteris, & annuntiarunt quæcunque Deus per
 5 ipsos effecerat. Sed (aiebant) quidam surrexe-
 runt è secta Phariseorum qui crediderunt, di-
 centes oportere circumcidere eos, & præcipere,
 6 vt obseruent Legem Mosis. Congregati sunt
 igitur Apostoli & Presbyteri, vt dispicerent de
 7 hoc negotio. Quum autem multa disceptatio
 fuisset, surgens Petrus dixit eis, ^{Viri fratres, vos} Supra 10. 43
 scitis Deum iampridem inter nos elegisse me, ^{& 11. 13}
 vt per os meum audirent Gentes verbum Euā-
 8 gelij, & crederent. Et Deus qui nouit corda, de-
 dit eis testimonium, dato ipsis Spiritu sancto,
 9 sicut & nobis. ^{Nihilq; discreuit inter nos & il-} Supra 10. 43
 10 los, fide purgatis cordibus eorum. Nunc ergo ^{1. Cor. 1. 2}
 quid tentatis Deum, ^{imposito iugo ceruici di-} Matth. 23. 4
 scipulorum, quod neque patres nostri, neq; nos
 11 portare potuimus? Imò per gratiam Domini
 Iesu Christi credimus nos seruatum iri, quem-
 12 admodum & illos. Tacuit autem tota multi-
 tudo, & audiebant Barnabam & Paulum expo-
 nentes quanta Deus edidisset signa & miracula
 13 per ipsos inter Gentes. Postquam autem con-
 ticuissent, respōdit Iacobus, dicens, Viri fratres,
 14 audite me: Simeō exposuit quomodo primū
 Deus respexerit Gentes, vt sumeret ex ipsis po-
 15 pulum nomini suo. Et huic rei consonant ver-
 16 ba Prophetarum: sicut scriptum est, ^{Post hæc} Amos. 9. 11
 reuertar, & restaurabo, tabernaculum Dauid

collapsum, & ruinas eius restaurabo, & rursus
 erigam illud: Vt requirant reliqui homines¹⁷
 Dominum, & omnes Gentes super quas inuo-
 catum est nomen meum: dicit Dominus qui
 facit hæc omnia. Nota sunt Deo ab omni æuo¹⁸
 omnia opera sua. Quamobrem ego censeo non¹⁹
 esse obturbandos eos ex Gentibus qui ad Deum
 conuertuntur: Sed ad eos scribendum, vt abs-²⁰
 tineant à pollutionibus idolorum, & scorta-
 tione, & suffocato, & sanguine. Moses enim ab²¹
 ætatibus antiquis in singulis ciuitatibus habet
 qui ipsum prædicent, quum in synagogis per
 singula Sabbatha legatur. Tunc visum est A-²²
 postolis & Senioribus cum tota Ecclesia, dele-
 ctos ex sese viros mittere Antiochiam cum Pau-
 lo & Barnaba: nempe Iudam qui cognomina-
 batur Barsabas, & Silam, viros primarios inter
 fratres: Et ista per manus eorum mittenda²³
 scribere: Apostoli & Presbyteri & fratres, ijs
 qui sunt Antiochiæ & in Syria & in Cilicia fra-
 tribus qui sunt ex Gentibus, salutem. Quoni-²⁴
 am quosdam ex nobis egressos audiuius vos
 turbasse verbis, labefactantes animas vestras, iu-
 bentes vos circumcidi, & seruare Legem, quibus
 hoc non præceperamus: Visum est nobis con-²⁵
 corditer coactis, electos viros mittere ad vos cū
 dilectis nostris Barnaba & Paulo, Hominibus,²⁶
 qui exposuerunt animas suas pro nomine Do-
 mini nostri Iesu Christi. Misimus ergo Iu-²⁷
 dam & Silam, qui & ipsi vobis eadem verbis re-
 nuntiabunt. Visum est enim Spiritui sancto²⁸
 ac nobis, nequid amplius imponeremus vobis
 oneris quàm hæc necessaria: Videlicet vt absti-²⁹
 neatis ab ijs quæ sunt immolara simulacris, &
 sanguine

sanguine, & suffocato, & scortatione: à quibus
 si conseruaueritis uos ipsos, bene agetis. Valet.
 30 Illi igitur dimissi uenerunt Antiochiam: & co-
 31 acta multitudine redderunt epistolam. Quam
 quum legissent, gauisi sunt super exhortatione.
 32 Iudas quoque & Silas, quum essent & ipsi Pro-
 pheta, multo sermone adhortati sunt fratres,
 33 & confirmarunt. Et quum egressent illic ali-
 quandiu, dimissi sunt cum pace à fratribus ad
 34 Apostolos. Sed Silæ uisum est ibi manere.
 35 Paulus autem & Barnabas quoque egerunt An-
 tiochiæ, docentes & euangelizantes cum alijs
 36 etiam multis, sermonem Domini. Post aliquot
 autem dies dixit Barnabæ Paulus, Reuersi inui-
 samus fratres nostros per omnes ciuitates in
 quibus annuntiauimus sermonem Domini,
 37 cognituri quomodo habeant. Barnabas autem
 consuluit, ut assumerent secum Iohannem, qui
 38 uocabatur Marcus: Paulus autem equum cen-
 sebat eum non assumere, qui abscessisset ab ipsis
 ex Pamphylia, nec eorum comes in illo opere
 39 fuisset. Sic igitur sunt exacerbati, ut alter ab al-
 tero discederet: & Barnabas assumpto Marco
 40 nauigaret Cyprum: Paulus uero allecto Sila
 abiit, commendatus gratiæ Dei à fratribus.
 41 Peragrauitque Syriam ac Ciliciam, confirmans
 Ecclesias.

CAPVT XVI.

i. Paulus circumciso Timoth. 12. Philippis agens 14.
 Lydiam in fide instituit: 16. Pythonis spiritum 18. ex-
 pellit. 20. Propterea 22. uirgis cæsi. 24. in carcere
 coniciuntur. 26. Terramoti 27. carceris ianua
 aperitur 31. 32. & eiusdem custos Christi fidem
 recipit.

Rom. 16. 21
Philip. 2. 19
1. Theff. 3. 2

PERuenit autem Derben & Lystram : & ecce, 1
discipulus quidam erat illic nomine Timotheus, filius mulieris cuiusdam Iudææ fidelis, cæterum patre Græco. Huic dabant testimo- 2
nium fratres qui Lystris erant & Iconij. Eum 3
itaque voluit Paulus secum proficisci. & assum-
ptum eum circumcidit, propter Iudæos qui in
illis locis erant : sciebant enim omnes patrem e-
ius Græcum esse. Prout autem pertransibant &
vrbes, tradebant eis seruanda instituta quæ de-
creta fuerant ab Apostolis & Presbyteris qui
Hierosolymis erant. Itaq; Ecclesiæ confirma- 5
bantur fide, & augebantur numero quotidie.
Phrygia autem peragrata & Galatica regione, 6
prohibiti à Spiritu sancto loqui sermonem in
Asia, Quum venissent in Mysiam, tentabant ire 7
in Bithyniam : sed non fuit eos ire Spiritus.
Præterita autem Mysia descenderunt Troada. 8
Et visum per noctem apparuit Paulo : Vir Ma- 9
cedo quidam aderat stans & rogans eum, & di-
cens, Traijce in Macedoniam, & succurre no-
bis. Vt autem visum vidit, statim studuimus abire 10
in Macedoniam : collatis argumentis colligen-
tes vocasse nos Dominum, vt eis euangelizare-
mus. Prouecti igitur Troade, rectum cursum it-
tenuimus Samothracen, & sequenti die Neapo-
lin : Et illinc Philippos, quæ est prima partis Ma- 12
cedoniæ vrbs, colonia. Egimus autem in ea vrbe
aliquot dies. Et die Sabbathi egressi sumus ex 13
vrbe ad flumen, vbi solebat esse precatio : vbi quæ
consedissemus, alloquuti sumus mulieres quæ
conuenerant. Quædam autem mulier nomi- 14
ne Lydia, quæ purpuram vendebat in vrbe Thya-
tironum, Deum colens, nos audiuit : cuius Do-
minus

minus adaperuit cor, vt attenderet ea quæ dice-
 15 bantur à Paulo. Quum verò baptizata esset, &
 domus eius, rogauit nos, dicens, Si iudicatis me
 fidelem esse Domino, ingressi domum meam,
 16 manete. Et adegit nos. Factum est autem pro-
 ficiscentibus nobis ad precationem, vt ancillula
 quædam habens spiritum Pythonis occurreret
 nobis, quæ quæstum magnum præbebat domi-
 17 nis suis, vaticinando. Hæc subsequuta Paulum
 ac nos, clamabat dicens, Isti homines, serui sunt
 Dei illius summi, qui annuntiant vobis viam
 18 salutis. Hoc aut fecit ad multos dies, sed mole-
 stè ferens Paulus, & cõuersus, spiritui dixit, Præ-
 cipio tibi per nomen Iesu Christi, vt ex eas ab ea.
 19 Exijt igitur eodem illo momento. Videntes aut
 domini abiisse spem quæstus sui, prehensum Pau-
 lum & Silã traxerunt in forum ad magistratus.
 20 Et offerentes eos præfectis, dixerunt, Homines
 isti conturbant ciuitatem nostram, quum sint
 21 Iudæi: Et annuntiat ritus quos non licet nobis
 suscipere, neq; vsurpare, quum simus Romani.
 22 Vnã autem insurrexit turba aduersus eos: &
 præfecti disruptis eorum vestibus iusserunt eos
 23 virgis cædi. Quumq; multas plagas eis impo-
 fuissent, coniecerunt eos in carcerem, additis
 24 mandatis commentariensi, vt tutè eos asserua-
 ret. Qui quum tale mandatum accepisset, con-
 iecit eos in intimum carcerem, & pedes eorum
 25 adstrinxit numella. Media autem nocte præca-
 tes Paulus & Syllas hymnos canebat: & qui vin-
 26 cti erant exaudiebãt eos. Repente verò terræmo-
 tus magnus extitit, ita vt concuterentur funda-
 mēta carceris: & illico apertæ sunt omnes fores,
 27 & omniũ vincula laxata. Expergefactus autem

commentariensis, quum videret fores carceris
 apertas, educto gladio erat seipsum interemptu-
 rus, existimans vinctos effugisse. Clamavit au- 28
 tem Paulus voce magna, dicens, Ne quid fece-
 ris tibi ipsi mali: omnes enim hic sumus. Is ve- 29
 rò petito lumine irrupit: & tremefactus accidit
 Paulo & Silæ ad pedes. Et productis ipsis fo- 30
 ras, ait, Domini, quid me oportet facere, vt ser-
 uer? At illi dixerunt, Crede in Dominum Ie- 31
 sum Christum, & seruaberis tu ac domus tua.
 Et loquuti sunt ei sermonem Domini, & omni- 32
 bus qui erant domi ipsius. Ipse verò illis assum- 33
 ptis ea ipsa hora noctis, lauit eorum plagas: &
 baptizatus est ipse & omnes domestici illius il-
 lico. Quumque perduxisset eos domum su- 34
 am, apposuit eis mensam: & exultauit quod cū
 vniuersa domo sua credidisset Deo. Die autem 35
 exorto præfecti miserunt viatores qui dicerent,
 Dimitte homines illos. Annuntiauit autem 36
 commentariensis hos sermones Paulo, Miserunt,
 inquit, præfecti vt dimittamini, nunc igitur e-
 gressi, ite in pace. Paulus autem dixit eis, Cæ- 37
 sos nos publicè indieta causa, quum simus Ro-
 mani, coniecerunt in carcerem: & nunc clam
 nos eijciunt? Non profectò sed veniant ipsi, &
 nos educant. Renuntiarunt autem præfectis 38
 viatores verba ista: timueruntque audito eos
 Romanos esse. Et venientes precati sunt eos, 39
 & eductos rogarunt, vt egrederentur ex vrbe.
 Egredi autem è carcere introierunt ad Lydiam: 40
 & visis fratribus, consolati sunt eos, & egressi
 sunt.

CAPVT XVII.

1. Paulus Thessalonicæ 3. Christum annuntians, 6. 7
 a Iasone exceptus, 10. Beream exiititor: 15. inde A-
 thenas profectus 19. in Areopago 23. Deum illis igno-
 tum annuntiat, 34. nonnullis ad Christum conuersis.

1 **Q**Uum autem iter fecissent per Amphipolin
 & Apolloniam, venerunt Thessalonicam
 2 ubi erat synagoga Iudæorum. Paulus autem
 sicut consueuerat introiuit ad eos, & per Sabba-
 3 tharia disseruit cum eis ex Scripturis. Ad-
 aperiens & proponens oportuisse Christum pa-
 ti, & resurgere à mortuis: & hunc esse Christum
 4 Iesum, Quem ego, inquit, annūtio vobis. Non-
 nulli igitur eorum assensi sunt, & consociati
 sunt Paulo & Silæ, & religiosorum Græcorum
 multitudo magna, mulieresque primariæ non
 5 pauca. Sed inuidia commoti Iudæi qui incre-
 duli erant, assumptis quibusdam circumforane-
 is viris sceleratis, ac turba coacta, perturbarunt
 urbem: & adorti domum Iasonis, studebant
 6 eos adducere ad populum. Et quum non in-
 uenissent eos, traxerunt Iasonem & quosdam
 fratres ad præfectos urbis, clamando, Hi sunt
 qui orbis terrarum statum subuerterunt: & hic
 7 adsunt, Quos excepit Iason qui omnes contra
 decreta Cæsaris faciunt, regem alium dicentes
 8 esse, Iesum. Concitarunt autem turbam & præ-
 9 fectos urbis hæc audientes. Qui tamen quum
 satis accepissent ab Iasone & cæteris, dimiserunt
 10 eos. Fratres verò statim per noctem emiserunt
 Paulum simul & Silam Beream: qui quum ad-
 uenissent, ierunt in synagogam Iudæorum.
 11 Fuerunt autem isti generosiores ijs Iudæis qui
 erant Thessalonicæ, ut qui receperint Sermonem
 cum omni alacritate, quotidie scrutantes Scri-
 pturas

pturas an hæc ita se haberent. Multi igitur cre-¹²
 diderunt ex eis, & Græcæ mulieres honestæ, &
 viri non pauci. Vt autem cognouerunt Thes-¹³
 salonicenses Iudæi, Berœæ quoq; annuntiarum
 esse à Paulo sermonem Dei, venerūt etiam illuc,
 concitantes turbam. Sed statim Paulum emise-¹⁴
 runt fratres, vt iret velut ad mare: Silas autem
 & Timotheus substiterunt illic. Qui verò Pau-¹⁵
 lum susceperant tuto loco constituendum, de-
 duxerūt eum Athenas vsq;: & accepto mandato
 ad Silam ac Timotheum, vt quam citissimè ad
 ipsum venirent, abierunt. Paulo autē Athenis¹⁶
 illos expectāte, irritabatur spiritus eius in isro,
 quum conspiceret urbem idolis deditam. Dis-¹⁷
 serebat igitur in synagoga cum Iudæis & reli-
 giosis, & in foro quotidie cum quibusuis obui-
 is. Quidam autē ex Epicureis & Stoicis philoso-¹⁸
 phis consistabantur cum eo: & quidā dicebant,
 Quid vult nugator iste dicere? Alij verò, Pere-
 grinorum deorum videtur annuntiator esse:
 quia Iesum & resurrectionem annuntiabat eis.
 Et prehensum eum duxerunt in Arcopagum, di-¹⁹
 centes, Possumusne scire quæ sit ista noua, quæ
 à te dicitur, doctrina? Peregrina enim quædam²⁰
 ingeris aurib. nostris. volumus ergo scire quid-
 nam ista sibi velint. (Ceterum Athenienses &
 aduena hospites nulli alij rei vacabant, nisi ad
 dicendum aut audiendum aliquid noui.) Stans²¹
 autem Paulus in medio Arcopago, dixit, Viri A-
 thenienses, omnino conspicio vos quasi religio-
 siores. Præteriens enim & contemplans sacra²²
 vestra, inueni etiam aram cui inscriptum erat,
 Ignoto Deo. Quem ergo ignorantes colitis,
 hunc ego vobis annuntio. Deus qui fecit mun-²³
 dum²⁴

dum & omnia quæ in eo sunt, quum sit cæli &
 terra Dominus, ² in manufactis templis non Supr. 7. 48
²⁵ habitat: ³ Nec manibus hominum colitur, ali- Psal. 50. 8
 cuius rei egens, quum ipse det omnibus vitam
²⁶ & halitum, & omnia. Condiditq; ex vno san-
 guine omne genus hominum, vt habitarent per
 vniuersam superficiem terra, definitis tempesti-
²⁷ uitatibus quas præstituit, & positis terminis ha-
 bitationis eorum: Vt quærerent Deum, si fortè
²⁸ palpando eum inuenirent: quanquam profectò
 non longè abest ab vnoquoque nostrum. Per
 ipsum enim viuimus, & mouemur, & sumus:
 sicut & quidam vestrarum poetarum dixerunt,
²⁹ Nam huius progenies etiam sumus. ⁴ Progenies Esa. 40. 2;
 ergo Dei quum simus, non debemus existimare
 auro aut argèto, aut lapidi, sculptili artificij aut
 commentationis hominum, numen esse simile.
³⁰ Temporibus igitur istius ignorantia dissimu-
 latis, Deus nunc denuntiat omnibus vbiq; ho-
³¹ minibus, vt resipiscant. Eo quòd statuit diem
 quo iustè indicaturus est orbem terrarum, per
 eum virum què definijt, fide palàm facta omni-
³² bus, illo à mortuis excitato. Quum audissent
 autem resurrectionem mortuorum, alij quidem
 cauillabantur: alij verò dicebant, Audiemus te
³³ rursus de hac re. Et ita Paulus exiit à medio
³⁴ eorum. Quidam verò ei adiuncti crediderunt:
 in quibus & Dionysius Areopagita, & mulier
 nomine Damaris, & alij cum eis.

CAPVT XVIII.

1. Paulum Corinthi 6. Gentes docentem 9 solatur
 Dominus. 12. Coram Gallione accusatur. 16. sed fru-
 stra. 18. Hinc in Syriam, 19 deinde Ephesum profectus.
 23. Galatiæ & Iuygæ ecclesias confirmat. 24. A. J. 50.

ab Aquila exquisitius institutus, 28. Christum magno cum fructu prædicat.

Rom. 16. 3 **P**ostea Paulus discedens Athenis, venit Corinthum: Et reperto quodam Iudæo nomine Aquila, Pontico natione, qui nuper venerat ex Italia, & Priscilla vxore eius, (eo quòd edixisset Claudius, vt omnes Iudæi Roma excederent) venit ad eos: Et quia eiusdem erat artificij, mansit apud eos, & operabatur: erat enim ars illorum, conficere tabernacula. Discebat autem in synagoga omnibus Sabbathis, & alliciebat tum Iudæos tum Græcos. Vt uenerunt autem è Macedonia Silas & Timotheus, constringebatur spiritu Paulus, testificans Iudæis Christum Iesum. Illis autem sese opponentibus, ac blasphemantibus, excussis vestibus dixit eis, Sanguis vester super caput vestrum: purus ego, ab hoc tēpore ad Gentes proficiscar. Et digressus illinc, introijt domum cuiusdam nomine Iusti, colentis Deum, cuius domus erat confinis synagoga. Crispus autem præfectus synagoga credidit Domino cū tota domo sua: multiq̄ue Corinthiorum audientes credebant, & baptizabantur. Dixit autem Dominus nocte per visionem Paulo, Ne time, sed loquere, & ne tacueris. Nam ego sum tecum, & nemo te inuadet, vt tibi malefaciat: quoniam populus est mihi multus in hac vrbe. Commoratus est itaque illic annum & sex menses, docens eos sermonem Dei. Quum autem Gallio esset Proconsul Achaia, insurrexerunt concorderiter Iudæi in Paulum, & adduxerunt eum ad tribunal, Dicentes, Iste persuadet hominibus

- 14 bus colere Deum contra Legem. Paulo verò
 iam os aperturo, dixit Gallio Iudæis, Si qua in-
 iuria esset, aut facinus malum, ô Iudæi, quate-
 15 nus æquum esset, vos tolerarem: Sin verò quæ-
 stio est de sermone & nominib. & Lege vestra-
 te, ipsi videritis: iudex enim ego istarum rerum
 16 esse nolo. Et abegit eos à tribunali. Omnes
 17 autem Græci Sosthenem præfectum synagogæ
 apprehentum verberabant ante tribunal: neque
 18 quicquam eorum Gallioni curæ erat. Paulus
 verò quum adhuc illic permanisset dies multos,
 vale dicto fratribus, exiit in Syriam: &
 cum eo Priscilla & Aquila, quum ^{Num. 6. 18} totondisset ^{Infra 21. 24}
 19 caput Cenchreis: habebat enim votum. Perue-
 nit autem Ephesum, & eos ibi reliquit: ipse ve-
 rò ingressus synagogam, disseruit cum Iudæis.
 20 Rogantibus autem ipsis, vt diutius apud ipsos
 21 maneret, non annuit: Sed vale dixit eis, dicens,
 Oportet omnino me festum, quod instat, agere
 Hierosolymis: sed iterum reuertar ad vos, ^{1. Cor. 4. 19} Deo ^{lac. 4. 15}
 22 volente. Et prouectus est Epheso. Quumque
 descendisset Cæsaream, ascendissetque Hiero-
 solymam, ac salutasset Ecclesiam, descendit An-
 23 tiochiam. Et quum peregisset illic aliquantum
 temporis, abiit, peragrans ordine Galaticam re-
 gionem & Phrygiam confirmans omnes disci-
 24 pulos. Iudæus autem quidam ^{1. Cor. 1. 12} Apollos no-
 mine, Alexandrinus natione, vir eloquens, per-
 25 uenit Ephesum, potens in Scripturis. Hic erat
 initiatus via Domini: & feruens spiritu, loque-
 batur & docebat diligenter ea quæ sunt Domi-
 26 ni, sciens tantùm Baptisma Iohannis. Cœpit
 que liberè loqui in synagoga. Quem quum au-
 dissent ^{Rom. 16. 5} Aquila & Priscilla, assumpserunt eum,
 & ex-

& exquisitiis ei exposuerunt viam Dei. Quum 17
autem vellet transire in Achaïam, fratres eum
adhortati scripserunt discipulis, vt exciperent
eum. qui quum aduenisset, multum contulit ijs
qui crediderant per gratiam. Magna enim con- 18
tentione Iudæos magis ac magis redarguebat
publicè, ostendens per Scripturas Iesum esse
Christum illum.

CAPVT XIX.

1. Discipuli quidam Ephesi 2. Iohannis doctrina im-
buti 3. ignorantes Spiritus sancti visibiles illas gratias
quibus Deus regnum Filij sui ornauerat, 5. baptizan-
tur in nomine Iesu. 13. Exorcistæ Iudæi 16. a diabolo
creduntur 19. Libri exuruntur magici. 24. Demetrius
29. magnam in Paulum seditionem concitat.

Factum est autem interim dum Apollos esset 1
Corinthi, vt Paulus peragratis superioribus
partibus veniret Ephesum: vbi quum discipu-
los inuenisset, Dixit eis, Num Spiritum san- 2
ctum accepistis posteaquam credidistis? At illi
dixerunt ei, Imo ne hoc quidem audiuius, an
sit Spiritus sanctus. Tunc dixit eis, In quid er- 3
go baptizati estis? At illi dixerunt, In Iohannis
baptisma. Dixit autem Paulus, Iohannes qui- 4
dem baptizauit baptismo resipiscentiæ, dicens
populo vt in eum qui venturus erat post ipsum,
crederent, hoc est in Christum Iesum. Qui verò
audierunt baptizati sunt in nomen Domini Ie-
su. Et quum imposuisset eis manus Paulus, ve- 5
nit Spiritus sanctus in eos, & loquebantur lin-
guis, & prophetabant. Erant aut omnes isti viri 6
circiter duodecim. Ipse porro ingressus synago- 7
gā, liberè loquebatur, ad tres menses disserens &
suadens quæ ad regnum Dei pertinent. Quum 8
autem

Supr. i. 5. & 2.
1. & 11. 16
Matth. 3. 11
Marc. 1. 8
Luc. 3. 16
Iohan. 1. 26

autem quidam indurarentur, & parere nollent,
 malè loquentes de via Domini apud multitudi-
 nem, abscedens ab illis, separauit discipulos,
 quotidie differens in schola tyranni cuiusdam.
 9 Hoc autem factum est per biennium: ita ut omnes
 qui habitabant in Asia, tum Iudæi tum Græci,
 10 audirent sermonem Domini Iesu. Virtutes
 autem non vulgares edebat Deus per manus
 11 Pauli: Ita ut etiam ad ægrotos deferrentur
 à corpore eius sudaria seu semicinctia, & disce-
 derent ab eis morbi, & spiritus mali ab eis ex-
 12 irent. Aggressi sunt verò quidam ex circula-
 toribus Iudæis exorcistis nominare super eos qui
 habebant spiritus malos, nomen Domini Iesu,
 dicentes, Adiuramus vos per Iesum quem Pau-
 13 lus prædicat. Erant autem quidam filij Sce-
 uæ Iudæi principis Sacerdotum septem, qui hoc
 14 faciebant. Respondens verò spiritus malus,
 dixit, Iesum noui, & Paulum scio: vos autem
 15 qui estis? Et insiliit in eos homo, in quo erat
 spiritus malus, & superatis illis, inualuit con-
 16 tra eos, ita ut nudi & vulnerati effugerent ex do-
 mo illa. Id verò innotuit omnibus tum Iu-
 dæis tum Græcis, qui habitabant Ephesi: & in-
 cidit timor in eos omnes, & magnificabatur no-
 17 men Domini Iesu. Et multi eorum qui credi-
 derant, veniebant confitentes & indicantes sa-
 18 cta sua. Multi verò ex ijs qui curiosas artes ex-
 ercuerant, comportatos libros exusserunt in o-
 mnium conspectu: quorum supputatis pretijs,
 repperunt denariorum quinquaginta millia.
 19 Ita fortiter crescebat sermo Domini, & inuale-
 20 scibat. His autem expletis, proposuit Paulus
 per Spiritum, peragrata Macedonia & Achaia
 profi-

proficisci in Hierusalenu, dicens, Postquam fu-
 ero illic, oportet me etiam Romam videre. Mis- 21
 sis autem in Macedoniam duobus ex ijs qui ipsi
 ministrabāt, videlicet Timotheo & Erasto, ipse
 substitit ad tempus in Asia. Ortus est autem 22
 illo tempore tumultus nō paruus ob viam Do-
 mini. Nam quidam nomine Demetrius, signa- 23
 tor argenti, qui faciebat templa Dianę argentea,
 præbebat artificibus non paruum quæstum.
 Quibus congregatis, & ijs qui similibus rerum 24
 erant opifices, dixit, Viri, scitis ex hoc opificio
 nostras esse facultates: Et spectatis & auditis 25
 Paulum non solum Ephesinam, sed propè toti-
 us Asiae multam turbam persuadendo auertisse,
 quod dicat deos illos non esse qui manibus fiāt.
 Periculum est autem nō solum, ne pars ista no- 26
 bis per ipsum confutata pereat, sed etiam ne ma-
 gnæ deę Dianę templum pro nihilo putetur,
 futurumque sit vt etiam destruatür maiestas e-
 ius, quam tota Asia & orbis colit. His autem 27
 auditis, pleni exandescencia, clamauerunt di-
 centes, Magna Diana Ephesiorum. Et imple- 28
 ta est ciuitas tota confusione: & irruerunt con-
 corditer in theatrum, correpto Caio & Aristar-
 cho Macedonibus, socijs peregrinationis Pau-
 li. Paulo verò volente prodire ad populum, nō 29
 fuerunt eum prodire discipuli. Sed & quidam 30
 ex Asia primoribus quum essent ei amici, nun-
 tijs ad eum missis, rogarunt ne se daret in thea-
 trum. Alij igitur aliud clamabant. erat enim 31
 concio confusa, & plerique nesciebant cuius rei
 causa conuenissent. Ex turba verò quidam pro- 32
 duxerunt Alexandrum, propellentibus eum Iu-
 daeis, Alexander igitur quum manu silentium
 fecisset

- fecisset, volebat causam dicere apud populum.
- 33 Quem vt cognouerunt Iudæum esse, vox exitit
vna omnium, quasi ad horas duas clamantium,
- 34 Magna Diana Ephesiorum. Tum scriba quum
repressisset turbam, dixit, Viri Ephesij, quis e-
nim est hominum, qui nesciat Ephesiorum vr-
bem ædituam esse magnæ deæ Diana, & à Ioue
35 delapsi simulachri? Quum igitur istis non pos-
sit contradici, oportet vos sedatos esse, nec quic-
36 quam præceptis facere. Adduxistis enim homi-
nes istos, neque sacrilegos, neque contumeliosos
37 in deam vestram. Quod si Demetrius & qui
cum eo sunt artifices, negorium habent cum a-
liquo, agitur forum, & Proconsules sunt, alij
38 alios in ius vocent: Siquid autem de rebus a-
lij requiritis, in legitima cõcione explicabitur.
- 39 Nam periculum est, ne postulemur seditionis
propter diem hodiernum, quum nulla subfit
causa ob quam possimus reddere rationem con-
cursus istius. Et quum hæc dixisset, dimisit
concionem.

CAPVT XX.

1. Paulus iter in Macedoniam instituit. 7. Troade in
mediam noctem sermonem protendens, 9. Eutychem
per fenestram delapsum 10. retulcrat. 15. Miletum 17.
vocatis Ephesius presbyteris 23. quid se 28. & alios
maneat, exponit.

- 1 Postquam autem cessauit tumultus, quum ad-
uocasset Paulus discipulos, & complexus es-
2 set, abiit profecturus in Macedoniam. Quum
autem illas partes peragrasset, & hortatus illos
3 fuisset multo sermone, venit in Græciam. Et
ibi peractis mensibus tribus, quum ei in Syriam
Y proue-

prouehendo factæ fuissent à Iudæis insidiæ, cen-
 sedit reuertendum per Macedoniam. Comita- 4
 batur autem eum vsque in Asiam Sopater Be-
 roœensis: Thessalonicenses verò, Aristarchus, &
 Secundus, & Gaius Derbaus, & Timotheus:
 Asiani verò, Tychicus & Trophimus. Qui quò 5
 præiuissent, expectarunt nos Troade: Nos 6
 verò enauigauimus Philippis post dies Azy-
 morum, & uenimus ad eos Troadem intra die-
 es quinque, ubi egimus dies septem. Primo au- 7
 tem die hebdomadis, coactis discipulis ad fran-
 gendum panem, Paulus differebat, abiturus po-
 stridie: produxitq; sermonem vsq; in mediam
 noctem. Erant porrò lucernæ multæ in cœ- 8
 naculo, ubi erant congregati. Et sedens qui- 9
 dam adolescens nomine Eutychnus in fenestra,
 deiciente eum somno profundo, quum diuti-
 us differeret Paulus, præ somno ruens, decidit
 ex tertia contignatione deorsum: & sublatus
 est mortuus. Quum descendisset autem Pau- 10
 lus, ruit in eum: & complexus dixit, Ne tumul-
 tuamini: anima enim eius in ipso est. Quum 11
 igitur ascendisset, fregissetq; panem ac gustaf-
 set, diu colloquutus vsque ad diluculum, ita de-
 mum profectus est. Adduxerūt autem puerum 12
 uiuum, & recreati sunt non mediocriter. Nos 13
 autem progressi ad nauem, prouecti sumus Af-
 son, illinc recepturi Paulum: sic enim con-
 stituerat, pedibus ipse iter facturum. Ut autem 14
 congressus est nobiscum ad Asson, recepto eo ve-
 nimus Mytilenen. Et quum illinc ab nauigasse- 15
 mus, sequenti die peruenimus contra Chium:
 postridie verò appulimus Samum: & quum di-
 uersati essemus Trogyllij, sequenti die uenimus
 Myle-

16 Myletum. Decreuerat enim Paulus præterna-
 uigare Ephesum, ne ei contingeret tempus tere-
 re in Asia. Festinabat enim, si fieri posset, vt die
 17 Pentecostes essemus Hierosolymis. Missis au-
 tem Mileto nuntijs Ephesum, accersiuit Pre-
 18 sbyteros Ecclesiæ. Qui quã ad ipsum venissent,
 dixit eis, Vos scitis, à primo die quo ingressus
 sum Asiam, quomodo vobiscum per omne tem-
 19 pus fuerim: Seruiens Domino cum omni mo-
 destia, & multis lacrymis ac tentationibus, quæ
 20 mihi euenerunt in Iudæorum insidijs: Vt nihil
 subterfugerim eorum, quæ vobis conducerent,
 quominus ea vobis annuntiarem, & docerem
 21 vos publicè & per singulas domos: Testificans
 Iudæis simul & Græcis conuersionem ad De-
 22 um, & fidem in Dominum nostrum Iesum. Et
 nunc ecce, ego vincetus Spiritu, proficiscor in
 Hierusalem, ignorans quæ in ea mihi occurrent:
 23 Nisi quòd Spiritus sanctus per singulas vrbes
 testificatur, dicēs vincula & afflictiones me ma-
 24 nere. Sed nullius rei habeo rationem, neq; vi-
 ta mea mihi ipsi cara est, vt peragā cursum me-
 um cum gaudio, & ministerium quod accepi à
 Domino Iesu, ad testificandum Euangelium
 25 gratiæ Dei. Et nunc ecce, ego scio non amplius
 visuros faciem meam vllos ex vobis omnibus,
 26 per quos tranfui prædicans regnum Dei. Ideo
 testor vobis hodierno die, me purum esse à
 27 sanguine omnium. Non enim subterfugi quo-
 minus annuntiarem vobis omne Dei consilium.
 28 Attendite igitur vos ipsos, & totum gregem in
 quo vos Spiritus sanctus constituit Episcopos
 ad pascendam Ecclesiam Dei, quam proprio illo
 29 sanguine acquisiuit. Ego enim hoc noui, post

discessum meum lupos graues, non parcentes gregi, ingressuros esse in vos: Et ex vobis ipsos exorturos qui loquantur peruersa, vt discipulos post se abstrahant. Ideo vigilate, memores me per triennium nocte & die non cessasse cum lacrymis monere vnumquenque. Et nunc quoque, fratres, commedo vos Deo & sermoni gratia ipsius: qui quidem Deus potest superstruere, & dare vobis quod hereditatis iure possideatis cum sanctificatis omnibus. Argentum & aurum aut vestem nullius concupiui. Imo ipse nostis, vobis meis & ijs qui mecum sunt, manus istas ministrasse. In omnibus ostendi vobis oportere sic laborando suscipere infirmos, & meminisse verborum Iesu, ipsum videlicet dixisse, Beatum est dare potius quam accipere. Et quum hac dixisset, positis genibus suis orauit cum illis omnibus. Magnus autem fletus omnium ortus est: & ruentes in collum Pauli, deosculabantur eum: Cruciatum maxime ob sermone quem dixerat, ipsos non esse amplius faciendum ei conspecturos: & deduxerunt eum ad nauim.

1. Cor. 4. 12
1. Theff. 2. 9
2. Theff. 3. 9

CAPVT XXI.

1. Paulus Hierosolymam tendens, 8. Cæsareæ Philippum Euangelistam conuenit. 10. cuius etiam vincula prædicit Agabus. 17. Hierosolymam quum aduenisset, 26. templum ingressus 27. comprehenditur a Iudæis, 32. Per Lysiam tribunum iisdem eripitur.

VT autem prouecti sumus, auulsi ab eis, recto cursu venimus Coum, & sequenti die Rhodum, & illinc Patara. Et inuenta nauique traieciat in Phœnicem, ea conscensa, prouecti sumus.

3 mus. Quum autem cœpisset nobis apparere
 Cyprus, ea ad sinistram relicta, nauigauimus in
 Syriam, & deuecti sumus Tyrum: illic enim na-
 4 uis erat suum onus expositura. Permanimus
 autem ibidem dies septem, inuentis discipulis:
 qui Paulo dicebant per Spiritum, ne ascenderet
 5 in Hierusalem. Sed peractis illis diebus abij-
 mus, omnibus deducentibus nos cum vxoribus
 & liberis, donec urbem exiuissemus. & positis
 6 genibus in littore, precati sumus. Et alij alios
 complexi, conscendimus nauim: illi autem re-
 7 uersi sunt ad suos. Nos verò nauigatione per-
 fecta, peruenimus Tyro Ptolemaida: & saluta-
 tis fratribus, mansimus diem vnum apud eos.
 8 Postridie verò egressi Paulus & nos qui cum eo
 eramus, venimus Casaream: & ingressi domũ
 9 Philippi Euangelistæ, (qui erat vnus ex illis Supr. 6. 5
 septem) mansimus apud eum. Huic autem e-
 10 rant quatuor filia: virgines prophetantes. Et
 quum illic permansissemus dies complures, de-
 scendit ex Iudæa quidam Propheta nomine A-
 11 gabus: Qui quum venisset ad nos, sumpsit zo-
 nam Pauli, & vinctis sibi pedibus ac manibus,
 dixit, Hæc dicit Spiritus sanctus, Virum cuius
 est hæc zona, ita vincient in Hierusalem Iudæi,
 12 tradentque in manus Gentium. Vt verò ista
 audiuimus, rogabamus & nos & qui in eo loco
 13 erant, ne ascenderet in Hierusalem. Tunc re-
 spondit Paulus, Quid facitis flentes & commi-
 nuentes cor meum? Nam ego non solũ vin-
 ciri, sed & mori paratus sum in Hierusalem pro
 14 nomine Domini Iesu. Quum igitur non assen-
 tiretur, acquieuimus, dicentes, Fiat Domini vo-
 15 luntas. Porro post dies istos collectis sarcinis

ascendimus in Hierusalem. Venerunt autem 16
 simul etiam quidam ex discipulis Casarea no-
 biscum, adducentes secum apud quem hospita-
 remur, Mnasonem quendam Cyprium, antiquū
 discipulum. Quum igitur peruenissemus Hie- 17
 rosolymam, libenter exceperunt nos fratres. Se- 18
 quenti autem die introijt Paulus nobiscum ad
 Iacobum: & omnes Presbyteri adfuerunt.
 Quos complexus, exposuit sigillatim quæ Deus 19
 fecisset inter Gentes per ipsius ministerium. At 20
 illi his auditis, glorificauerunt Dominum: &
 dixerunt ei, Conspicis frater, quot sint millia
 Iudæorum qui crediderunt: suntque omnes
 accensi zelo Legis. Audierunt autem de te ex 21
 aliorum sermone, te defectionem à Mose docere
 omnes qui inter Gentes sunt Iudæos, & dice-
 re eos non debere circumcidere filios, neque se-
 cundum ritus ambulare. Quid est ergo? omni- 22
 no oportet conuenire multitudinem. audient
 enim te venisse. Hoc igitur fac quod tibi di- 23
 cimus: Sunt nobis viri quatuor voto obnoxij.
 His assumptis sanctificator cum eis, & adde ad 24
 eorum sumptus, ut radant capita: & norint o-
 mnes nihil esse eorum quæ de te fama acceperūt,
 sed te quoque ita incedere, ut Legem obserues.
 De ijs autem qui crediderunt ex Gentibus, nos 25
 scripsimus, & decreuimus nequid huiusmodi
 obseruent, nisi ut caueant ab ijs quæ sunt im-
 molata simulacris, & à sanguine, & suffocatis,
 & scortatione. Tum Paulus assumptis viris 26
 illis, sequenti die cum eis sanctificatus ingres-
 sus est in templum, denuntians expletionem
 dierum sanctificationis, vsquedum oblata fuit
 pro vnoquoque eorum oblatio. Quum au- 27
 tem

Supr. 18. 18

Num. 6. 18

tem septem illi dies iam essent explendi, quidam
 Iudæi ex Asia, eum conspicati in templo, con-
 turbarunt totam turbam, & iniecerunt manus
 28 in eum: Clamantes, Viri Israelitæ, succur-
 rite: hic est homo ille qui aduersus populum,
 & Legem & locum hunc omnes vbique docet:
 atque aded Græcos introduxit in templum, &
 29 polluit sanctum locum istum. (Viderant
 enim antea Trophimum Ephesium in vrbe cum
 eo, quem existimabant fuisse à Paulo intro-
 30 ductum in templum.) Commota est igitur
 vrbs tota, & factus est concursus populi: & pre-
 hensum Paulum trahebant è templo: statimq;
 31 clausæ sunt fores. Studentibus autem ipsis eum
 trucidare, peruenit fama ad Tribunal cohort-
 32 tis, totam Hierusalem conturbatam esse. Qui
 eo ipso momento acceptis militibus ac Centu-
 rionibus, decurrit ad illos. At illi quum vi-
 didissent Tribunal & milites, cessarunt verbe-
 33 rare Paulum. Tunc appropinquans Tribunus
 prehendit eum, & iussit vinciri catenis duabus
 & perconatus est quisnam esset, & quid fecisset.
 34 Alij autem aliud clamabant in turba: & quum
 non posset certi quicquam cognoscere propter
 35 tumultum, iussit duci in castra. Quum igitur
 peruenisset ad gradus, euenit vt portaretur à
 36 militibus propter violentiam turbæ. Seque-
 batur enim multitudo populi clamans, Tolle
 37 eum. Et quum iam introducendus esset in castra
 Paulus, dicit Tribuno, Licetne mihi aliquid ti-
 38 bi dicere? Qui dixit, Græcè nosti? Nonne
 tu es Aegyptius ille qui ante hos dies ad seditio-
 nem concitasti, & eduxisti in desertum quatuor
 39 millia siccariorum? Dixit autem Paulus, Ego
 qui

quidem sum Iudæus Tarsensis, non obscure Ci-
licum vr̄bis cuius: ceterum rogo te, permitte
mihi, vt alloquar populum. Quum igitur ille ⁴⁰
permisisset, Paulus stans in gradibus, manu si-
lentium postulauit à plebe: & magno silentio
facto, loquutus est lingua Hebræa, dicens.

CAPVT XXII.

1. Paulum rationem fidei suæ reddentem 22. aliquan-
diu Iudæi audiunt. 23. Illis vero clamantibus, 24. vir-
gis examinari iussus. 27. Romanum se ciuem esse de-
clarat.

Viri fratres & patres audite meam, qua nunc 1
apud vos vtor, defensionem. (Quum audis- 2
sent aut̄ eū Hebræa lingua ipsos alloqui, magis
præbuerunt silentium, & dixit.) Ego quidem 3
sum Iudæus, natus Tarsi, vr̄be Ciliciæ, nutritus
verò in hac ipsa vr̄be ad pedes Gamalielis, insti-
tutus ad exquisitam formam patriæ Legis, zelo
Dei accēsus, sicut & vos omnes estis hodie. Qui 4
hoc vitæ genus persequutus sum vsque ad mor-
tem, vinciens ac tradens in carceres tū viros tum
mulieres. Vt & Pontifex maximus mihi testis 5
est, & totus seniorum ordo: à quibus etiam epi-
stolis ad fratres acceptis, Damascum proficisce-
bar, adducturus etiā eos qui illic essent, vincētos
in Hierusalem, vt punirentur: Euenit autem 6
mihi iter facienti, & appropinquanti Damasco
circiter meridiem, vt repente è caelo circumful-
serit me lux multa. Cecidi quē in solum, & 7
audiui vocem dicentem mihi, Saul, Saul, quid
me persequeris? Ego verò respondi, Quis es 8
Domine? Dixit quē mihi, Ego sum Iesus Naza-
renus, quem tu persequeris. Porò qui mecum 9
erant,

erant, lucem quidem conspexerunt, & expaues-
cti sunt: vocem autem non audierunt eius qui
10 loquebatur mecum. Dixi verò, Quid faciam
Domine? Dominus autem dixit mihi, Surge ac
proficiscere Damascum: & illic tibi dicetur de
omnibus quæ constituta sunt tibi, vt facias.
11 Quum verò non viderem præ gloria lucis illius,
manu deductus ab ijs qui mecum erant, veni
12 Damascum. Ananias autem quidam, vir pius
secundum Legem, testimonio ornatus omnium
13 illic habitantium Iudeorum, Veniens ad me, &
adstans dixit mihi, Saul frater recipe visum. Et
ego eodem illo momento sum eum intuitus.
14 Ipse autem dixit, Deus Patrum nostrorum de-
legit te qui cognosceres ipsius voluntatem, & vi-
deres Iustum illum, & audires vocem ex ore i-
15 pius. Nam eris ei testis apud omnes homines,
16 eorum quæ vidisti & audisti. Nunc igitur quid
cunctaris? exurge, & baptizare, & ablue peccata
17 tua, inuocato nomine Domini. Euenit autem
mihi reuerso in Hierusalem, quum precarer in
18 templo, vt raperer extra me: Et viderem eum
dicentem mihi, Festina, & exi citò ex Hierusa-
lem: quoniam non accipient testimoniũ tuum
19 de me. Et ego dixi, Domine, ipsi sciunt me per-
traxisse in carcerem, & cecidisse per singulas sy-
20 nagogas eos qui credebant in te. Et quum fun-
deretur sanguis Stephani martyris tui, ego quo-
que adstabam, & assentiebar cædi illius, & cu-
stodiebam pallia eorum qui interficiebāt eum.
21 Tum is dixit mihi, Proficiscere: nam ego te
22 procul ad Gentes mittam. Audiebant autem
eum ad hunc vsque sermonem: tum verò sustu-
lerunt vocem suam, dicentes, Tolle è terra ho-
mi.

minem istiusmodi : non enim conuenit eum uiuere. Clamantibus autem eis, & proijcientibus pallia, & puluerem iactantibus in aerem, Iussit tribunus eum duci in castra, dixitq; ut in eum verberibus inquireretur: ut resciret quam ob causam sic clamarent aduersus eum. Quum autem adstrinxissent eum loris, dixit astanti Ceturioni Paulus, Num hominem Romanum & indemnatum licet vobis flagellare? Hoc verò quum audisset Centurio, adiit Tribunum, & annuntiauit ei, dicens, Vide quid facturus sis: homo enim iste, Romanus est. Accedens autem Tribunus, dixit ei, Dic mihi, num tu Romanus es? At ille dixit, etiam. Et respondit Tribunus, Ego multa summa ciuitatem istam acquisiui. Paulus autem ait, Ego verò etiam natus sum ciuis. Statim igitur abscesserunt ab eo qui fuerant in eum inquisituri: sed & Tribunus quoque timuit, cognito eum Romanum esse, quoniam eum vinxerat. Postero autem die volens pro certo scire cuius rei accusaretur à Iudæis, soluit eum è vinculis, & iussit principes Sacerdotum venire, totumq; ipsorum confessum: ac deductum Paulum statuit coram eis.

CAPVT XXIII.

1. Paulum causam dicentem 2. Ananias percuti iubet. 7. Dissensio inter ipsos accusatores oritur 11. Consolatur Deus Paulum, 14. De Iudæorum insidiis 20. Tribunus certior factus, 27. Paulum Felici præfidi mittendum curat.

INcentis autem in confessum oculis Paulus ait, Viri fratres, ego omni cōscientia bona seruiui Deo ad hunc vsque diem. Ananias autem Pontia

Pontifex maximus imperavit ijs qui ipsi adsta-
 3 bant, vt os eius caderent. Tum Paulus dixit ei,
 Futurū est, vt percutiat te Deus, paries dealba-
 te. & tu sedes iudicans me secundum Legem, &
 4 Legem transgrediens iubes me cadi? Tum qui
 adstabant dixerunt, Pontifici maximo Dei con-
 5 uitiaris? Dixit autem Paulus, Nesciebam, fra-
 tres, Pontificem esse maximum, scriptum est
 6 enim, Principi populi tui non maledices. Quū Exod. 22.28
 verò nosset Paulus, etiam quidem partem esse
 Sadduceorum, alteram verò Phariseorum, cla- Infra 24.22
 mauit in confessū, Viri fratres, ego Phariseus Philip. 3.9
 sum, filius Pharisæi: de spe & resurrectione mor-
 7 tuorum ego in iudicium vocor. Quum autem
 hæc esset loquutus, orta est seditio inter Phari-
 seos ac Sadduceos: & diuisa est multitudo.
 8 Nam Sadducei quidem dicunt non esse resur-
 rectionem, neq; angelum, neq; spiritum: Phari-
 9 sæi autem vtrunque confitentur. Ortus est
 igitur clamor magnus: & quum surrexissent
 Scribæ ex partibus Phariseorum, depugnabant,
 dicentes, Nihil mali inuenimus in homine isto:
 quod si Spiritus loquutus est ei, seu Angelus, ne
 10 repugnemus Deo. Et quum magna seditio es-
 set, veritus Tribunus ne Paulus ab ipsis discer-
 peretur, iussit militum manum descendere, et eū
 11 rapere de medio eorum, ac ducere in castra. Se-
 quente verò nocte adstans ei Dominus, dixit,
 Confide Paule. Vt enim testificatus es de me in
 Hierusalem, sic te oportet etiam Romæ testifi-
 12 cari. Orto autem die, quidam ex Iudæis facta
 coitione deuouerunt sese, dicentes neque esu-
 ros se, neque bibituros vsquequo trucidassent
 13 Paulū. Erant autem plures quàm quadreginta
 viri

viri qui hanc coniurationem fecerant. Qui ad. 14
 ierunt principes Sacerdotum & seniores, & di-
 xerunt, Deuotione deuouimus nos ipsos, nihil
 gustaturos vsquequo trucidauerimus Paulum.
 Nunc ergo vos indicate Tribuno ex confessus 15
 voluntate, vt eum cras ad vos deducat, veluti
 exquisitiùs percognituros de ijs quæ ad eum spe-
 ctant: nos verò, priusquam appropinquet, pa-
 rati sumus ipsum interimere. Quum autem 16
 filius sororis Pauli audisset insidias, venit: &
 ingressus in castra annuntiauit Paulo. Paulus 17
 autem aduocato quodam ex Centurionibus,
 ait, Adolescentem hunc abduc ad Tribunal:
 habet enim quod annuntiet ei. Ille igitur ac. 18
 ceptum eum duxit ad Tribunal, & dixit, Vin-
 ctus Paulus aduocatum me rogauit, vt hunc
 adolescentem ducerem ad te, qui aliquid habeat
 quod tibi loquatur. Tribunus verò prehensa 19
 eius manu, quum secessisset seorsum, percontat-
 us est, Quid est quod habes mihi annuntian-
 dum? Ille autem dixit, Iudæi constituerunt te 20
 rogare, vt cras Paulum deducas in confessum,
 quasi aliquid exquisitiùs percõtaturi sint de eo.
 Tu verò ne ipsis assentitor. insidiantur enim ei 21
 ex istis viri plures quadraginta, qui se ipsos de-
 uouerunt neq; esuros neq; bibituros vsquequo
 interemerint eum: & nunc parati sunt, expectan-
 tes quid à te renuntietur. Tribunus igitur di. 22
 misit adolescentem, quum ei præcepisset, vt nul-
 lieffutiret se hæc ipsi indicasse. Et aduocatis 23
 duobus quibusdam ex centurionibus iussit, vt
 pararent milites ducentos qui proficiscerentur
 Cæsaream vsque, & equites septuaginta, & sti-
 patores ducentos, à tertia hora noctis: Et vt iu. 24
 menta

25 menta præberent, vt impositum Pauli saluum
 26 perducerent ad Felicem præsidem: Scriptæ e-
 26 pistola, quæ hanc summam contineret. Claudi-
 us Lyfias præstantissimo præfidi Felici salutem.
 27 Virum hunc comprehensum à Iudæis, quum
 iam esset ab eis interimendus, superueniens
 cum militum manu erui, quum cognouif-
 28 sem Romanum esse. Et volens scire causam cur
 eum criminarentur, deduxi eum in ipsorum
 29 confessum. Quem comperi accusari de qua-
 stionibus Legis ipsorum, nullius criminis reum
 30 quod sit dignum morte aut vinculis. Quum
 autem mihi indicatum esset infidias huic viro
 factum iri à Iudæis, eo ipso momento misi eum
 ad te: & denuntiavi quoq; accusatoribus, vt quæ
 31 habent aduersus eum, dicant apud te. Vale. Mi-
 lites igitur sicut ipsis præceptum erat, acceptum
 32 Paulum duxerunt nocte Antipatrida. Postero
 autem die, relictis equitibus qui cum eo irent,
 33 reuerfi sunt in castra. Qui quum venissent Cæ-
 saream, & reddidissent epistolam Præsidi, stite-
 34 runt coram eo etiam Paulum. Quum legisset
 autem literas Præsides, & interrogasset ex qua pro-
 35 uincia esset, ac cognouisset ex Cilicia: Audi-
 am te, inquit, quum accusatores quoq; tui ad-
 fuerint. Iussitq; in prætorio Herodis ipsum
 custodiri.

CAPVT XXIII.

2. Tertullo accusante 10. Paulus pro se causam dicit.
 20. Præsidi & eius uxori Christum annunciat: per
 tantam pecuniam cum frustra Felix expectasset, 28. pro-
 uincia decedens, vincium Paulum relinquit.

1. **Q**uinq; autem post diebus descendit Pon-
 tificex maximus Ananias cum senioribus,
 & Ter-

& Tertullo quodam oratore: qui comparuerunt
 coram Præsede contra Paulum. Citato igitur 2
 eo, coepit accusare Tertullus, dicens, Nos per 3
 te tuæque prudentiæ egregia in hac gente faci-
 nora multam pacem consequutos, & profus &
 vbique agnoscimus, præstantissime Felix, cum
 omni gratiarum actione. Ne verò te diutius in- 4
 terpellem, rogo te, vt audias nos paucis pro tua
 æquitate. Comperimus enim virum hunc esse 5
 pestilentem, & qui moueat seditionem omni-
 bus Iudæis per vniuersum orbem, & principem
 sectæ Nazarenorum: Qui templum quoq; ten- 6
 tauit profanare: quem etiam prehensum volui-
 mus secundum Legem nostram iudicare: Sed 7
 interueniens Tribunus Lysias, cū magna vi ab-
 duxit eum è manibus nostris, Iusis ipsius accu- 8
 satoribus ad te venire: ex quo poteris, ipse, in-
 quisitione habita, de omnibus istis cognoscere
 de quibus nos eum accusamus. Consenserunt 9
 autem etiam Iudæi, dicentes hæc ita se habere.
 Respondit autem Paulus, quū inuisset ei Præ- 10
 ses, vt loqueretur: Quia te à multis annis isti gē-
 ti præfuisse scio, meliore animo in rebus meis
 defensione vtar: Quum tu possis nosse non plu- 11
 res exactos esse dies quàm duodecim, ex quo as-
 cendi adoraturus in Hierusalem. Neq; verò me 12
 in templo inuenerunt cum aliquo differentem,
 aut coitionem turbæ facientem, neq; in synago-
 gis, neque in vrbe: Neq; probare possunt ea de 13
 quibus nunc me accusant. Hoc verò tibi con- 14
 fiteor, me secundum viam illam, quam sectam
 dicunt, ita seruire patrio Deo, vt qui ctedam o-
 mnib. quæ in Lege & in Prophetis scripta sunt:
 Et spem habeam in Deum, fore quam etiam 15
 ij ipsi

ij ipsi expectat, n resurrectionem mortuorū tuarū
 16 iustorum tum iniustorū. In hoc igitur ipse me
 exerceo, vt conscientia habeam sine offenculo
 17 apud Deum & apud homines semper. Pluribus
 aut annis interiectis, veni eleemosynas exhibitu-
 18 rus genti mea: & oblationes. Quo tempore in-
 uenerunt me sanctificatū in templo, non tamen
 cum turba, neq; cum tumultu, quidam ex Asia
 19 Iudai. Quos oportuit apud te adesse, & accu-
 20 sare si quid haberent aduersum me. Aut hi ipsi
 dicant si quod inuenerint in me iniuste factum,
 21 quū ego starem in confessu: Nisi de hac vna vo-
 ce, qua clamaui, quum inter eos starem, De resur-
 rectione mortuorū ego in iudicium vocor ho-
 22 die à vobis. Auditis autem his, Felix distulit
 eos, Postquam exquisitiū pernozero quē ad se-
 etam istam pertinēt, inquit, quum Tribunus
 Lysias descenderit, pernoscam vestrum negotiū.
 23 Et præcepit Centurioni, vt seruaretur Paulus
 ac laxaretur, & nequem prohiberet ex ipsius fa-
 24 miliaribus ei ministrare, aut eum adire. Ali-
 quot autem post diebus quum adesset Felix cum
 Drusilla vxore sua, quæ erat Iudæa, accersiuit
 Paulū, & audiuit eum de fide quæ est in Chri-
 25 stum. Differente autem ipso de iustitia, & con-
 tinentia, & iudicio futuro, expauesactus Felix
 respondit, Nunc quidem abi: caterum oppor-
 26 tunitatem nactus accersam te: Simul & illud
 sperans, fore vt pecunia ipsi daretur à Paulo, vt
 eum vinculis exolueret: quum obrem etiam fre-
 quentiū eum accersens, colloquebatur cum eo.
 27 Biennio autem expleto accepit successorem Fe-
 lix Porcium Festum: & volens gratiam inire à
 Iudæis Felix, reliquit Paulum vincitum.

1. Festus succedens 6. iubet Paulum adduci. 11. Paulus Cæsarem appellat. 14. Festus Agrippæ regi negotium Pauli exponit, 23. eundemque illi iussit 27. vt causam cognoscat.

Festus ergo ingressus prouinciam, triduo post
 ascendit Hierosolymam ab vrbe Cæsarea.
 Indicarunt autem ei Pontifex maximus & pri-
 marij ex Iudæis de Paulo, & eum rogarunt, Pe-
 tentes gratiam aduersus eum, vt accerferet eum
 in Hierusalem: factis insidijs, vt eum in via in-
 terimerent. Festus autem respondit seruari
 Paulum Cæsareæ, se verò citò illuc profectu-
 rum. Qui ergo inter vos, inquit, possunt, vnà
 descendant: & si qua est in hoc viro improbi-
 tas, accusent eum. Et actis inter eos diebus non
 pluribus quàm decem, quum descendisset Cæ-
 saream, postero die sedit pro tribunali, iussitq;
 Paulum adduci. Qui quum venisset, circum-
 steterunt eum qui Hierosolymis descenderant
 Iudæi, multas & graues criminationes adferen-
 tes aduersus Paulū, quas non poterant demon-
 strare: Quum ipse exciperet, se neque in Legem
 Iudæorum, neque in templum, neque in Cæsa-
 rem quicquam peccasse. Sed Festus volens gra-
 tiam inire à Iudæis, respondens Paulo, dixit,
 Vis Hierosolymam ascendere, & illic de his iu-
 dicari apud me? Dixit autem Paulus, Ad tri-
 bunal Cæsaris sto, vbi me oportet iudicari. Iu-
 dæis nulla in re iniuriam feci, sicut & tu pul-
 chrè nosti. Nam si quam iniuriam ac dignum
 morte aliquid feci, non recuso mori: sin verò
 nihil est eorum, quorum isti me accusant, nemo
 potest me illis condonare. Cæsarem appello.
 Tunc

12 Tunc Festus cum cōcilio colloquutus, respon-
 dit, Cæsarem appellasti? ad Cæsarem proficisce-
 13 ris. Diebus autem aliquot exactis, Agrippa rex
 & Bernice venerunt Cæsaream, salutaturi Fe-
 14 stum. Et quum dies complures illic versati fu-
 issent, Festus regi exposuit quæ ad Paulum spe-
 ctabant, dicens, Vir quidam est relictus à Felice
 15 vincetus: De quo, quum peruenissem Hieroso-
 lymam, indicarunt mihi principes Sacerdotum
 & seniores Iudæorum, petentes damnationem
 16 aduersus eum. Quibus respondi, non esse Ro-
 manis morem, quempiam perdendum dare, pri-
 usquam ijs qui accusatur, in conspectu habeat
 accusatores, & locum defensionis accipiat super
 17 criminatione. Quum ergo huc conuenissent,
 absque vlla dilatione, consequenti die quum se-
 dissem pro tribunali, iussi adduci hominem.
 18 Cuius accusatores quum adstarent, nullum cri-
 men obijciebant eorum quæ ego suspicatus e-
 19 ram: Sed quaestiones quasdam de sua super-
 stitione habebant aduersus eum, & de quodam
 Iesu defuncto, quem affirmabat Paulus viuere.
 20 Dubitans autem ego in eiusmodi quaestione,
 dixi num vellet proficisci in Ierusalem, & illic
 21 iudicari super istis. Quum verò Paulus ap-
 pellasset, vt seruaretur Augusti cognitioni,
 iussi eum seruari, quousque mitterem eum
 22 ad Cæsarem. Agrippa verò dixit Festo, Ve-
 lim & ipse hominem audire. At ille, Cras,
 23 inquit, eum audies. Postero igitur die quum
 venisset Agrippa & Bernice cum multa ostenta-
 tione, & introisset in auditorium cum Tribu-
 nis & eminentibus eius vrbs ciuibus, iubente
 24 Festo adductus est Paulus. Tum Festus, A-
 grippa

grippa rex, inquit, & omnes qui simul adestis
 nobiscum, conspicitis istum de quo omnis mul-
 tudo Iudæorum compellauit me & Hieroso-
 lymis & hîc, vociferantes non oportere eum vi-
 uere ampliùs. Ego verò quum comperissem ni-
 hil dignum morte eum fecisse, & is ipse appella-
 set Augustum, decreui eum mittere. De quo
 quid certi scribam domino, non habeo. qua-
 propter produxi eum ad vos, & maximè ad te,
 rex Agrippa, vt inquisitione habita, habeã quod
 scribam. Nam præter rationem mihi videtur,
 mittere vinctum, & crimina in eum collata non
 significare.

CAPVT XXVI.

2. Paulus coram Agrippa 4. vitam actam à iuuentute
 16. vocationemque suam 22. tanta autoritate expo-
 nit, 27. vt etiam Regis animum nonnihil fleteret: 30.
 sed te infecta discedunt proceres.

Agrippa verò Paulo dixit, Permittitur tibi
 pro teipso dicere. Tunc Paulus extenta ma-
 nu, hac defensione vsus est, Super omnibus de
 quibus postulor à Iudæis, rex Agrippa, beaurum
 me duco, quòd sim hodie causam apud te dictu-
 rus: Maximè quòd te gnarum esse sciam omni-
 um quæ apud Iudæos sunt & rituum & qua-
 stionum. ideo rogo te, vt patienter me audias:
 Itaque vitam quidem meam actam à iuuentute,
 quæque à principio fuit in gente mea Hieroso-
 lymis, sciunt omnes Iudæi: Vt qui antea no-
 uerint me iam inde à maioribus (si velint testa-
 ri) secundum exquisitissimam illam sectam no-
 stræ religionis vixisse Pharisæum: Nunc verò
 ob spem promissionis factæ patribus nostris à
 Deo, sto in iudicium vocatus: Ad quam duo-
 decim

fecim tribus nostra, Deo nocte & die perpetuo
 seruientes, sperant se peruenturas, de qua spe po-
 3 stulor, rex Agrippa, à Iudæis. Quid! incredi-
 bile iudicatur apud vos, quòd Deus mortuos
 9 exciret? Equidem statueram mihi aduersus no-
 men Iesu Nazareni multa contraria facienda,
 20 Quod etiam feci Hierosolymis: & multos san- Supr. 2. 5
 ctorum ego carceribus inclusi, à principibus Sa-
 ctorum potestate accepta: & quum ab eis in-
 cerdotum potestate accepta: & quum ab eis in-
 21 terimeretur, tuli suffragium. Ac per omnes syn-
 agogas saepe ipsos puniens, coggi ad blasphemã-
 dum: & supramodum furens aduersus eos, per-
 22 sequutus sum in exterar vsque ciuitates. Quo
 tempore etiam proficiscens Damascum cū po- Supr. 9. 2
 testate & procuratione principum Sacerdotum,
 23 Die medio, rex, in via vidi calitus lucem, quæ
 splendorem solis superabat, circumfussisse me,
 24 & eos qui mecum iter faciebant. Quum autem
 omnes nos decidissimus in terram, audiui vo-
 cem alloquentem me, ac dicentem Hebraica lin-
 gua, Saul, Saul, quid me persequeris? durum est
 25 tibi contra stimulos calcitrare. Ego autem di-
 xi, Quis es Domine? At ille dixit, Ego sum Iesus
 26 quem tu persequeris. Sed exurge, & sta in pedes
 tuos. idcirco enim apparui tibi, vt designarem te
 ministrum ac testem tum eorum quæ vidisti,
 27 tum eorum in quibus apparebo tibi: Eruens te
 ex hoc populo, & Gentibus ad quos nūc te mit-
 28 to, Vt aperias oculos eorum, vt se conuertant
 à tenebris ad lucem, & à potestate Satanae ad
 Deum, vt remissionem peccatorum & sortem
 inter sanctificatos accipiant, per fidem quæ est
 29 in me. Vnde, rex Agrippa, non fui rebellis cæ-
 20 lesti visioni: Sed ijs qui sunt Damasci primùm, Supr. 12. & 14.

Supr. 21. 30

& Hierosolymis, & per omnē regionem Iudææ,
 deinde & Gentibus annuntiaui, vt respicerent
 & conuerterent se ad Deum, opera facientes di-
 gna ijs qui respiciissent. Horum causa Iudæi
 me in templo comprehensum tentarunt inter-
 ficere. Sed auxilium à Deo nactus perstiti in
 hunc vsq; diem, testificans ista tum paruis tum
 magnis, nec quicquam dicens extra ea quæ Pro-
 phetæ ac Moses futura prædixerunt: Nempe
 Christum esse passurum, ac primum ex resurre-
 ctione mortuorum, lucem annuntiaturum
 huic populo & Gentibus. Hæc autem ipso pro
 se excipiente, Festus magna voce ait, Insanis
 Paule: multæ literæ te ad insaniam adigunt.
 Tunc ille, Non insanio, inquit, præstantissime
 Feste, sed vera ac sobria verba eloquor. Scit enim
 ista rex, apud quem etiam liberè loquor: nam-
 que enim id in angulo gestum est. Credis rex
 Agrippa Prophetis? scio te credere. Agrippa
 autem dixit Paulo, Propemodum persuades
 mihi, vt fiam Christianus. Tunc Paulus dixit,
 Optarim à Deo, vt & propemodū & admodum
 non tu modò, sed omnes etiam qui me audiunt
 hodie, facti essetis tales, qualis ego sum, exceptis
 istis vinculis. Quum autem hæc dixisset, surrexit
 rex ac Præses & Bernice, & qui confederant cum
 eis. Et quum secessissent, loquebantur alij ad
 alios, dicentes, Nihil morte aut vinculis di-
 gnum facit homo iste. Agrippa verò Festo di-
 xit, Dimitti poterat homo iste, nisi appellasset
 Cæsarem.

1. Paulo 7. 9. periculosam nauigationem præmonen-
 ti 11. non creditur. 14. Diu ventis vndique tactati 21. 42
 naufragium faciunt: 43 omnes tamen salui 44. in ter-
 ram euadunt.

1 **V**T autem decretum est nos nauigaturos in
 Italiam, tradiderunt tum Paulum, tū quos-
 dam alios vinctos Centurioni nomine Iulio,
 2 cohortis Augustæ. 3 Conscenso igitur nauigio Adramytteno, nauigaturi secundum Asiæ
 regiones, prouecti sumus, & nobiscum erat A-
 ristarchus Macedo Thessalonicensis. Altera au-
 3 tem die deuecti sumus Sidonem. & Iulius hu-
 maniter tractato Paulo, permisit vt ad amicos
 4 profectus, ab illis curaretur. Illinc verò pro-
 uecti sublegimus Cyprum, quòd venti essent
 5 aduersi. Et pelagus quod est secundum Cilici-
 am & Pamphyliam emensi, deuenimus Myra
 6 urbem Lyciæ. Et illic nactus Centurio nauem
 Alexandrinam nauigantem in Italiam, impo-
 7 suit nos in eam. Quumque multis diebus tar-
 dè nauigaremus, vixque peruenissemus secun-
 dum Cnidum, non permittente nobis vento,
 8 sublegimus Cretam secundum Salmonen: Et
 illam vix præterlegentes, peruenimus in locum
 quendam quem vocant Pulchros portus, cui
 9 propinqua erat ciuitas Lasæa. Multo autem
 tempore peracto, & quum iam esset periculosa
 nauigatio, quòd iam etiam ieiunium præterij-
 10 set, admonebat eos Paulus, Dicens eis, Viri, vi-
 deo cum iniuria multoq; damno non solùm o-
 neris & nauis, sed etiam capitum nostrorum fu-
 11 turam nauigationem. Centurio autem guber-
 natori & nauclero potius assentiebatur quàm
 12 ijs quæ à Paulo dicebantur. Et quum apposi-

tus portus non esset ad hybernandum, plerique
 ceperunt consilium soluendi etiam illinc, exper-
 turi si quo modo possent Phœnica peruenire,
 & illic hybernare: qui portus est Creta, spe-
 ctans ad Africum & Chorum. Quum autem¹²
 aspirasset Notus, visi sibi propositi compotes,
 quum soluissent, propius præterlegebant Cre-
 tam. Verùm haud multo post impegit in eam¹⁴
 ventus turbulentus qui vocatur Euroclydon.
 Quumque abreptum esset nauigium, nec posset¹⁵
 obniti vento, dato nauigio flatibus, fereba-
 mur. Et quum infra paruam quandam insu-¹⁶
 lam qua Clauda vocatur, cursu delati essemus,
 vix potuimus scaphæ compotes fieri. Qua sub-¹⁷
 ducta, adiumentis utebantur, succincta nauis:
 timentesque ne in Syrtim inciderent, summi-
 sis velis, ita ferebantur. Quum autem vehe-¹⁸
 menti tempestate iactaremur, sequenti die ia-
 cturam fecerunt: Actertio die ipsi nostris ma-¹⁹
 nibus armamenta nauis abiecinus. Quum au-²⁰
 tem neque sol neque sidera apparuissent ad co-
 plures dies, & tempestas non parua incumbe-
 ret, iam ablata erat spes omnis salutis nostræ. Et²¹
 quum multa iam fuisset inedia, tunc stans Pau-
 lus in medio eorum, dixit, Oportebat quidem,
 o viri, mihi obediendo non prouehi à Creta, &
 vitare iniuriam hanc & damnum. Sed nunc²²
 admoneo, vt bono animo sitis: iactura enim
 nulla erit cuiusquam ex vobis, sed tantum na-
 uis. Adstitit enim mihi hac nocte Angelus²³
 Dei, cuius sum ego, quem etiam colo, Dicens,²⁴
 Ne metue Paule, oportet te Cæsari fisci: & ec-
 ce condonauit tibi Deus omnes qui tecum na-
 ulgant. Propterea bono animo estote viri: cre.²⁵

do enim Deo, ita fore quemadmodum loqu-
 26 tus est mihi. In insulam autem quandam inci-
 27 dere nos oportet. Caterum quum quartade-
 cima nox aduenisset, & ferremur in Adria, nau-
 28 ta circa mediū noctis suspicati sunt appropin-
 quare sibi aliquam regionem. Et demissa bolide
 inuenerunt passus viginti: & paululū inde pro-
 gressi rursus demissa bolide inuenerunt passus
 29 quindecim. Timentesq; ne quo modo in aspera
 loca inciderēt, iactis è puppi anchoris quatuor,
 30 optabant diem oriri. Nautis verò studentibus
 fugere è nauī, demissa scapha in mare, sub obtē-
 31 tu velut è prora anchoras extensuri, Dixit Pau-
 lus Centurioni & militibus, Nisi isti in nauī
 32 manserint, vos seruari non potestis. Tunc ab-
 sciderunt milites funes scaphæ, & stuerunt eam
 33 excidere. Interim aut̄ dum oriretur dies, horta-
 batur Paulus omnes, vt caperent cibum, dicens,
 Dies hic est decimusquartus, ex quo expectantes
 34 ieiuni permanetis, nihil cibi sumentes: Ideo
 vos hortor, vt sumatis cibum: hoc enim ad sa-
 lutem vestram spectat. nullius enim vestrām ca-
 35 pillus ex capite cadet. Et quum hæc dixisset, ac-
 cepto pane gratias egit Deo in cōspectu omnīū:
 36 & quum fregisset, cœpit edere. Omnes verò quū
 iam bono animo facti essent, sumpserunt & ipsa
 37 cibum. Erant autem vniuersa capita in na-
 38 uigio, ducenta septuaginta sex. Caterum satia-
 ti cibo alleuabant nauim, proijcientes frumen-
 39 tum in mare. Quum autem dies ortus esset,
 terram non agnoscebant: finum verò quendam
 animaduertunt habentem litus, in quē con-
 40 silium ceperant, si possent, expellere nauim. Igi-
 tur anchoris subiat̄, permiserunt eam mari,

simul laxatis vinculis gubernaculorum, & sublato artemone ad auræ statum, tendebant ad litrus. Sed quum incidissent in locum bimarem, 41 illiferunt nauem: ac prora quidem infixam manebat immobilis, puppis verò soluebatur præ vndarum violentia. Militum autem consilium 42 erat, vtinctos trucidarent, nequis quum enataisset, effugeret. At Centurio volens seruare 43 Paulum, prohibuit eos ab hoc consilio: iussitq; vt qui possent natate, abijcerent se primos, & in terram euaderent: Reliqui verò partim in tabulis, partim quibusdam nauis fragmentis. & ita factum est, vt omnes salui euaderent in terram.

CAPVT XXVIII.

1. Barbarorum humanitas erga naufragos. 2. Paulus viperam manu tollit 6. iulæsus. 8. Publium 6. & alios sanat. 11. Melita soluentes 16. Romam perueniunt. 17. Paulus iudæis 20. causam suam exponit: 23. Iesum docet 30. biennio.

ET quum salui euasissent, tunc agnouerunt insulam vocari Melitam. Barbari verò præstabant nobis non vulgarem humanitatem, accensa enim pyra acceperunt nos omnes, propter imbrem qui vrgebat, & propter frigus. Quum igitur congregasset Paulus nonnihil sarmentorum, & imposuisset in pyram, vipera è calore prorepens inuasit eius manum. Vt verò barbari viderunt pendentem bestiam ex ipsius manu, alij alijs dicebant, Omnino homicida est homo iste, quem seruatum è mari ultio non fuit viuere. At ille excussa bestia in ignem, nihil mali passus est: Illi verò expectabant dum intumesceret, aut concideret repente mortuus: sed quum

quum multum tempus expectassent, & viderent
 nihil incommodi illi contingere, mutati dice-
 7 bant eum esse Deum. Cæterum circa locum
 illum erant prædia cuidam primario insule, no-
 mine Publico, qui nos exceptos, triduo per ami-
 8 cè in hospitio habuit. Factum est autem, vt
 pater Publici febris ac dysenteria detentus,
 decumberet: ad quem Paulus ingressus, quum
 precatus esset, impositis ei manibus, sanauit eum.
 9 Hoc igitur factum, reliqui etiam qui morbis tene-
 10 bantur in insula, accedebant & sanabatur. Qui
 etiam multis honoribus nos honorarunt: &
 quum prouheremur, imposuerunt quæ vsui
 11 nobis erant. Tribus itaque post mensibus de-
 uecti sumus in nauem Alexandrinam, quæ in insula
 hyemauerat, cui erat insigne Castor & Pollux.
 12 Et deuecti Syracusas, illic mansimus triduum.
 13 Vnde circumlegentes deuenimus Rhegium: &
 & altero post die quum superuenisset Auster, se-
 14 cundo die venimus Puteolos. Vbi repertis fra-
 tribus, rogati sumus manere apud eos dies se-
 15 ptem, & ita contendimus Romam. Vnde quum
 audissent fratres de rebus nostris, prodierunt no-
 bis in occursum vsque ad Appij forum & Tres
 tabernas: quos quum vidisset Paulus, gratijs
 16 actis Deo, sumit fiduciam. Quum autem ve-
 nissimus Romam, Centurio tradidit vinctos
 præfecto exercituum: sed permissum est Paulo,
 vt habitaret seorsim cum milite qui ipsum cu-
 17 sto liret. Factum est autem, vt tertio post die
 conuocaret Paulus Iudæorum primos: qui vbi
 conuenissent, dixit eis, Ego, viri fratres, quum
 nihil fecerim aduersus populum aut ritus pa-
 tris, vinctus traditus sum Hierosolymis in ma-

nus Romanorum. Qui quaestione de me ha-¹⁸
 bita, volebant me dimittere, quòd nullum sit in
 me crimen capitale: Sed contradicentibus Iu-¹⁹
 daeis coactus sum appellare Caesarem: non tamè
 quasi habeam, de quo gentem meam accusem:
 Ob hanc igitur causam vos aduocaui, quos vi-²⁰
 derem & alloquerer, nam propter spem Israelis
 circumdatus sum hac catena. Illi verò dixerunt²¹
 ei, Nos neque literas accepimus de te ex Iudaea:
 neque adueniens quisquam fratrum annuntia-
 uit aut loquutus est aliquid de te mali. Veli-²²
 mus autem ex te audire quæ sentias: nam de se-
 cta ista notum est nobis vbique ei contradici.
 Quum igitur constituisent ei diem, venerunt²³
 ad eum in hospitium complures: quibus cum
 testificatione exponebat regnum Dei, studens
 eis persuadere, quæ de Iesu Christo sunt, ex Lege
 Mosis & Prophetis, à mane vsque ad vesperam.
 Et alij quidem assentiebantur ijs quæ diceban-²⁴
 tur, quidam verò non credebant. Quum au-²⁵
 tem inter se discordes essent, discesserunt, quum
 Paulus hoc verbum dixisset, Rectè sanè Spiri-
 tus sanctus loquutus est per Esaiam Prophe-
 tam Patribus nostris, Dicens, Vade ad po-²⁶
 pulum istum, & dic, Auditum audietis & non in-
 telligetis: & videntes videbitis, & non cernetis.
 Pinguefactum enim est cor populi huius, & au-²⁷
 ribus grauitèr audierunt, & oculis suis conui-
 uerunt: ne cernant oculis, & auribus audiant,
 & corde intelligant, & conuertantur & sanem
 eos. Notum ergo sit vobis, missam esse Gen-²⁸
 tibus hanc Dei salutem, & ipsos audituros.
 Quum ergo hæc dixisset, exierunt Iudæi, mul-²⁹
 tam habentes inter se disceptationem. Mansit³⁰
 autem

Esa. 6. 9

Matth. 13. 14

Marc. 4. 12

Luc. 8. 10

Iohan. 12. 40

Rom. 11. 8

autem Paulus biennium totum in proprio con-
ducto : & excipiebat omnes qui ad ipsum ingre-
diebantur: Prædicans regnum Dei, ac docens
quæ sunt de Domino Iesu Christo cum omni
libertate, nemine prohibente.

EPISTOLA PAVLI

APOSTOLI AD RO-

MANOS.

CAPVT I.

1. Ab Apostolatus sui approbatione exorsus, 15. Euz
angelij commendationem subnefit: 16 per quod Deus
virtutem suam exerit seruandis 17. Fide hominibus 21.
impie in gratitudinis reis, 26. in quos ira Dei merito ef-
fusa colligitur, 29. quod laxatus habentis in omne se-
culus passim ferantur.

PAVLVS seruus Iesu Christi, ex Dei vo-
catione Apostolus, ²separatus ad prædi-
candum Euangelium Dei, (Quod antè
promiserat per Prophetas suos in Scripturis
sanctis.) De filio suo, (facto ex semine Dauidis,
secundùm carnem: Declarato Filio Dei potèter
secundùm Spiritum sanctificationis, per resur-
rectionem à mortuis) nempe Iesu Christo Do-
mino nostro. (Per què accepimus gratiam & A-
postolatū ad obedientiā fidei, inter omnes Gen-
tes, pro ipsius nomine : Inter quas estis etiā vos,
vocati à Iesu Christo.) Omnib. qui Romæ estis,
dilectis Dei, vocatis sanctis : Gratia sit vobis &
pax à Deo patre nostro & domino Iesu Christo.
In primis quidem gratias ago Deo meo per Ie-
sum Christum, super omnibus vobis, quod fi-
des vestra annuntiatur in toto mundo. Testis
enim

enim mihi est Deus, cui seruiō spiritu meo in
 Euangelio Filij ipsius, quòd indefinenter memi-
 nerim vestri: Semper in precibus meis rogans ¹⁰
 vt si quo modo tandem aliquando prosperum
 iter mihi deturex voluntate Dei, veniam ad vos.
 Expeto enim videre vos, vt aliquod impertiar ¹¹
 vobis donū spirituale, vt vos stabiliamini, Hoc ¹²
 est, ad communem exhortationem percipiendā
 apud vos, per mutuam fidem, vestram simul &
 meam. Nolim autem vos ignorare, fratres, me ¹³
 sæpe proposuisse venire ad vos, (sed prohibitū
 fuisse vsque adhuc) vt fructum aliquē haberem
 inter vos quoque, sicut & inter reliquas Gentes.
 Et Græcis & barbaris, tum sapientibus tum in- ¹⁴
 sapientibus debitor sum. Itaque prompta est ¹⁵
 mea facultas vobis quoque qui Romæ estis euā-
 gelizare. Non enim me pudet Euangelij Chri- ¹⁶
 sti, potentia siquidem est Dei ad salutem cuius
 credenti, Iudæo in primis, tum etiam Græco. ¹⁷
 Iustitia enim Dei per illud retegitur ex fide in fi-
 dem: ¹⁸ sicut scriptum est, Iustus autem ex fide
 viuet: Palàm enim est ira Dei è caelo aduersus ¹⁹
 omnem impietatem & iniustitiam hominum,
 vt qui veritatem iniuste detineant: Quoniam ²⁰
 id quod de Deo cognosci potest, manifestum est
 in ipsis: Deus enim eis manifestum fecit. Ipsi ²¹
 enim inuisibilia, dum ex rebus conditis intelli-
 guntur, ex creatione mundi perspiciuntur, eter-
 na videlicet eius tum potentia tum diuinitas: ad
 hoc vt sint ipsi inexcusabiles. Propterea ²²
 quòd quum Deum cognouerint, tamen vt Deū
 non glorificauerunt, neq; gratias ei egerunt: sed
 vani facti sunt in ratiocinationibus suis, & ob-
 tenebratum est desipiens cor eorum. Quum se ²³
 profite-

profiterentur esse sapientes, stulti facti sunt.
 23 Mutarunt enim gloriam incorruptibilis Dei in
 efformatam imaginem mortalis hominis, & vo-
 24 lucium, & quadrupedum, & reptiliū. Quam-
 obrem etiam tradidit eos Deus cupiditatibus
 cordium ipsorum ad impuritatem, vt foedarent
 25 corpora sua inter se: Vt qui Dei veritatem mu-
 tarint in mendacium, & coluerint ac seruiert
 rebus creatis, præterito Creatore, qui est benedi-
 26 ctus in secula, Amen. Propterea, inquam, tra-
 didit eos Deus foedis affectibus. nam & scæminæ
 illorum mutarunt naturalem vsu in eum qui
 27 est præter naturam: Similiterque etiam ma-
 sculi, relicto naturali vsu scæminæ, exarserūt sua
 libidine alius in alium, masculi in masculos fo-
 da perpetrantes, & compensationem, quã opor-
 28 tuit, erroris sui in sese recipientes. Et sicut non
 visum est eis Deum in notitia retinere: ita tra-
 didit eos Deus in mentem omnis iudicij exper-
 29 tem, vt facerent quæ minimè conueniebat: Op-
 pleti omni iniustitia, scortatione, improbitate,
 auaritia, malitia: pleni inuidia, cæde, conten-
 30 tione, dolo, malignitate: Surriones, obrectato-
 res, Dei osiores, contumeliosi, superbi, gloriosi,
 inuentores malorum, parentibus immorigeri,
 31 Desipientes, scædifragi, charitatis expertes, im-
 32 placabiles, immisericordes. Qui post Dei iura
 cognita, (nempe eos qui talia faciūt, dignos esse
 morte) non solum ea faciunt, sed etiam facienti-
 bus patrocinantur.

CAPVT II.

1. Omnes ad tribunal Dei sistit. 12. Gentibus excusatio-
 nem. 14. ab ignorantia præcidit. 17. Vtget ludæos a legi-
 ge scripta. 23. in qua gloriabantur: 27. æquatque eos
 inter se.

Quæ

Quapropter inexcusabilis es, ó homo, qui-
 quis alios dānas. nam hoc ipso quòd dā-
 nas alterú, teipsum condēnas: eadem enim facis
 tu qui alios dānas: Scimus verò iudicium Dei
 esse secundū veritatem aduersus eos qui talia a-
 gunt. Putas aut hoc, ó homo, qui damnas eos;
 qui talia faciūt, & facis ea, fore vt tu effugias iu-
 dicitium Dei? An copiā benignitatis eius & tole-
 rantia ac lenitatis contemnis, ignorans te beni-
 gnitate Dei ad respicientiā deduci? Sed pro du-
 ritia tua & corde quod respiscere nescit, the-
 saurizas tibi ipsi irā in diem iræ & patefactionis
 iusti iudicij Dei: Qui reddet vniciq; secun-
 dū opera ipsius: Ijs quidē qui præstant, boni
 operis gloriā & honorem & imortalitatem, id
 est, ijs qui quærunt vitam æternam: Ijs verò qui
 sunt contentiosi, & qui veritati quidē non ob-
 tēperant, sed obtemperant iniustitiæ, reddetur
 excandescencia & ira. Oppressio & angustia ad-
 uersus omnem animā hominis perpetrātis ma-
 lum, tum Iudæi in primis, tum etiā Græci. Glo-
 ria verò & honor & pax cuius operati bonum,
 tum Iudæo in primis, tū & Græco. Non enim
 est personarum acceptio apud Deum. Quicūq;
 enim sine Lege peccauerūt, sine Lege quoq; per-
 ibunt: & quicunq; in Lege peccauerunt, per Le-
 gem dānabuntur, (Non enim qui audiunt Le-
 gem, iusti sunt apud Deum, sed qui Legem præ-
 stant, iustificabuntur. Nam quum Gentes que
 Legē non habent, natura quæ Legis sunt faciāt,
 isti Legem nō habentes, sibi ipsi sunt lex: Vt qui
 ostendant opus Legis scriptum in cordibus suis,
 vnā testimonium reddente ipsorum consciētia,
 & cogitationibus sese mutuo accusantibus, aut
 etiam

Sac. 5. 3

Psal. 61. 13

Math. 16. 27

Apoc. 22. 12

16 etiam excusantibus.) In die quo iudicabit Do-
 minus de occultis hominum, ex Euāgelio meo,
 17 per Iesum Christū. Ecce, tu cognominaris Iu-
 daeus, & acquiescis in Lege, & gloriaris in Deo.
 18 Et nosti eius voluntatē, & exploras quæ discre-
 19 pant, institutus ex Lege. Confidisti; te ducem
 esse cecorum, lucem eorum qui sunt in tenebris,
 20 Eruditorem insipientium, magistrum infantium,
 quod habeas informationem cognitionis
 21 ac veritatis in Lege. Qui igitur doces alium, te-
 ipsum non doces? qui prædicas non furandum,
 22 furaris? Qui dicis non mœchandū, mœcharis?
 23 qui abominaris idola, sacrilegiū admittis? Qui
 de Lege gloriaris, per Legis transgressionē De-
 24 um dedecoras? Nam ¹ Dei nomen propter vos Esa. 52. 92
Ezech. 36. 23
 blasphematur inter Gentes, sicut scriptum est.
 25 Nam circumcisio quidē prodest si Legem serua-
 ris: quod si transgressor Legis fueris, circumcisio
 26 tua facta est præputium. Itaq; si præputium iu-
 ra Legis seruauerit, nonne præputium illius pro
 27 circumcissione reputabitur? Et quod est ex natura
 præputiū, si Legem seruet, damnabit te qui per
 28 literā & circumcissionē transgressor es Legis? Non
 enim qui est in proputulo Iudæus, Iudæus est:
 nec ea quæ est in proputulo circumcisio, id est,
 29 in carne, circumcisio est: Sed qui in occulto
 Iudæus est, & circumcisio cordis, id est, in spiri-
 tu, non litera: cuius Iudæi laus non est ex ho-
 minibus, sed ex Deo.

CAPVT III.

1. Concedit Iudæis aliquam 2. ex scedere prærogati-
 uam, 4. sed quæ penitus in Dei misericordia sita sit, 9.
 Iudæos ac Gentes æque esse peccatores 11. authorita-
 te Scripturæ confirmat. 19. vsumque Legis monstrans,
 28. Fide nos iustificari colligit.

Quæ est igitur præstantia Iudæi? aut quæ est
 utilitas circumcisionis? Multa per omnem
 modum. Primarium enim illud est quod eis
 credita sunt eloquia Dei. Quid tum enim si
 quidam fuerunt increduli? Tum incredulitas
 eorum, fidem Dei inanem reddet? Absit: imò
 esto Deus verax, omnis autem homo mendax:
 sicut scriptum est, Vt iustificeris in sermonib. tuis,
 & vincas quando tu iudicas. Quod si iniustitia
 nostra Dei iustitiã cõmendat, quid dicemus? nõ
 iniustus Deus, qui interat pœnã? (humano more
 loquor.) Absit: alioquin quomodo iudex erit
 Deus mundi? Etenim si veritas Dei per meum
 mendacium redundauit in gloriam ipsius, cur
 amplius ego, vt peccator condemnor? Ac non
 potiùs dicitur (sicut de nobis malè loquuntur,
 & sicut quidam aiunt nos dicere) faciamus ma-
 la vt veniant bona? quorum damnatio iusta est.
 Quid igitur? præcellimus? Nullo modo: nam
 antè criminati sumus Iudæos & Græcos omnes
 esse sub peccato. Sicut scriptum est, Non est
 iustus, ne vnus quidem: Non est qui intelli-
 gat, non est qui exquirat Deum. Omnes desce-
 xerunt, simul inutiles facti sunt: non est qui fa-
 ciat quod bonum est, non est vsque ad vnum.
 Sepulchrum apertum, guttur eorum. linguis
 suis ad dolum vsi sunt: venenum aspidum sub
 labijs eorum. Quorũ os diris & amarulentia
 plenum est: Veloces pedes eorum ad effun-
 dendum sanguinem. Contritio & calamitas in
 vijs eorum: Et viam pacis non cognouerunt.
 Non est timor Dei coram oculis eorum. Sci-
 mus autem, quæcunque Lex dicit, ijs qui in
 ge sunt dicere: vt omne os obturetur, & obno-
 xius

Pfal. 14. 1,
& 53. 3

Pfal. 5. 10
Pfal. 140. 9
Pfal. 10. 7
12. 59. 7

Pfal. 36. 2

xius fiat totus mundus condemnationi Dei.
 20 Propterea ex operibus Legis nulla caro iustifi-
 cabitur in conspectu eius. per Legem enim agni-
 21 tio peccati. Nunc verò absq; Lege iustitia Dei
 patefacta est, comprobata testimonio Legis ac
 22 Prophetarum: Iustitia, inquam, Dei per fidē
 Iesu Christi in omnes & super omnes qui cre-
 23 dunt: non enim est distinctio. Omnes enim
 24 peccauerunt, ac deficiuntur gloria Dei. Iusti-
 ficantur autem gratis, id est, eius gratia, per re-
 25 demptionem factam in Iesu Christo: Quem
 proposuit Deus, vt esset placamentum per fidē,
 in sanguine ipsius, ad declarandam iustitiam
 suam, per remissionem præcedentium peccato-
 26 rum, Ex Dei tolerantia, ad declarandam iusti-
 tiā suam præsentī tempore: vt sit ipse iustus, &
 27 iustificans eum qui est ex fide Iesu. Vbi igitur
 gloriatio? exclusa est. Per quā Legem? operum?
 28 non: imò per legem fidei. Colligimus igitur,
 fide iustificari hominem absque operibus Legis.
 29 An Iudæorum Deus solū? annon & Gentium?
 30 certè & Gentium. Siquidem vnus Deus est qui
 iustificabit circumcisionem ex fide, & præputi-
 31 um per fidem. Legem igitur inanem reddimus
 per fidem? Absit: imò Legem stabilimus.

CAPVT IIII.

1. Quod ante dixit de fide, exemplo Abrahæ 3. 6. ac
 Scripturæ testimonio probat, & decies imputationis
 vocem inculcat hoc capite.

1 Quid igitur dicemus Abraham patrem nô-
 strum adeptum esse secundum carnem?
 2 Nam si Abraham ex operibus iustificatus fuit,

Gen. 15. 3

Psal. 32. i

habet quod gloriatur, at non apud Deū. Quid enim Scriptura dicit? Credidit autem Abraham Deo, & imputatum est ei pro iustitia. At qui ei qui operatur, merces non imputatur ex gratia, sed ex debito: Ei verò qui non operatur, sed credit in eum, qui iustificat impium, imputatur fides sua pro iustitia. Sicut etiam David pronuntiat beatum eum hominē cui Deus imputat iustitiam absque operibus, dicens, Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum obtecta sunt peccata. Beatus vir, cui non imputavit Dominus peccatum. Ista igitur beatis prædicatio, in circumcisionem solū, an & in præputiū cadit? Dicimus enim imputatam fuisse Abrahæ fidem pro iustitia. Quomodo ergo imputata est? quum esset in circumcisione, an quum esset in præputio? non in circumcisione, sed in præputio. Et signum accepit circumcisionis, quod obsignaret iustitiam fidei quæ fuerat in præputio, ut esset pater omnium credentium in præputio, ut imputetur etiam ipsis iustitia: Et pater circumcisionis, ijs videlicet qui non solum sunt ex circumcisione, sed qui etiam incedunt vestigijs fidei patris nostri Abrahami, quæ fuit in præputio. Non enim per Legem promissio cessit Abraham, aut semini eius, ut hæres esset mundi, sed per iustitiam fidei. Etenim si ij qui ex Lege sunt, hæres sunt, inanis facta est fides, & vana reddita est promissio. Nam Lex iram efficit: siquidem ubi non est lex, ibi nec transgressio est. Propterea ex fide est hereditas, ut sit per gratiam, ut firma sit promissio toti semini: id est, non solum ei quod est ex Lege, verum etiam ei quod est ex fide Abraham, qui est pater

- 17 pater omnium nostrum, (Sicut scriptum est, Patrem multarum gentium constitui te) coram eo cui credidit: Deo videlicet viuificante mortuos, & vocante quæ non sunt, tanquam sint.
- 18 Qui Abraham contra spem sub spe credidit, vt fieret pater multarum gentium secundum id quod ei dictum fuerat, Ira erit semen tuum. Ac minime imbecillis fide, non considerauit suum ipsius corpus iam emortuum, quæ centum circiter natus esset annos, nec emortuam vuluam
- 20 Sara. Aduersus promissionem autem Dei non disceptauit infidelitate: sed robustus factus est fide, tributa gloria Deo: Ac plenè persuasum habens, eum quod promiserat, posse etiam facere. Quapropter etiam hoc imputatum est ei pro
- 23 iustitia. Non scriptum est autem propter eum solum, quod hoc imputatum fuerit ei: Sed etiam propter nos, quibus futurum est, vt imputetur: ijs nimirum qui credunt in eum, qui excitauit Iesum Dominum nostrum à mortuis,
- 25 Traditum in mortem propter offensas nostras, & excitatum propter iustificationem nostri.

CAPVT V.

1. Amplificationibus illustrat 2. Iustitiam Christi quæ fide apprehenditur, 5. quia datus est pro infirmis & peccatoribus. 14. Iude comparisonem facit Christi cum Adam. 17. mortis cum vita: 20 Legis cum gratia.

1 Iustificati igitur ex fide, pacem habemus erga Deum per Dominum nostrum Iesum Christum: Per quem etiam fide habuimus hunc aditum in gratiam hæc per quam stamus, & gloriamur sub spe gloriæ Dei. Neque id solum,

Ephes. 2. 19

A a 2 sed

sed etiam ⁴ gloriamur in oppressiōibus, scientes quòd oppressiō patientiam efficiat: Patientia verò experientiam, experientia autem spem: Porro spes non pudefacit, quòd charitas Dei effusa sit in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis. Christus enim, quum ad huc nullis viribus essemus, suo tempore pro impijs mortuus est. Enimvero vix pro iusto quisquam moriatur: nam pro eo qui sit ipsi utilis, forsitan aliquis etiam mori sustineat. Commendat autem suam charitatem erga nos Deus, quòd quum adhuc essemus peccatores, Christus ⁵ pro nobis mortuus sit. Iustificati igitur eius ⁶ sanguine, seruabimur nunc multo magis per eum ab ira. Nam si quum inimici essemus, reconciliati fuimus Deo per mortem Filij eius, multo magis reconciliati seruabimur per vitam ipsius. Neque id solùm, verumetiam gloriamur in Deo ⁷ per Dominum nostrum Iesum Christum, per quem nunc reconciliationem assequuti sumus. Propterea sicut per vnum hominem peccatum ⁸ in mundum introijt, ac per peccatum mors: & ita in omnes homines mors transfijt, in quo omnes peccarunt. Nam vsque ad Legem peccatum erat in mundo: peccatum verò non imputatur quum nulla est lex. Regnavit autem mors ⁹ ab Adam vsque ad Mosen, in eos quoque qui non peccauerant ad similitudinem transgressionis Adam, qui est typus illius, qui erat futurus. At non vt offensa, ita etiam est quod Deus gratificatur. nam si illius vnus offensa multi mortui sunt, multo magis gratia Dei & donum per gratiam quæ est vnus hominis Iesu Christi, in multos redundauit. Neque vt illud quod in- ¹⁰

troijt ¹⁶

troijt per vnum qui peccauit, ita est beneficium.
 nam reatus quidem ex vna offensa introijt ad
 condemnationem: quod autem gratificatur
 Deus, datur ex multis offensis ad iustificationem.
 17 Etenim si per vnam offensam mors regnauit per
 vnum, multo magis ij qui redundantem illam
 gratiam & donum iustitiæ accipiunt, in vita re-
 18 gnabunt per vnum Iesum Christum. Nempe
 igitur sicut per vnam offensam reatus venit in
 omnes homines ad condemnationem: ita per
 vnam iustificationem, beneficium redundauit
 19 in omnes homines ad iustificationem vitæ. Si-
 cut enim per inobedientiã vnus hominis, pec-
 catores constituti sunt multi, ita per vnus obe-
 20 dientiam, iusti constituentur multi. Lex verò
 præterea introijt, vt aueretur offensa: sed vbi
 auctum est peccatum, ibi superabundauit gra-
 21 tia: Vt quemadmodum regnauerat peccatum
 in mortem, ita etiam gratia regnaret per iusti-
 tiam in vitam æternam, per Iesum Christum
 Dominum nostrum.

CAPVT VI.

i. Descendit ad sanctificationem, sine qua neminem in-
 duete Christi iustitiam docet. 4. argumento a Baptismo
 sumpto. 12. Inde exhortationes ad vitæ puritatem de-
 ducit. 16. breuemque mentionem inserit Legis ab-
 rogatæ.

1 Quid igitur dicemus? permanebimus in pec-
 2 cato, vt gratia auctior fiat? Absit: qui
 mortui sumus peccato, quomodo adhuc viue-
 3 mus in eo? An ignoratis, nos quotquot ba- Gal. 7. 17
 ptizati sumus in Christum Iesum, in mortem
 4 eius esse baptizatos? Sepulti igitur sumus vnâ
 cum eo per Baptismum in mortem: vt sicut ex- Coloss. 2. 12
 cita.

1. Cor. 6. 14
 Ephes. 4. 23
 Coloss. 3. 8
 2. Tim. 2. 11
 Heb. 12. 1
 1. Pet. 1. 1

Iohan. 8. 34
 1. Pet. 2. 19

citatus est Christus ex mortuis in gloriam Patris, ita & nos⁹ noua vita ambulemus. Nam si⁵ cum eo plantati coaluimus conformatione mortis eius, nimirum etiam resurrectionis confirmatione coalescemus: Illud scientes, veterem illum nostrum hominem cum eo crucifixum esse, ut eneruetur corpus peccati, ne posthac nos seruiamus peccato. Etenim qui mortuus est, liber est à peccato. Quod si mortui sumus cum Christo, credimus fore, ut etiam uiuamus cum eo. Ut qui sciamus Christum excitatum ex mortuis, non amplius mori: mortem inquam ei non amplius dominari. Nam quod mortuus est, peccato mortuus est semel: quod autem uiuit, uiuit Deo. Ita etiam vos colligite, uos ipsos tamen mortuos esse peccato, tamen uero uiuere Deo per Christum Iesum Dominum nostrum. Ne regnet igitur peccatum in mortali uostro corpore, ut obediatis peccato in cupiditatibus corporis: Neque sistite membra uestra arma iniustitiae peccato: sed sistite uos Deo, ut ex mortuis uiuos, membra uestra, arma iustitiae Deo. Peccatum enim uobis non dominabitur. non enim estis sub Lege, sed sub gratia. Quid igitur? peccabimus quod non simus sub Lege, sed sub gratia? Absit. An nescitis quod cui sistitis uos ipsos seruos ad obediendum, eius serui estis cui obeditis: uel peccati ad mortem, uel obedientiae ad iustitiam? Gratia autem sit Deo, quod fuistis quidem serui peccati, sed ex corde obedistis ei formae doctrinae in quam estis traditi: Et liberati à peccato, mancipati estis iustitiae. Hominum more loquor, propter infirmitatem carnis uestrae. Itaque sicut stitistis membra uestra serua

impu-

impuritati & iniquitati, ad patranda[m] iniqui-
 20 ratem: ita nunc sistite membra vestra serua iu-
 stitiæ ad sanctimoniam. Quum enim serui es-
 21 setis peccati, liberi eratis iustitiæ. Quem igitur
 fructum habebatis tunc ex ijs de quibus nunc
 22 erubescitis? nam finis illorum mors est. Nunc
 verò liberati à peccato, mancipati autem Deo,
 habetis fructum vestrum in sanctimoniam: si-
 24 nem autem, vitam æternam. Nam stipendia
 peccati mors: donum autem Dei est vita æter-
 na in Christo Iesu Domino nostro.

CAPVT VII.

1. Explicat quid sit non esse amplius sub Lege, 2. sum-
 pro ex coniugij lege exemplo: 7. 12. Idque in Legij
 contumeliam ne virgeat, 14. nostra culpa factum esse do-
 cer, 15. vt in mortis materiam cederet, 17. quæ in vitam
 data erat. 21. Exin transit ad describendam spiritus &
 carnis luctam.

1. **A** Nignoratis fratres (peritos enim Legis al-
 loquor) legem tantisper dominari homini
 2. quoad ipse vixerit? Nam viro subiecta mulier, 1. Cor. 7. 38.
 viuenti viro deuincta est per legem: quòd si mor-
 3. tuus fuerit vir, liberata est à lege viri. Proinde
 viuenti viro mœcha vocabitur, si fiat alterius
 4. viri: sin autem mortuus fuerit vir, libera est à le-
 ge illa: vt non sit mœcha si fiat alterius viri. Ita
 5. que fratres mei, vos quoq; mortificati estis Le-
 gi in corpore Christi: vt essetis alterius, eius vi-
 delicet qui ex mortuis excitatus est, vt fructum
 6. feramus Deo. Quum enim essemus in carne,
 affectiones peccatorum per Legem existentes
 vigeabant in membris nostris, ad fructum feren-
 dum morti: Nunc autem liberi sumus à Lege,

mortuo eo in quo detinebamur, ut seruiamus
 in nouitate spiritus, ac non in uerustate literæ.
 Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? Absit. 7
 imò peccatum non cognoui nisi per Legem. nam
 etiam cupiditatem non nossem nisi Lex dixisset,
 Exod. 10. 17
 Deut. 5. 11
 Non concupisces. Sed peccatum occasione 8
 sumpta, genuit in me omnem cupiditatem per
 illud mandatum. Nam absq; Lege, peccatum
 est mortuum. Ego enim uiuus eram sine Lege 9
 quondam: mandati autem illius aduentu pec-
 catum reuixit: At ego mortuus sum: & reper- 10
 tum est illud mandatum quod institutum erat
 ad vitam, mihi cedere ad mortem. Nam pec- 11
 catum occasione accepta, seduxit me per illud
 mandatum, & per illud occidit. Itaque Lex 12
 ipsa quidem, sancta: & mandatum illud, san-
 ctum, ac iustum & bonum. Ergo quod bonum 13
 est, mihi factum est mortiferum? Absit: imò
 peccatum mihi factum est mortiferum: quum,
 ut proderetur esse peccatum, mihi per id quod
 bonum est, gigneret mortem, id est, ut ipsum fi-
 cret summè peccans per illud mandatum. Sci- 14
 mus enim Legem esse spiritualem: at ego car-
 nalis sum, venditus ut subijcerer peccato. Quod 15
 enim perpetro, non agnosco: nō enim quod uo-
 lo, hoc ago: sed quod odi, hoc facio. Si uerò 16
 quod nolo, hoc facio, consentio Legi quidd bo-
 na sit. Nunc itaque non amplius ego id perpe- 17
 tro, sed peccatum, quod in me habitat, id perpe-
 trat. Noui enim non habitare in me (id est, in 18
 carne mea) bonum, nam uelle adest mihi, sed ut
 quod bonum est, perficiam, non assequor. Non 19
 enim facio bonum quod uolo: sed malum quod
 nolo, hoc ago. Quòd si id facio quod ego nolo, 20
 non

& Thm. 1. 8

non amplius ego id perpetro, sed peccatū quod
 21 in me habitat, id perpetrat. Comperio igitur
 volenti mihi facere bonum, hanc legem impossi-
 22 tam esse, quod mihi malum adiaceat. Delector
 enim Lege Dei quod ad interiorem hominem:
 23 Sed video aliam legē in membris meis rebellan-
 tem legi mentis meae, & captiuum reddentē me
 24 legi peccati, quae est in membris meis. Miser ego
 homo: quis me eripiet ex isto corpore mortis?
 25 Gratias ago Deo per Iesum Christū Dominum
 nostrum. Nempe igitur ipse ego mente quidem
 seruo Legi Dei, carne verò legi peccati.

CAPVT VIII.

1. Concludit nihil damnationis esse ijs qui sunt Christo
 inserti per eius Spiritum 3. Vtunque onerati sunt ad
 huc peccatis. 9. Illo enim Spiritu viuunt: 14. cuius tes-
 timonium 15. dubitationem omnem arceat, 28. & mi-
 serias praesentes subleuat.

1 **N**Vlla igitur nunc est condemnatio ijs qui
 sunt in Christo Iesu, id est, qui non secun-
 dum carnem incedunt, sed secundum Spiri-
 2 tum. Nam Lex Spiritus vitae, qui est in
 Christo Iesu, liberavit me à lege peccati & mor-
 3 tis. Quum enim Legis impotentia nihil posset
 in carne, Deus suo ipsius Filio misso, conforma-
 4 to carni peccato obnoxia, idque pro peccato,
 Legis compleatur in nobis, qui non secundum
 5 carnem incedimus, sed secundum spiritū. Nam
 qui secundū carnē sunt, quae carnis sunt, sapiūt:
 qui verò sunt secundum spiritum, quae spiritus
 6 sunt. Nam intelligentia carnis, mors est:
 7 intelligentia verò spiritus, vita & pax: Propter-
 ea quod intelligentia carnis: inimicitia est ad-

uersus Deum. Legi enim Dei non subieitur:
 nam ne potest quidem. Ergo qui in carne sunt,
 Deo placere non possunt. Vos autem non estis
 in carne, sed in spiritu: siquidem Spiritus Dei
 habitat in vobis. quod si quis Spiritum Christi
 non habet, is non est eius. Porro si Christus
 in vobis est, corpus quidem mortuum est pro-
 pter peccatum: spiritus autem vita est propter
 iustitiam. Sed si Spiritus eius qui excirauit Ie-
 sum à mortuis, habitat in vobis, is qui excitauit
 Christum ex mortuis, viuificabit etiam morta-
 lia corpora vestra per inhabitantem eius Spiri-
 tum in vobis. Nempe igitur, fratres, debitores
 sumus non carni, vt secundum carnem viuamus,
 sed Spiritui. Nam si secundum carnem vixeri-
 tis, futurum est, vt moriamini: sed si Spiritu a-
 ctiones corporis mortificetis, viuetis. Quot-
 quot enim Spiritu Dei ducuntur, ij sunt filij
 Dei. Non enim accepistis Spiritum seruitutis
 rursus ad metum, sed accepistis Spiritum ad-
 optionis, per què clamamus Abba, id est, Pater.
 Qui ipse Spiritus testatur vnà cum spiritu no-
 stro, nos esse filios Dei. Quod si filij, etiam ha-
 redes. haeredes quidem Dei, coheredes autè Chri-
 sti: si modò simul cum eo patimur, vt simul cum
 eo glorificemur. Nam statuo minimè esse paria
 quæ presenti tempore perpetimur, futura glo-
 riæ in nobis retegenda. Etenim res creata quasi
 exerto capite obseruantes, expectant reuelatio-
 nem filiorum Dei. Nam vanitati res create sub-
 iecta sunt, non sua sponte, sed propter eum qui
 subiecit eas isti vanitati: Sub spe quod & ipsa
 vindicabuntur ex seruitute interitus in liberta-
 tem gloriæ filiorum Dei. Scimus enim omnes
 ies

res creatas vnà suspirare, & vnà parturire ad hoc
 23 vsque tempus : Neque verò illæ solùm, sed &
 ipsi qui primitias Spiritus habemus, nos ipsi in-
 quam, apud nos ipsos suspiramus, ad optionem
 expectantes, id est, redemptionem corporis no-
 24 stri. Nam spe seruati sumus. Spes autem si cer-
 natur, non est spes. quod enim quis cernit, cur
 25 speret? Si verò quod non videmus speramus,
 26 nempe per patientiam expectamus. Itidem aut
 & Spiritus vnà subleuat infirmitates nostras.
 quid enim precemur, vt oportet, non nouimus;
 sed ipsè Spiritus interpellat pro nobis suspirijs
 27 inenarrabilibus. Qui verò scrutatur corda, no-
 uit quis sit sensus Spiritus : quia secundum De-
 28 um interpellat pro sanctis. Nouimus autem,
 ijs qui diligunt Deum omnia simul conferre ad
 bonum, ijs videlicet qui ex proposito ipsius vo-
 29 cati sunt. Nam quos præsciuit, eosdem & præ-
 destinauit, vt cõformes fiât imagini filij sui: vt is
 30 sit primogenitus inter multos fratres. Quos ve-
 rò prædestinauit, eos etiã vocauit: & quos voca-
 uit, eos etiã iustificauit : quos aut iustificauit,
 31 eos etiã glorificauit. Quid igitur dicemus ad
 32 hæc? si Deus pro nobis, quis contra nos? Is quidẽ
 qui proprio Filio non pepercit, sed pro nobis o-
 mnibus tradidit eum, qui non etiam cum eo o-
 33 mnia nobis gratificabitur? Quis intẽtabit cri-
 mina aduersus electos Dei? Deus is est qui iusti-
 34 ficat. Quis est qui cõdemnet? Christus is est qui
 mortuus est : imò verò qui etiã excitatus est, qui
 etiã est ad dexteram Dei, qui etiam postulat pro
 35 nobis. Quis nos separabit à charitate Christi? nũ
 oppressio, num angustia, nũ persecutio, num
 fames, num nuditas, num periculum, num gla-
 dius?

Luc. 11. 22

Pl. 44-24 dius? (Sicut scriptum est, ² *Causa tua occidi-* 36
mur totum diem: habiti sumus velut oves de-
stinatae mactationi.) Imò in his omnibus plus- 37
quam victores sumus pereum qui dilexit nos.
Nam mihi persuasum est neque mortem, neque 38
vitam, neque Angelos, neque principatus, neque
potestates, neque instantia, neque futura, Ne- 39
que sublimitatem, neque profunditatem, neque
vllam rem aliam creatam posse nos separare à
charitate Dei, quæ est in Christo Iesu Domi-
no nostro,

CAPVT IX.

1. Iudæis occurrit, 7. ac duplex filiorum Abrahæ ge-
 nus dicit, 13. cunctaque in hoc negotio peragi ex Dei
 voluntate, 20. instar figuli, 24. 30. Tum vocationem
 Gentium. 31. tum Iudæorum reprobationem 35. 37.
 Prophetarum testimonius testatam ostendit.

Veritatem dico per Christum, non mentior 1
 (attestante mihi simul conscientia mea per
 Spiritum sanctum.) Magnam mihi tristitiam 2
 esse, & perpetuum cruciatum cordi meo. Opta- 3
 rim enim ego ipse anathema esse separatim à
 Christo pro fratrib. meis, cognatis, in quã, me- 4
 is secundum carnem: Qui sunt Israelitæ: quo- 4
 rum est adoptio, ² & gloria, ² & fœdera, & Legis
 constitutio, & cultus, & promissiones: Quo- 5
 rum sunt Patres, & ij ex quibus Christus, quod
 ad carnẽ attinet, qui est supra omnes Deus lau- 6
 dandus in secula, Amen. ² Fieri tamen non po- 6
 test, vt exciderit sermo Dei. non enim omnes
 qui sunt ex patre Israele, sunt Israel: Neq; quia 7
 sunt semen Abrahæ, ideo omnes sunt filij: sed
² in Isaac vocabitur tibi semen: Hoc est, non 8
 qui

Supr. 2. 17
 Ephes. 2. 11

Supr. 2. 28

Gen. 21. 12
 Heb. 11. 15

qui filij carnis, ij filij Dei: sed qui sunt ⁹ filij pro- Galat. 4. 28
⁹ missionis, censentur in semine. Promissio- Gen. 18. 10
 nis enim sermo hic est, ¹⁰ Hoc ipso tempore ve- Gen. 25. 21
 niam, & erit Saræ filius. Neq; hic solum, ¹¹ sed
 Rebecca, quum ex vno concepisset, nêpe ex Isaac
 patre nostro, hæc experta est. Nondum enim
 natis pueris, quum nihil fecissent boni vel mali,
 vt propositum Dei quod est secundum ipsius e-
 lectionem: id est, non ex operibus, sed ex vocan- Gen. 25. 23
¹² te, firmum maneret. Dictum est ei, ¹³ Major Malac. 1. 2
¹³ seruiet minori. Sicut scriptum est, ¹⁴ Iacob di-
¹⁴ lexi, Esau verò odio habui. Quid igitur dice-
 mus? Num iniustitia est apud Deum? Absit.
¹⁵ Nam Mosi dicit, ¹⁶ Miserebor cuius misertus fu- Exod. 33. 19
¹⁶ ero, & commiserabor quem commiseratus fue-
 ro. Nempe igitur electio non est eius qui velit,
¹⁷ neque eius qui currat, sed miserentis Dei. Dicit
 enim Scriptura Pharaoni, ¹⁸ Ad hoc ipsum exci- Exod. 9. 16
¹⁸ tavi te, vt ostendam in te potestatem meam, &
¹⁹ vt annuntietur nomen meum in tota terra. Ita,
 que cuius vult miseretur, quem autem vult in-
¹⁹ durat. Dices ergo mihi, Quid adhuc succenset
²⁰ nam voluntati illius quis resistit? Imò verò, ð
²⁰ homo, tu qui es qui ex aduerso responsas Deo?
²¹ num dices figmentum fictori, Cur me talem Esa. 46. 9
²¹ fecisti? ²² Annon habet potestatem figulus in Sap. 15. 7
²² lutum, vt ex eadem massa faciat aliud quidem Ierem. 18. 6
²² vas ad decus, aliud verò ad dedecus? Quid si
 verò volens ostendere iram, & notam facere po-
 tentiam suam, pertulit multa lenitare vasa iræ
²³ coagmentata ad interitum: Et vt notas face-
 ret diuitias gloriæ suæ erga vasa misericordiæ,
²⁴ quæ præparauit ad gloriam? Quos etiam vo-
 cauit, nimirum nos, non solum ex Iudæis, ve-
 rum,

rumetiam ex Gentibus. Vt etiam in Osee dicitur: ²⁵
Osee 2. 23 cit, ²⁶ Vocabo populum qui meus non erat, po-
1. Pet. 2. 3 pulum meum: & eam quæ dilecta nou erat, dile-
Osee 1. 10 ctam. Et erit, in loco vbi dictum fuerat eis, ²⁷ Nō
Esa. 10. 22 populus meus vos, illic vocabuntur filij viuē-
 tis Dei. Esaias autem clamat super Israel, ²⁸ Et
 iam si fuerit numerus filiorum Israel, vt arena
 maris, reliquæ seruabuntur. Rem enim confi-
 ciet & concidet cum iustitia: quoniam rem cō-
 cisam peraget Dominus in terra. Et sicut prius ²⁹
Esa. 1. 9 dixit Esaias, ³⁰ Nisi Dominus Sabaor h reliquis-
 set nobis semen, facti fuissetis, vt Sodoma, &
 Gomorrhæ similes facti fuissetis. Quid igitur ³¹
 dicemus? Gentes quæ non sectabantur iustitiā,
 apprehendisse iustitiam, iustitiam autem eā quæ
 est ex fide: Israelem verò qui sectabatur Legem ³²
 iustitiæ, ad Legem iustitiæ nō peruenisse. Qua- ³³
 re? Quia non ex fide, sed velut ex operibus Le-
 gis. offenderunt enim ad lapidem offendiculi.
Psal. 118. 22 Quemadmodum scriptum est, ³⁴ Ecce, pono in
Esa. 8. 14. Sion lapidem offendiculi & petram offensionis:
& 28. 16 & quisquis credit in eum, non pudebit.
1. Pet. 2. 6

CAPVT X:

1. Pertractat effecta electionis, 3. quod alii respuant,
 alij amplectantur 4. Christum finem Legis. 15. Gen-
 tium vocationem a Mose, 20. Iudæorum vero indur-
 rationem ab Elia prædictam recenset.

FRatres, propensa quidē voluntas cordis mei
 & deprecatio ad Deum super Israel est ad sal-
 lutem. Testor enim de ipsis, eos zelum Dei
 habere, sed non ex notitia. Nam ignorantes
 Dei iustitiam, & propriam iustitiam studentes
 constituere, iustitiæ Dei non fuerunt subiecti.
 Nam

- 4 Nam finis Legis est Christus, ad iustitiam cuius
 5 us credenti. Moses enim describit iustitiam quam
 6 est ex Lege, his verbis, ^{Leuit. 18. 7} Quod qui praestiterit ea, ^{Ezech. 20. 11}
 7 viuet per illa. At quae ex fide est iustitia, ita di- ^{Galat. 3. 12}
 8 cit, ^{Deut. 30. 12} Ne dixeris in corde tuo, Quis ascendet in
 9 caelum? hoc est Christum ex alto deducere.
 10 Aut, Quis descendet in abyssum? hoc est Chri- ^{Deut. 30. 14}
 11 stum ex mortuis reducere. Sed quid dicit? Prope
 12 re verbum est in ore tuo & in corde tuo. Hoc est
 13 verbum illud fidei quod praedicamus. Nempe
 14 quod si confessus fueris ore tuo Dominum Ie-
 15 sum, & credideris in corde tuo quod Deus eum
 16 excitauit a mortuis, seruaberis. Corde enim
 17 creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad
 18 salutem. Dicit enim Scriptura, ^{Esai. 28. 16} Quisquis cre-
 19 dit in eum, non pudebit. Non enim est distin-
 20 ctio vel Iudaei vel Graeci, nam idem Dominus om-
 21 nium, est dominus in quosuis a quibus inuocatur.
 22 Quisquis enim inuocauerit nomen Domini, ^{Ioel. 2. 32}
 23 seruabitur. Quomodo igitur inuocabunt eum in-
 24 quem non crediderint? quomodo autem credet
 25 ei de quo non audierint? quomodo autem audient
 26 absque praedicante? Quomodo autem praedi- ^{Esai. 52. 7}
 27 cabunt nisi missi fuerint? sicut scriptum est, ^{Nahum. 1. 15} Quae
 28 speciosi pedes euangelizantium pacem, euange- ^{Esai. 53. 1}
 29 lizantium bona! Sed non omnes ausculta- ^{Iohan. 12. 38}
 30 runt Euangelio. Esaias enim dicit, ^{Psal. 19. 5} Domine, quis
 31 credidit sermone nostro? Ergo fides ex auditu est:
 32 auditus, autem per verbum Dei. Sed (inquam ego)
 33 annos audierint? Imò verò in omnem terram exiit
 34 sonus eorum, & in fines orbis terrarum, verba
 35 eorum. Sed (inquam ego) nunquid Israel non ^{Deut. 32. 21}
 36 cognouit Deum? Primus Moses dicit, ^{Deut. 32. 21} Ego ad
 37 emulationem prouocabo vos per gentem quam
 non

non est gens : per gentem intelligentiæ exper-
 tem, ad iram vos prouocabo. *Esa. 65. 7* titur audacia, dicitque, ²⁰ Inuētus sum ab ijs qui
 me non quærebant, conspicuus factus sum ijs
 qui de me non interrogabant. *Esa. 62. 2* Aduersus Israe-
 lem autem dicit, ²¹ Toto die expandi manus me-
 as ad populum rebellem & contradicentem.

CAPVT XI.

1. Ne ludæorum reiectio ad oculi aspectum limitetur, 4
 deceptum olim Eliam fuisse ait : 16. & cum radicem san-
 ctam habeant, 23 plures quoque ex iis fore sanctos. 18
 24. Gentes vero admonet humilitatis : 33 & exclam-
 profunda Dei esse iudicia.

NVM igitur (inquam ego) abiecit Deus po-
 pulum suum? Absit. nam & ego Israelita
 sum, ex semine Abraham, tribus Benjamin. Non
 abiecit Deus populum suum quem præcogno-
 uit. An nescitis de Elia quid dicat Scriptura?
 quomodo colloquatur cum Deo dicens aduer-
 sus Israelem, ¹ Domine, Prophetas tuos occi-
 derunt : & altaria tua suffoderunt, & ego reli-
 ctus sum solus, & quærent animam meam. *I. Reg. 19. 10*
 quid dicit ei diuinum responsum? ² Feci ut re-
 manserint mihi septem millia virorum qui non
 flexerunt genu imaginæ Baal. Ita igitur & hoc
 tempore reservatio secundum electionem gra-
 tuitam facta est. Quod si per gratiam, non iam
 ex operibus : alioquin gratia iam non est gratia.
 Sin ex operibus, iam non est gratia : alioquin
 opus iam non est opus. Quid igitur? *Esa. 29. 10,*
 & *6. 9* Quod requirit Israel, hoc non est assequutus : sed electi
 assequuti sunt, reliqui verò occalluerunt, *Matth. 13. 14*
Iohan. 12. 40 (Si-
Act. 28. 26 cut scriptum est, ³ Dedit eis Deus spiritum so-
 poris,

poris, oculos vt nō videant, & aures vt non au-
 9 diant) vsque ad hodiernum diem. Et Dauid
 dicit, Fiat ipsis mensa eorum pro laqueo, & Psal. 69. 18
 10 tendicula, & offendiculo, & talione. Obtene-
 brentur oculi eorum, vt nō cernant: & tergum
 11 ipsorum semper incurua. Num igitur, inquam
 ego, ideo impegerunt, vt cōciderent? Absit. sed
 per eorum ruinam salus obtigit Gētibus, vt eos
 12 ad emulationem prouocaret: Quod sic eorum
 ruina est opulentia mundi, & diminutio eorū
 opulentia Gentium: quanto magis plenitudo
 13 ipsorum? Nam (quod vobis dico Gentibus,
 quatenus ego quidem sum Apostolus Gētium)
 14 ministerium meum illustro: Vt experiar si quo
 modo ad emulationem prouocem consanguini-
 15 neos meos, & seruem aliquos ex ipsis. Nam si
 abiectio eorum, est reconciliatio mundi, quæ
 16 erit assumptio, nisi vita ex mortuis? Quod si
 primitiæ sanctæ, sancta etiam massa: & si radix
 17 sancta est, etiam rami. Quod si nonnulli rami Ierem. II. 6
 defracti sunt, tu verò quum esses oleaster, insitus
 es pro ipsis, & particeps radicis ac pinguedinis
 18 oleæ factus es, Ne gloriare aduersus ramos,
 quod si gloriaris, non tu radicem portas, sed ra-
 19 dix te. Dices igitur, Defracti sunt rami, vt ego
 20 insererer. Rectè: per infidelitatem defracti
 sunt, tu verò per fidem stas. ne effertor animo,
 21 sed time. Nam si Deus naturalibus ramis non
 22 pepercit, vide ne tibi quoque non parcat. Vide
 igitur benignitatem ac seueritatem Dei: in eos
 quidem qui ceciderunt, seueritatem: in te verò
 benignitatem, si permāseris in benignitate. alio-
 23 quin & tu excideris. Sed & illi, si non perman-
 serint in infidelitate, inserentur: potest enim

Deus rursus eos inferere. Etenim si tu ex naturali exectus es oleastro, & præter naturam insitus es in veram olcam: quanto magis ij qui naturales sunt, inferentur propriae oleæ? *Ve-* ²⁴
limenim vos non ignorare, fratres, mysterium ²⁵
hoc, (vt ne fitis apud vosmetiplos arrogantes)
obdurationem istam, quæ est ex parte, Isiaeli
euenisse tantisper dum plenitudo Gentium in-
troierit. Et ita totus Israel seruabitur: sicut ²⁶
scriptum est, Veniet ex Sion ille liberator,
& auertet impietates à Iacob. Et hoc illis à me ²⁷
scædus, Quum abstulero peccata ipsorum. Ita- ²⁸
que quod ad Euangelium attinet, sunt inimici
propter vos: quod ad electionem autem, dili-
guntur propter Patres. Nam dona & vocatio ²⁹
Dei eiusmodi sunt, vt eorum ipsum pœeritère
non possit. Sicut enim & vos quondam non ³⁰
paruistis Deo, nunc autem estis misericordi-
am consequuti per istorum contumaciam: Sic ³¹
& isti nunc non paruerunt, vt per vestram mi-
sericordiam, & ipsi misericordiam consequan-
tur. Conclussit enim Deus omnes in contu- ³²
macia, vt omnium miseretur. O profundas ³³
diuitias tum sapientiæ tum cognitionis Dei!
quàm inscrutabilia sunt eius iudicia, & eius viæ
imperuestigabiles! Quis enim cognouit ³⁴
mentem Domini? aut quis ei fuit à consilio?
Aut quis prior dedit ei, & reddetur ei? Nam ³⁵
ex eo, & per eum, & in ipsum sunt omnia. Ipse sit ³⁶
gloria in secula, Amen.

Esa. 46. 13
 Iob. 41. 2
 I. Cor. 2. 16

CAPVT XII.

1. Parænetica tractat, 2. ad cultum Deo gratum: 9. ad Dilectionem non simulatam, 14. 20. etiam inimicorum.
 Precor

- 1 **P**recor igitur vos, fratres, per miserationes
 Dei, ut sistatis corpora vestra hostiam viuam
 sanctam, acceptam Deo, rationalem illum cul-
 2 tum vestrum: Et ne configuremini seculo isti,
 sed transformemini per renouationem mentis
 vestrae ad hoc, ut probetis quae sit voluntas Dei, Ephes. 5. 17
 3 bona illa, accepta ac perfecta. Enimvero per 1. Thim. 4. 7
 gratiam quae mihi data est, edico cuiuis versan-
 ti inter vos, ne sciat supra quam oportet sape-
 re: sed sciat ad sobrietatem, prout cuique; Deus 1. Cor. 2. 11
 4 partitus est mensuram fidei. Quemadmodum Ephes. 4. 7
 enim in vno corpore membra multa habemus,
 membra vero omnia eandem non habent actio-
 5 nem: Ita multi vnum corpus sumus in Christo:
 6 singularim autem, alij aliorum membra. Habentes 1. Pet. 4. 10
 autem diuersa dona pro gratia quae nobis data
 est: siue prophetiam: prophetemus pro propor-
 7 tione fidei: Siue ministerium, versetur in mini-
 8 strando: tum is qui docet, in docendo: Tum qui ex-
 hortatur, in exhortatione: qui distribuit, cum Matth. 6. 2
 simplicitate: qui praest, cum diligentia: qui mi- 2. Cor. 9. 7
 9 seretur, cum hilaritate. Dilectio esto minimè si-
 mulata. Esto et abhorretes à malo, agglutinati Amos. 5. 15
 10 bono. Fraterna charitate alij ad alios amandos Ephes. 4. 2
 11 propensi. Honore alij alijs praeeuntes. Studio 1. Pet. 2. 17
 minimè pigri. Spiritu feruentes, Domino fer- 1. Pet. 5. 7
 12 uientes. Spe gaudentes. In afflictione toleran-
 13 tes. In oratione perdurantes. Visibus sancto- Luc. 18. 1
 rum communicantes. Hospitalitatem sectantes. 1. Cor. 16. 1
 14 Benedicite ijs qui vos insectantur: benedicite, Heb. 13. 2
 15 inquam, & ne imprecamini. Gaudete cum gau- 1. Pet. 4. 13
 16 dentibus, & flete cum flentibus. Eodem animo Matth. 5. 4. 4
 inter vos mutuo affecti. Non elare de vobis. Prou. 2. 7
 ipsis sentientes, sed humilibus obsecundates. Ne Esa. 5. 14

Prou. 20. 22 estote prudentes apud vosmetipsos. ¹⁷ Nemi-
 Math. 5. 39 malum pro malo vicissim reddentes. Procu-
 2. Cor. 8. 11 rantes honesta coram omnibus hominibus. ¹⁸ Si
 1. Pet. 3. 9 fieri potest, quantum in vobis est, cum omnibus
 Heb. 12. 14 hominibus in pace viuentes. ¹⁹ Non vosmet-
 Ecclef. 2. 18 ipsos vlciscentes, dilecti: sed date locum ire. scri-
 Math. 5. 39 ptum est enim, ²⁰ Mihi est ultio: ego rependam,
 Deut. 32. 35 dicit Dominus. ²¹ Iraque si esurit inimicus tuus,
 Heb. 10. 30 ciba eum: si sitit, da ei potum. hoc enim si fece-
 Prou. 25. 22 ris, carbones ignis coaceruabis in caput eius. Ne
 vincitor ab eo quod malum est, sed vince boni-
 tate malitiam.

CAPVT XIII.

i. Vult vt subdant: magistratibus: 8. proximos dilis-
 gamus: 12. viuamus iuste, 14. & Christum induamus.

Sap. 6. 1
 Tit. 3. 1
 2. Pet. 2. 13

OMnis ¹ anima potestatibus supereminenti-
 bus subiecta esto. non enim est potestas nisi
 à Deo: & quæ sunt potestates, sunt à Deo ordi-
 nata. Itaq; quisquis se opponit potestati, Dei
 ordinationi resistit: qui autem resistunt, ipsi si-
 bi condemnationem auferent: Nam magistra-
 tus non sunt terrori bonis operibus, sed malis.
 Vis autem non metuere potestatem? quod bo-
 num est facito, & laudem ab ipsa obtinebis. Dei
 enim minister est tuo bono. Quod si feceris
 quod malum est, metue: non enim temerè gla-
 dium gestat. nam Dei minister est, vltor ad iram
 ei qui quod malum est, fecerit. Quapropter
 necesse est subijci, non solum propter iram, sed
 etiam propter conscientiam. Propter hoc enim
 etiam tributa soluitis: siquidem ministri Dei
 sunt in hoc ipsum incumbentes. ⁷ Reddite igitur
 Matth. 22. 11 tur

tur omnibus quod debetis: cui tributum debe-
 tur, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorē,
 8 timorē: cui honorem, honorem. Nemini quic-
 quam debete, nisi hoc, vt alij alios diligatis. nam
 9 qui diligit alterum, Legem impleuit. Siquidem
 illud, Non mœchaberis, Non occides, Nō fu- Exod. 20. 14
 raberis, Non falsum testimonium dices, Non Deut. 5. 18
 concupisces, & si quod aliud est mandatum, in
 hoc sermone summatim comprehenditur, nem-
 10 pe, Diliges proximū tuum, sicut teipsum. Cha- Leuit. 10. 18
 ritas proximum non afficit malo. Itaque ex- Math. 22. 39
 11 plectio Legis, est charitas. Idque, perspecta op- Marc. 12. 31
 portunitate, quod videlicet tempestiuum iam Galat. 5. 14
 sit nos à somno expergisci. Nunc enim propius Luc. 2. 9
 12 nos est salus, quam quum credidimus. Nox
 processit, dies autem propinquat. Abijciamus
 igitur opera tenebrarum, & induamur habitu
 13 qui luci conueniat. Vt interdiu, compositè am- Luc. 21. 34
 bulemus: non in comestationibus & ebrietati-
 bus, non cubilibus ac proternijs, non lite & in-
 14 uidia: Sed induimini Domino Iesu Christo, Gal. 5. 16
 & carnis curam ne habete ad explendas cupidi- 1 Pet. 2. 11
 tates.

CAPVT XIII.

1. Commendat eos qui fide sunt infirma, 15. ne vitio
 nostro scandalizentur. 10. Et illis e diuerso imperat, vt
 non temere firmiores iudicent. 19. vt intra ædificatio-
 nis 20. & charitatis terminos 22. Christiana libertas
 consistat.

1 **E**Vm verò qui fide est infirmus, assumite, non
 2 tamen ad certamina disputationum. Alius
 quidem credit vescendum esse quibusuis: alius
 3 autem fide infirmus edit olera. Qui edit, non
 edentem ne pro nihilo habeo: & qui non edit,
 Bb 3 eden

Iac. 4. 11

edentem ne cōdemnato. Deus enim eum assum-
psit. Tu qui es qui condemnas alienum famu- 4
lum? proprio domino stat aut cadit. stabilietur
autem: potest enim Deus eum stabilire. Alius
quidem aestimat diem præ die, alius autem per-
a quē aestimat quemuis diem. Vnusquisq; in ani-
mo suo plenē certus esto. Qui curat diem, Do- 6
mino curat; & qui non curat diem, Domino nō
curat. Qui edit, Domino edit: gratias enim a-
git Deo. & qui non edit, Domino non edit, &
gratias agit Deo. Nullus enim nostrū sibi ipsi 7
viuit, & nullus sibi ipsi moritur. Nam siue viui-
mus, Domino viuimus: siue morimur, Domino 8
morimur. Siue igitur viuamus, siue moriamur,
Domini sumus. Ad hoc enim Christus & mor- 9
tuus est, & resurrexit & reuixit, vt & mortuis ac

2. Cor. 1. 10

viuentibus dominetur. Tu verò cur condēnas 10
fratrem tuum? aut etiam tu cur pro nihilo ha-
bes fratrem tuum? Omnes enim sistemur apud

Esa. 45. 23

Phil. 2. 10

tribunal Christi. Scriptum est enim, Viuo ego, 11
dicit Dominus: quoniam mihi sese flectet omne
genus, & omnis lingua cōfitebitur Deo. Nempe 12
ergo vnusquisq; nostrū de seipso rationē red-
det Deo. Ne amplius igitur alius de alio iudice- 13
mus: sed hīc potius adhibere iudicium, vt ne of-
fendiculum ponatis fratri, aut scandalum. No- 14
ui, & persuasum habeo per Dominum Iesum,
nihil esse impurum per se: sed ei qui existimat a-
liquid esse impurum, id ei impurū esse. Verū 15

1. Cor. 8. 1

iam secundū charitatē ambulat. Ne esca tua 16
illum perditō pro quo Christus mortuus est.
Ne vestrum igitur bonum blasphemator. Non
enim est regnum Dei esca & potus, sed iustitia, 17
& pax,

- 18 & pax, & gaudium per Spiritum sanctum. Nam
 qui per hæc seruit Christo, gratus est Deo, &
 19 probatus hominibus. Nempe igitur quæ ad pa- Tit. i. 15
 cem faciunt, sectemur, & quæ ad mutuum ædifi-
 20 cationem. Ne cibi causa destrue opus Dei. ¹ O-
 mnia quidem pura: sed malum est homini qui
 21 edit cum offendiculo. ² Bonū est non vesci car- 1. Cor. 8. 13
 nibus, neq; bibere vinum, neq; quicquam, in quo
 frater tuus impingit, aut offenditur, aut infir-
 22 mus est. Tu fidem habes, apud te ipsum ha-
 be coram Deo. Beatus qui non condemnat se-
 23 ipsum in eo quod approbat. Qui verò ambigit
 si ediderit, condemnatus est, quoniam non edidit ex
 fide: quicquid verò ex fide non est, peccatum est.

CAPVT XV.

1 Fortiores robur suum conferant ad confirmandos
 infirmos 3. Christi exemplo, 7 qui se communicant
 8. non modo Iudeis, 10. sed etiam Gentibus. 15. Scrip-
 tionis huius Epistolæ ratio redditur.

- 1 **D**Ebemus autem nos qui firmi sumus, imbe-
 cillitates infirmorum portare, ac nō indul-
 2 gere nobis ipsis. Itaq; vnusquisq; nostrū pro-
 ximo indulgeat in bonum, id est, ad eius ædifi-
 3 cationem. Etenim Christus nō indulsit sibi ipsi,
 sed, sicut scriptum est, ¹ Conuitia eorum qui cō- Psal. 69. 10
 4 uitiantur tibi, inciderunt in me. Nam quæ an-
 tē scripta sunt, ad nostram doctrinam scri-
 pta sunt: vt per patientiam & consolationem
 5 Scripturarū spem habeamus. Deus autē patientiæ
 & cōsolationis autor, ² det vobis vt eodē animo 1. Cor. 13. 10
 inter vos mutuo affecti sitis, secundū Christum
 6 Iesum: Vt concorditer vno ore glorificetis
 Deum ac Patrem domini nostri Iesu Christi.

Pfal. 118. 50

Deut. 32. 45

Pfal. 117. 1.

Esa. 11. 10

Propterea assumite alij alios, sicut & Christus
 assumpsit nos in gloriam Dei. Illud autem di-
 co, Iesum Christum ministrium fuisse circumci-
 sionis, pro Dei veritate, vt confirmaret promissio-
 nes Patrum: Et vt Gentes pro misericor-
 dia glorificent Deum: sicut scriptum est, Pro-
 pterea confitebor tibi inter Gentes, & nomini
 tuo psallam. Et rursus dicit, Gaudete Gen-
 tes cum populo eius. Et rursus, Laudate
 Dominum omnes Gentes, & collaudate eum om-
 nes populi. Et rursus Esaias dicit, Erit
 radix Iesse, & qui exurgat ad imperandum Gen-
 tibus: in ipso Gentes sperabunt. Vtinam ve-
 rò Deus spei impleat vos omni gaudio & pace
 credendo, vt spe abundetis per virtutem Spiritus
 sancti. Persuasum autem habeo & ipse ego
 de vobis, fratres mei, quòd ipsi per vos pleni sitis
 bonitate, impleti omni cognitione, & qui possi-
 tis etiam vos mutuo monere. Audacius vero
 scripsi vobis, fratres, aliqua ex parte veluti com-
 monefaciens vos, propter gratiam quæ data est
 mihi à Deo. Ad hoc vt sim minister Iesu Christi
 apud Gentes, operans Euangelio Dei: vt ob-
 latio Gentium fiat accepta, sanctificata per Spi-
 ritum sanctum. Habeo igitur quod glorier
 per Christum Iesum, in ijs quæ ad Deum perti-
 nent. Non enim sustinuerim quicquam loqui
 quod non effecerit Christus per me, adducen-
 dis ab obedientiam Gentibus, verbis & factis,
 Virtute signorum ac prodigiorum, virtute Spi-
 ritus Dei: aded vt ab Hierusalem & circumia-
 centibus regionibus vsque ad Illyricum, imple-
 uerim prædicandi Euangelij Christi munus.
 Ita porò ambiens prædicare Euangelium, non
 vbi

vbi nominatus esset Christus, vt ne super alie-
 21 num fundamentum ædificarem: Sed sicut scri-
 prum est, Quibus non est annuntiatum de eo, Esa. 52. 15
 videbunt: & qui non audierunt, intelligent.
 22 Quapropter etiam impeditus sum sæpe ne ve- Supr. 1. 11
 23 nirem ad vos. Nunc verò quum non amplius
 habeam locum in his regionibus, desiderium Supr. 1. 13
 autem habeam veniendi ad vos à multis annis: 1. Thess. 1. 17
 24 Quandoquocumq; proficiscar in Hispaniam, veni-
 am ad vos. Spero enim fore, vt istac præteriens,
 videam vos, & à vobis deducar illuc: si tamen
 vestra consuetudine prius ex parte expletus fu-
 25 ero. Nunc autem proficiscor Hierosolymam,
 26 ministrans sanctis. Placuit enim Macedoniae
 & Achaiae conferre aliquid in pauperes sanctos,
 27 qui sunt Hierosolymis. Placuit enim, in quã, 2. Cor. 16. 11
 & debitores illorum sunt. nam si spiritualia i-
 psorum bona Gentes participarunt, debent et-
 28 iam ipsa in carnalibus eis ministrare. Hoc igitur
 vbi perfecero, & eis consignauero hunc fru-
 29 ctum, abibo istac in Hispaniam. Scio verò me,
 quum veniam ad vos, cum plena benedictione
 30 Euangelij Christi venturum. Precor autem
 vos, fratres, per Dominum nostrum Iesum Chri-
 stum, & per charitatem Spiritus, vt mecum cer-
 31 tetis vestris pro me apud Deum precibus: Vt
 liberer ab ijs qui rebelles sunt in Iudæa. vt quæ
 ministerium hoc meum erga Hierusalem, acce-
 32 ptum sit sanctis: Vt cum gaudio veniam ad
 vos per voluntatem Dei, vnâque vobiscum re-
 33 fociller. Deus autem pacis princeps, sit cum o-
 mnibus vobis, Amen.

CAPVT XVI.

i. Commendat Phœben. 3. salutatio officiose complur
res, 17. admonetque ut eos caueant qui dissidiorum au-
thores sunt,

Commendo autem vobis Phœben sororem
nostram, quæ est ministra Ecclesiæ Cenchre-
ensis: Ut eam excipiat in Domino sicut digna
est sanctis, & aditis ei quacumque in re ipsi usus
fuerit vobis. nam hæc tum multis hospitium pre-
buit, tum mihi etiam ipsi. Salutate Priscillam &
Aquilam, adiutores meos in Christo Iesu: (Qui
pro anima mea suam ipsorum ceruicem suppo-
suerunt: quibus non ego solus gratias ago, sed
etiam omnes Ecclesiæ Gentium.) Item Ecclesi-
am quæ in domo eorum est. Salutate Epenetum
mihi dilectum, primitias Achaie in Christo. Sa-
lutate Mariam quæ multum laborauit erga nos.
Salutate Andronicum & Iuniam, cognatos me-
os, & concaptiuos meos, qui sunt insignes inter
Apostolos, qui etiam ante me fuerunt in Chri-
sto. Salutate Ampliam dilectum mihi in Do-
mino. Salutate Urbanum, adiutorem nostrum
in Christo, & Stachyn mihi dilectum. Salutate
Apellen, probatum in Christo. Salutate eos qui
sunt ex Aristobuli familiaribus. Salutate Hero-
dionem cognatum meum. Salutate eos qui sunt
ex Narcissi familiaribus, eos inquam qui sunt in
Domino. Salutate Tryphenam & Thyphosam
quæ laborant in Domino. Salutate Perfida di-
lectam, quæ multum laborauit in Domino. Sa-
lutate Rufum selectum in Domino, & matrem
eius ac meam. Salutate Asyncritum, Phlegontem,
Hermam, Patrobam, Mercurium, & qui cum eis
sunt fratres. Salutate Philologum & Iuliam,
Nereum & sororem eius, & Olympam, & qui cum
eis

- 16 eis sunt, omnes sanctos. ² Salutate alij alios o. 2 Cor. 6. 20
& 13. 12
 17 sculo sancto. Salutant vos Ecclesie Christi. Pre- 1. Pet. 5. 14
 cor autem vos, fratres, ut speculemini dissidiorum
 & scadalarum autores preter doctrinam quam
 18 vos didicistis: ² & declinetis ab eis: Nam qui e- 2. Iohan. 10
 iusmodi sunt, Domino nostro Iesu Christo non
 seruiunt, sed suo ventri: & per blandiloquenti-
 am & assentationem corda hominum minime
 19 malorum seducunt. Vestra enim obedientia
 ad omnes peruenit. Gaudeo igitur quod ad vos
 atrinet: sed volo vos sapientes quidem esse in re-
 20 bus bonis, innocentes vero in malis. Porro De-
 us pacis princeps conteret Satanam sub pedes
 vestros cito. Gratia domini nostri Iesu Christi
 21 sit vobiscum. Amen. Salutant vos ^{Ag. 16. 1} Timotheus Phil. 2. 19
 adiutor meus, & Lucius, & Iason, & Sosipater,
 22 cognati mei. Saluto vos in Domino ego Tertius,
 23 qui descripsi epistolam. Salutat vos Gaius
 hospes meus & Ecclesie totius. Salutat vos Era-
 24 stus procurator urbis, & Quartus frater. Gratia
 domini nostri Iesu Christi sit cum omnibus vo-
 25 bis, Amen. ² Ei vero qui potest vos stabilire, se. Ephes. 3. 20
 cundam Evangelium meum & preconium Iesu
 Christi, ² ex revelatione mysterij quod a tempo- Ephes. 3. 6
Coloss. 1. 26
1. Tim. 1. 7
Tit. 1. 1
 26 ribus aeternis tacitum fuit: Nunc vero factum
 est manifestum, & per Scripturas Propheticas,
 27 ex imperio aeterni Dei, ad obedientiam fidei om-
 nibus Gentibus declaratum: Soli, inquam,
 sapienti Deo gloria per Iesum Christum in se-
 cula, Amen.

Ad Romanos scripta fuit Corintho, per
 Phœben ministram Cenchreen-
 sis Ecclesie.

EPISTOLA

EPISTOLA PAULI

APOSTOLI AD CORIN-

THIOS PRIOR.

CAPVT I.

8. Post gratulationem 10. quæ vim habet exhortandi, 12. taxat dissidia Corinthiorum, 17. eosque a fastu ad humilitatem reuocat, 20. Nam euertens omnem nuntium di sapientiâ, 23 25. solam crucis predicationem erigit.

AA. c. 9

1. Theff. 4: 7

Rom. 1. 7

Ephes. 1. 1

Coloff. 1. 22

2. Tim. 1. 9

Tit. 2. 11

2. Tim. 1. 22

Tit. 2. 11

Philip. 3. 20

1. Theff. 3. 18,

& 5. 25

1. Theff. 5. 34

PAVLVS vocatione Apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei, & Sosthenes frater, Ecclesie Dei quæ est Corinthi, sanctificatis in Christo Iesu, vocatis sanctis, cum omnibus qui inuocant nomen Domini nostri Iesu Christi, in quouis loco, Domini, inquam, tum ipsorum tum nostri, Gratia vobis & pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo. Gratias ago Deo meo semper de vobis, ob gratiã Dei quæ data est vobis in Christo Iesu: Quod in omnibus ditati sitis in ipso, omni loquendi facultate, omniq̃ue cognitione: Prout testimonium Christi confirmatum fuit in vobis. Adeo vt nullo dono deficiamini, expectantes dum reueletur Dominus noster Iesus Christus. Qui Deus etiam confirmabit vos vsque ad finem inculpato, in diem Domini nostri Iesu Christi. Fidelis Deus, per quem vocati estis in communionem Filij ipsius Iesu Christi Domini nostri. Precor autem vos, fratres, per nomen Domini nostri Iesu Christi, vt idem loquamini omnes, & non sint inter vos dissidia, sed sitis coagmentati eadem mente & sententia. Declaratum est enim mihi de vobis, fratres mei, à

domesti-

- domesticis Chloes, quod lites sint inter vos.
- 12 Hoc autem dico, vnumquenque vestram dicere, ^{Act. 18. 24} Ego quidem sum Pauli, ego verò Apollo,
- 13 ego verò Cepha, ego verò Christi. Num dis-
perditus est Christus? num Paulus crucifixus
est pro vobis, aut in nomen Pauli baptizati fu-
14 istis? Gratias ago Deo meo quod neminem
vestrum baptizauerim, nisi Crispum & Gaium: ^{Act. 18. 14}
- 15 Vt nequis dicat me in meum nomen baptiza-
16 se. Baptizavi autem etiam Stephanæ famili-
am: ceterum haud scio num quem alium bap-
17 tizauerim. Non enim misit me Christus, vt ba-
ptizarem, sed vt euangelizarem: ^{Infra 2. 14} non tamen cū
dicendi peritia, ne inanis reddatur crux Christi.
- 18 Nam sermo ille de cruce, ijs quidem qui pereūt
stultitia est: nobis autem qui seruamur, ^{Gal. 5. 4} po-
19 tentia Dei est. Scriptum est enim, ^{2. pet. 1. 16} Ab olebo sa-
20 pientiam sapientum, & intelligentiam intelli-
gentium tollam è medio. Vbi sapiens? vbi Scri-
ba? vbi conquisitor seculi istius? nonne infa-
21 tuauit Deus sapientiam mundi huius? Nam
postquam in Dei sapientiam mundus non cogno-
uit Deum ex eius sapientia, placuit Deo per stul-
22 tam prædicationem seruare credentes. ^{Matth. 12. 38} Quan-
do quidem & Iudæi signum petunt, & Græci sa-
23 pientiam quaerunt: Nos autem prædicamus
Christum crucifixum, Iudæis quidem offendi-
24 culum, Græcis verò stultitiam: Ipsi autem vo-
catis, rum Iudæis tum Græcis, Christum Dei
25 potentiam ac Dei sapientiam. Nam stultitia
Dei sapientior est quàm homines: & infirmitas
26 Dei validior est quàm homines. Videtis enim
vocationem vestram, fratres, vos videlicet non
esse multos sapientes secundum carnem, non
multos

multos potentes, non multos nobiles. Verūm²⁷
 quæ stulta sunt in mundo, elegit Deus, vt pude-
 faciat sapientes, & quæ sunt infirma in mundo,
 elegit Deus, vt pudefaciat robusta: Et quæ²⁸
 ignobilia sunt in mundo, & pro nihilo habita,
 elegit Deus, & ea quæ non sunt, vt ea quæ sunt
 aboleat. Vt ne gloriatur vlla caro coram eo.²⁹
 Sed ex ipso vos estis in Christo Iesu, qui factus³⁰
 est nobis sapientia à Deo, iustitiâq; , & sanctifi-
 catio, & redemptio: Vt, sicut scriptum est,³¹
 Jerem. 9. 23 ¹Qui gloriatur, in Domino gloriatur.

CAPVT II.

1. Prædicationem suam in exemplum adducit, 4. hu-
 manitus quidem abiectam 7. 13. spirituali tamen virtutem
 te insignem, 14. Tandem concludit carnis iudicio non
 posse estimari.

Sap. 1. 17 **E**GO igitur quum venirem ad vos fratres, ²nō
 veni cum eminentia facundia aut sapientia,
 annuntians vobis testimonium Dei. Non e-³
 nim decreueram quicquam scire inter vos nisi
 Aa. 13. i Iesum Christum, cumque crucifixum. ⁴Et fui
 ego cū infirmitate & timore ac tremore multo
 apud vos. Neque oratio mea & prædicatio mea
 Supr. 1. 17 ⁵versata est, ⁶in persuasorijs humanae sapientiae
 1. Pct. 1. 10 verbis, sed in demonstratione spiritualis po-
 tentiae. Ne fides vestra consistat in sapientia
 hominum, sed in potentia Dei. Sapientiam
 verò loquimur inter perfectos: sapientiam
 autem non seculi huius, neque principum seculi
 huius qui abolentur. Sed loquimur sapienti-⁷
 am Dei latentem in mysterio: id est, occultam
 illam, quam præfinierat Deus ante secula in glo-
 riam nostram. Quam nemo principum seculi⁸
 huius

huius cognouit: nam si cognouissent, nequa-
 9 quam Dominum gloriæ crucifixissent. Sed
 prædicamus, sicut scriptum est, ^{Esa. 64. 4} quæ oculus
 non vidit, nec auris audiuit, nec in mentem
 hominis venerunt, quæ parauit Deus ijs qui in-
 10 psam diligunt. Nobis autem Deus ea reue-
 lauit per Spiritum suum. Spiritus enim om-
 nia scrutatur, etiam profunditates DEI.
 11 Quis enim hominum nouit ea quæ sunt ho-
 minis, nisi spiritus hominis qui est in eo? ita et-
 iam ea quæ sunt Dei nemo nouit nisi Spiritus
 12 Dei. Nos verò non spiritum mundi accepimus,
 sed Spiritum qui est ex Deo, ut sciamus quæ
 13 Deus est nobis gratificatus: ^{Supr. 1. 17} Quæ etiam lo-
 quimur, non sermonibus quos docet humana ^{2. pet. 1. 16}
 sapientia, sed quos docet Spiritus sanctus, spiri-
 14 tualia cum ijs quæ spiritualia sunt coniungen-
 tes. Animalis autem homo non est capax eo-
 rum quæ sunt Spiritus Dei. sunt enim ei stulti-
 tia, nec potest ea cognoscere, quia spiritualiter
 15 dijudicantur. ^{Prou. 27. 19} At spiritualis dijudicat quidem
 16 omnia, ipse verò à nemine dijudicatur. ^{Esa. 40. 13} Quis
 enim nouit mentem Domini, qui instructurus ^{Sap. 9. 13}
 sit eum: nos autem mentem Christi habemus. ^{Rom. 11. 34}

CAPVT III.

1. Ratione reddita doctrinæ suæ humilis, 4. docet quò
 loco habendi sint Ministri. 9. quod munus. 10. quæ
 vera ædificandi ratio. 16. monet Corinthios ne pa-
 tiantur animas suas profanari 18. superba carnis sa-
 pientia.

1 Ego porrò, fratres, non potui loqui vobis, vt
 spiritualibus, sed loquutus sum, vt carnali-
 2 bus, id est, vt infantibus in Christo. Lactis
 potu vos alui, & non esca: nòdum enim potera-
 tis,

tis id ferre : imo ne nunc quidem adhuc pote-
 stis. Nam adhuc carnales estis. quum enim in
 vobis sint liuor & contentio, & dissidia, nonne
 carnales estis, & secundum hominem inceditis?
 Etenim quum dicit quidam, Ego quidem sum
 Pauli, alter vero, Ego sum Apollo, nonne carna-
 les estis? Quis igitur est Paulus, quis autem A-
 pollos, nisi ministri per quos credidistis, & vt
 cuique Dominus dedit? Ego plantauit, Apol-
 los rigauit : sed Deus dedit incrementum. Ita-
 que neque is qui plantat, est aliquid, neque qui
 rigat : sed Deus, qui dat incrementum. Is verò
 qui plantat & is qui rigat, vnum sunt : vnus-
 quisque verò suam mercedem accipiet secundum
 suum laborem. Etenim Dei sumus ministri :
 Dei aruum, Dei ædificatio estis. Secundum gra-
 tiam Dei, quæ data est mihi, vt peritus archite-
 ctus fundamentum posui : alius autem super-
 ædificat. porro quisq; videat quomodo super-
 ædificet. Nam fundamentum aliud nemo po-
 test ponere præter id quod positum est, quod est
 Iesus Christus. Quod si quis superædificet su-
 per fundamentum hoc, aurum, argentum, lapi-
 des pretiosos, ligna, scenum, stipulam : Cuius-
 que opus manifestum fiet : dies enim declarabit :
 nam per ignem retegetur : & cuiusque opus
 quale sit, ignis probabit. Si cuius opus mane-
 bit quod superædificauerit, mercedem accipiet :
 Si cuius opus exustum fuerit, damnatum faciet :
 ipse verò seruabitur, ita tamē, vt per ignem.
 nescitis vos esse templum Dei, & Spiritum Dei
 habitare in vobis? Si quis templum Dei
 violat, hunc perdet Deus : nam templum Dei
 sanctum est, quod estis vos. Nullus seipsum
 scia

Psal. 62. 13
 Gal. 6. 5

Iher. 6. 19
 2. Cor. 6. 18

seducat, si quis sibi videtur esse sapiens inter vos
 19 in hoc seculo, stultus fiat, vt fiat sapiens. Sa-
 pientia enim mundi huius, stultitia est apud
 Deum. scriptum est enim, ¹ Carpit sapiētes cum ² ob. 5. 13
 20 versutia ipsorum. Et rursus, ³ Dominus no- ⁴ Psal. 94. 11
 21 uit cogitationes sapientum esse vanas. Itaque
 nullus glorietur in hominibus: omnia nanque
 22 vestra sunt: Siue Paulus, siue Apollos, siue
 Cephas, siue mundus, siue vita, siue mors, siue
 praesentia, siue futura: omnia, inquam, vestra
 23 sunt. Vos autem, Christi: Christus verò, Dei.

CAPVT IIII.

1. Definitione veri Apostoli adducta, 7. humilitatis
 speciem honori sibi magis esse debere quam probro,
 docet. 9. Signa profert vnde re ipsa appareat 10. nec
 gloriae, 11. nec ventrisipsum studuisse. 17. Ad finem Ti-
 motheum commendat.

1 Sic de nobis reputet homo, vt de ministris
 Christi, & dispensatoribus mysteriorū Dei.
 2 Quod superest autem, illud requiritur in dispē-
 3 satoribus, vt fidus quisque inueniatur. Mihi
 verò pro minimo est quòd à vobis dijudicer, aut
 ab humano iudicio: imò nec meipsum dijudi-
 4 co. Nullius enim rei mihi conscius sum: sed
 non per hoc iustificatus sum: sed Dominus is
 5 est qui me dijudicat. ¹ Proinde ne ante tempus ² Matth. 7. 1
 quicquam iudicate, vsquedum venerit Domi- ³ Rom. 2. 1
 nus, qui & illustraturus est occulta tenebrarū,
 & manifesta faciet consilia cordium: ac tunc
 6 laus erit vniciq; à Deo. Hæc autem, fratres,
 figura quadam transtuli ad meipsum & Apol-
 lo, propter vos: vt in nobis discatis, supra id
 quòd scriptum est nō sapere: vt ne alius pro alio

inflemini aduersus alium. Quis enim te discer- 7
 nit? quid autem habes quod nō acceperis? quod
 si etiam accepisti, quid gloriaris, vt qui non ac-
 ceperis? Iam saturati estis, iam ditati estis, abs- 8
 que nobis regnum adepti estis: atque vtinam
 sanè regnetis, vt & nos simul vobiscum regne-
 mus. Deus enim, puto, nos vltimos Apосто- 9
 los spectandos proposuit, tanquam morti ad-
 dictos. Nam spectaculum facti sumus mundo
 & Angelis & hominibus. Nos stulti propter 10
 Christum, vos autem prudentes in Christo: nos
 infirmi, vos autem validi: vos gloriosi, nos igno-
 miniosi. Ad hoc vsque tempus & esurimus & 11
 sitimus, & nudi sumus, & colaphis cædimur, &
 incertis sedibus erramus: Et laboramus, ope- 12
 rantes proprijs manibus, conuitijs affecti, bene
 precamur: persequutionem patientes, sustine-
 mus: Infamati precamur: purgamenta mun- 13
 di facti sumus, vtque omnium sordes vsque ad-
 huc. Non vt vos pudore suffundam, hæc scri- 14
 bo, sed vt filios meos dilectos admoneo. Nam 15
 et si decem millia pedagogorum habueritis in
 Christo, at non multos patres habetis. in Chri-
 sto enim Iesu per Euangelium ego vos genui.
 Precor vos igitur, imitatores mei estote. Pro- 16
 pterea misi vobis Timotheum, qui est filius me- 17
 us dilectus & fidelis in Domino, qui vobis in
 memoriam reducet, quæ sint viæ meæ in Chri-
 sto, sicut vbique in omnibus Ecclesijs doceo.
 Caterùm perinde quasi ego non sim venturus 18
 ad vos, inflati sunt quidam. Sed veniam breui 19
 ad vos si Dominus voluerit, & cognoscam non
 verba istorum qui inflati sunt, sed spiritualem
 virtutem. Non enim in verbis situm est regnum 20
 Dei,

Act. 20. 34

1. Thess. 2. 9

2. Thess. 3. 8

Matth. 5. 44

Luc. 23. 34

Acto. 7. 60

Act. 19. 21

Iac. 4. 15

2. Dei, sed in Spiritus virtute. Quid vultis? cum
virga veniam ad vos, an cum charitate & spiritu
lenitatis?

CAPVT V.

1. Quod incestuosum priuigni cum nouerca coniugium taciti ferrent, 2. 6. satis caute esse admonet cor pudore deueniantur potius quam superbant. 10. Eiusmodi scelera excommunicatione vindicanda esse, 12. ne contagio latius setpar.

1. **O**Mnino auditur esse inter vos scortatio, & eiusmodi scortatio, quæ ne inter Gætes quidem nominatur, adeo vt quis vxorem patris habeat. Et vos inflati estis, ac non potius luxistis, vt tolleretur è medio vestri qui facinus hoc patravit? Enimvero ego, vt absens corpore, præsens autem spiritu, iam vt præsens iudicaueri, vt is qui hoc ita perpetravit, Vobis & meo spiritu in nomine Domini nostri Iesu Christi congregatis, cum potestate Domini nostri Iesu Christi, Eiusmodi inquam homo tradatur Satana ad interitum carnis, vt spiritus saluus sit die illo Domini Iesu. Non est bona gloria vestra. An nescitis paululo fermenti totam massam fermentari? Expurgate igitur vetus fermentum, vt fitis noua massa, sicut estis fermenti expertes. Etenim Pascha nostrum pro nobis sacrificatum est, nempe Christus. Itaque festum ageremus non fermento veteri, nec fermento malitiae & nequitiae: sed non fermentatis panibus sinceritatis & veritatis. Scripsi vobis in epistola, ne commisceamini cum scortatoribus. At non omnino cum scortatoribus mundi huius, aut cum auaribus, aut cum rapacibus, aut idololâtris: alioquin debetis scilicet è mundo exire. Nunc autem

scripsi vobis ne commisceamini, id est, si quis quæ frater nominatur, sit scortator, aut auarus, aut idololatra, aut conuitiator, aut ebriosus, aut rapax: cū eiusmodi, inquam, ne edatis quidem. Quid enim mea interest etiam de extraneis iudicare? nōne de ijs qui intus sunt, vos iudicatis? De extraneis verò Deus iudicat. Tollite igitur istum sceleratum ex vobis ipsis.

CAPVT VI.

1. Inuohitur in forenses contentiones, 6. quibus se mutuo vexabant sub infidelibus, cum magno Euangelij dedecore. 9. deinde scortandi licentiam graui comminatione exagitat.

Sustinet aliquis vestrum negotium habens cū altero, iudicio experiri sub iniustis, ac non sub sanctis? An ignoratis sanctos mundum iudicaturos? quod si per vos iudicabitur mundus, indigni estis minimis iudicijs. An ignoratis fore, vt Angelos iudicemus, nedum vt quæ ad huius vitæ vsum pertinent non iudicemus? Itaque si iudicia habeatis de ijs quæ ad huius vitæ vsum pertinent, eos qui minimi fiunt in Ecclesia, eos inquam in subsellijs collocare. Vt vos pudeat, vobis hoc dico. Itane non est inter vos sapiens, ne vnus quidem, qui possit diiudicare inter fratres suos? Sed frater cum fratre iudicio experitur, idque sub infidelibus? Iam igitur omnino impotentia in vobis est, quod iudicia habeatis inter vosmetipfos. quare non potius iniuriam patimini? cur non potius damnum accipitis? At vos iniuriam facitis, & damno afficitis, idque fratres. An ignoratis iniustos non esse Dei hæreditatem possessuros? Ne

Matth. 5. 39
Luc. 6. 29
Rom. 12. 19
1. Thess. 4. 6

- 9 Ne errate, neque scortatores, neq; idololatræ,
 neque mœchi, neque molles, neq; qui concum-
 10 bunt cum masculis, Neque fures, neque auari,
 neque ebriosi, neque conuitiatores, neque rapa- Tit. 3. 3
 11 ces, regni Dei hereditatem possidebunt. Et hæc eratis nonnulli: sed abluti estis, sed sanctifi-
 cati estis, sed iustificati estis in nomine Domini
 12 Iesu, & per Spiritum Dei nostri, Infr. 10. 28 Omnia mihi li- Eccl. 37. 31
 cent, at non omnia conducunt: omnia mihi li-
 cent, at ego non redigar sub vllius rei potesta-
 13 tem. Escæ ventri destinatae sunt, & venter escis:
 Deus autem & hunc & eas abolebit, corpus ve-
 14 ro non scortationi, sed Domino, & Dominus
 14 corpori. Deus autem & Dominum suscitauit,
 15 & nos suscitabit potentia sua. An ignoratis Rom. 6. 5
 corpora vestra esse membra Christi? Num igitur
 tollens membra Christi, faciam, vt sint scor-
 16 ti membra? Absit. An ignoratis eum qui ag-
 glutinatur scorto, vnum esse corpus cū scorto?
 Fient enim, inquit, qui duo erant, caro vna. Gen. 2. 24
 17 Qui verò agglutinatur Domino, vnus spiritus Math. 19. 5
 18 est. Fugite scortationem. omne peccatū quod Mat. 10. 8
 fecerit homo, extra corpus est: sed qui scorta- Eph. 5. 38
 19 tur, in proprium corpus peccat. An ignoratis
 corpus vestrum esse templum Spiritus sancti, Supr. 1. 37
 qui est in vobis, quem habetis à Deo, neque esse 2. Cor. 6. 16
 20 vestri iuris? Nam empti estis pretio, glorifica- Infr. 7. 23
 te igitur Deum in corpore vestro, & in spiritu 1. Pet. 1. 18
 vestro, quæ sunt Dei.

CAPVT VII.

1. Differens hic de coniugio, 4. quod est remedium vi-
 tandæ scortationis 10. indissolubile: 18. 20. iubet v-
 numquemque sorte sua contentum viuere. 25. Quis
 virginitatis finis esse debeat ostendit, 35. & qui coniu-
 gium suscipere debeant.

Cæterùm de quibus scripsistis ad me, bonum
 fuerit viro mulierem non attingere. Sed
 propter fornicationes suam quisque vxorem
 habeat, & proprium quaque virum habeat.
 1. Pet. 3. 7 Vxori vir debitam benevolentiam reddat : &
 similiter autem & vxor viro. Vxor proprium
 corpus non habet in potestate, sed vir : simili-
 ter autem & vir proprium corpus non habet
 in potestate, sed vxor. Ne fraudate alius ali-
 um, nisi siquid ex consensu ad tempus, vt va-
 cetis ieiunio & precibus : & rursus simul con-
 uenite, ne tentet vos Satanas propter inconti-
 nentiam vestram. Hoc autem dico ex concess-
 sione, non ex imperio. Nam velim omnes homi-
 nes esse, vt & ipse sum : sed vnusquisq; proprium
 donum habet ex Deo : alius quidem ita, alius
 autem ita. Dico autem calibibus & viduis,
 Bonum eis est si mäterint, vt maneo ego. Quòd
 si se non continent, matrimonium contrahant :
 nam melius est, matrimonium contrahere
 quàm vri. Ijs autem qui matrimonio iuncti
 sunt, denuntio non ego, sed Dominus, Vxor
 à viro ne discedito. Quòd si etiam discesserit, ut
 maneat innupta, aut viro reconciliator : & vir
 vxorem ne dimittito. Reliquis autem ego di-
 co, non Dominus, Siquis frater vxorem habet
 infidelem, quæ consentiat ad habitandum cum
 eo, ne eam dimittito : Et vxor quæ habet virum
 infidelem, qui consentiat ad habitandum cum
 eà, ne eum dimittito. Maritus enim infidelis
 sanctificatus est vxori, & vxor infidelis sancti-
 ficata est viro : alioqui certè liberi vestri im-
 probi essent : nunc autem sancti sunt. At si
 incredulus discedit, discedat : non est seruituti
 sub.

Matth. 5. 32
 & 19. 9
 Marc. 10. 11
 Luc. 16. 18

- subiectus frater aut soror huiusmodi rebus: sed
 16 ad pacem vocauit nos Deus. Ecquid enim no-
 sti vxor, an virum sis seruatura? aut ecquid no-
 17 sti vir, an vxorem sis seruaturus? Sed vt vnicui-
 que donum partitus est Deus, vt vnumquen-
 que vocauit Dominus, ita incedat: & ita in Ec-
 18 clesijs omnibus constituo. Circuncisus aliquis
 vocatus est? ne attrahat præputium: in præpu-
 19 tio aliquis vocatus est? ne circuncidatur. Cir-
 cumcisio nihil est, & præputium nihil est, sed
 20 obseruatio mandatorum Dei. ^{Ephes. 4.11} Vnusquis-
 que in qua vocatione vocatus fuit, in ea ma-
 21 neat. Seruus vocatus es? ne sit tibi curæ: sed
 22 si potes etiam liber fieri, potius eo vttere. Et-
 enim qui in Domino vocatus est seruus, liber-
 tus Domini est: similiter & qui liber vocatus est,
 23 seruus est Christi. ^{Supr. 6. 20.} Pretio empti estis, ne
 24 estote serui hominum. Vnusquisque in quo ^{1. Pet. 1. 18}
 vocatus fuit, fratres, in hoc maneat apud De-
 25 um. De virginibus autem præceptum Domi-
 ni non habeo: sed do vobis quod sentio, vt cui
 Dominus per misericordiam dederit fidum es-
 26 se. Existimo igitur hoc bonum esse propter
 instantem necessitatem, bonum hoc inquam
 27 esse homini ita esse. Alligatus es vxori: ne qua-
 re dissolutionem: solutus es ab vxore? ne qua-
 28 re vxorem. Quod si etiam duxeris vxorem, non
 peccasti: & si nupserit virgo, non peccauit: sed
 afflictionē in carne habituri sunt, qui sunt hu-
 29 iusmodi, ego verò vobis parco. Hoc autem aio,
 fratres, quoniam tempus contractum est in po-
 30 stera: vt & qui habent vxores, sint vt non ha-
 bentes: Et qui flent, vt non flentes: & qui gau-
 dent, vt non gaudentes: & qui emunt, vt non
 obti-

obtinentes: Et qui vtuntur mundo hoc, vt non
 abutentes. praterit enim species huius mundi.
 Velim autem vos absque sollicitudine esse. Qui
 caelebs est, curat ea quae sunt Domini, quomodo
 placiturus sit Domino: At qui duxit uxorem,
 curat ea quae sunt mundi, quomodo placitu-
 rus sit uxori. Discretæ sunt ea quae est v-
 xor & ea quae est virgo. quae est innupta, curat
 ea quae sunt Domini, vt sit sancta cum corpore
 tum spiritu: quae verò nupta est, curat ea quae
 sunt mundi, quomodo placitura sit viro. Hoc
 autem dico vestro commodo: non vt la-
 queum vobis iniiciam, sed vt decenter & aptè
 adhaerescatis Domino absque vlla distractione.
 Caterùm si quis aliquid non decens à se in vir-
 ginem suam committi putat, si florem aetatis ex-
 cedat, & ita debet fieri: quod vult faciat, non
 peccat: iungantur matrimonio. Qui verò stat
 firmus in corde, nec adigitur necessitate, sed in
 potestate habet propriam voluntatem, & hoc
 decreuit in corde suo, vt seruet suam virginem, be-
 ne facit. Itaque qui dat nuptum, bene facit:
 qui verò non dat nuptum, melius facit. V-
 xor alligata est lege quandiu viuit vir ipse:
 quòd si obdormierit vir ipse, libera est ad cui
 velit nubendum, tantùm in Domino. Sed bea-
 tior est si ita maneat, secundum meam senten-
 tiam: puto autem me quoque Spiritum Dei
 habere.

Rom. 7. 2

1. Theil. 4. 8

CAPVT VIII.

1. Ab hoc loco vsque ad finem decimi cap. dehortatur
 vt ab impuris Gentilium epulis abstineam. 8. ab usum
 Christianæ libertatis coarctet, 11. & scientiam charitate
 signandam coarctet.

Cate.

1 **C**eterum de iis quæ idolis immolantur, sci-
 mus nos oēs scientia esse præditos. Scientia
 2 inflat, charitas verò edificat. Quòd si quis si-
 bi videtur aliquid scire, nondū quicquā no-
 3 uit sicut oportet nosse. Sed si quis diligit
 4 Deum, hic edoctus fuit ab eo. De eis igitur
 eorum quæ idolis immolantur, scimus idolū
 nihil esse in mundo, & nullum esse Deum a-
 5 lium nisi vnum. Nam etiam si sint qui dicantur
 dii & in cælo & in terra: (sicut sunt dii
 6 multi & domini multi.) Nobis tamen vnus
 est Deus Pater ille, à quo omnia, & nos in i-
 pso: & vnus Dominus Iesus Christus, per
 7 quem omnia, & nos per ipsum. Sed non in
 omnibus est ea scientia. nonnulli enim cum
 conscientia idoli vsque ad hoc tempus, vt i-
 8 doli immolatum edunt: & conscientia eo-
 rum, infirma quum sit, polluitur. Ceterum
 esca nos non commendat Deo: neque enim si
 9 vescamur, abundantiores sumus, neque si non
 vescamur, pauperiores reddimur. Sed videte
 nequo modo potestas illa vestra offendiculo
 10 fit iis qui infirmi sunt. Etenim si quis vide-
 rit te, qui scientia præditus es, in idoleio ac-
 cumbere, nonne conscientia ipsius qui infir-
 mus est, instruetur ad edendum ea quæ sunt
 11 idolis mactata? ^{Rom. 14. 15} Et tua ista scientia frater
 qui infirmus est, propter quem Christus est
 12 mortuus, peribit? Ita autem peccantes in fra-
 tres, & vulnerantes ipsorum conscientiam in-
 13 firmam, in Christum peccatis. ^{Rom. 14. 21} Quapropter
 si esca facit vt offendat frater meus, non vescar
 carnibus in æternum, nec faciam vt frater me-
 us offendant.

1. Offendit qualiter libertate a Domino sibi permittit
 factis vltro abstinuerit, 18 22 ne quem in rebus mediis
 offenderet. 54. Vitamque nostram itadū imitari esse dicit.

Nonne sum Apostolus? nonne sum liber?
 Nonne Iesum Christum Dominum no-
 strum vidi? nonne opus meum vos estis in
 Domino? Si aliis non sum Apostolus, at
 certè vobis sum. nam sigillū apostolatus mei
 vos estis in Domino. Mea responsio apud
 eos qui in me inquirunt, hæc est: Annon
 habemus potestatem vescendi ac bibèdi? Annon
 habemus potestatem sororem vxorem circun-
 ducendi, vt & reliqui Apostoli, & fratres
 Domini, & Cephas? An solus ego & Bar-
 nabas non habemus potestatem non operan-
 di? Quis militat propriis stipendiis vnquā?
 quis plantat vineam, & de fructu eius non e-
 dit? aut quis pascit gregem, & de lacte gregis
 non edit? Num secundum hominem hæc
 dico? nonne etiam Lex hæc dicit? Nam in
 Mosis Lege scriptum est, Non obligabis os
 boui trituranti. Num boues curæ sunt Deo?
 An hoc propter nos omnino dicit? propter
 nos enim hoc scriptum est, quod sub spe de-
 beat is qui arat arare: & qui triturat sub spe,
 spei suæ particeps esse. Si nos vobis spiri-
 ritualia seminauimus, magnum fuerit si nos
 vestra carnalia messuerimus? Si alij sui in
 vos iuris participes sunt, cur non potius nos
 atqui non vli fuimus iure isto: sed omnia sus-
 tinemus, nequid remoremur Euangelium
 Christi. An nescitis eos qui sacris operan-
 tur, ea quæ ex sacrario sunt edere? & qui al-
 tari

Deut. 17. 4.
 2. Tim. 5. 13

Rom. 15. 27

Deut. 18. 1

- 14 tari assident, cum altari participare? Ita Do-
 minus constituit iis qui Euangelium annun-
 15 tiant, vt ex Euangelio viuant. Ego tamen
 nullo istorum sum vsus. Neque verò hæc scri-
 psi vt ita fiat in me, nam bonum est mihi mori
 potius quàm vt gloriationem meam aliquis
 16 inanem reddat. Etenim si Euangelizem, non
 est quod glorier: necessitas enim mihi incum-
 17 bit, vè autem mihi est nisi Euangelizem. Nā
 si volens hoc faciam, mercedem habeo: sin in-
 18 uitus dispensatio credita est mihi. Quæ i-
 gitur mihi est merces? vt quum Euangelizem,
 gratuitum constituam Euangelium Christi,
 19 vt ne abutar iure meo in Euangelio. Nam
 quum liber sim ab omnibus, omnibus mei-
 20 psum seruum feci, vt plures lucrifaciam. Et
 factus sum Iudæis vt Iudæus, vt Iudæos lucrif-
 faciam: iis qui sub Lege sunt, vt si essem sub
 Lege, vt eos qui sub Lege sunt, lucrifaciam:
 21 Ex legibus vt exlex (ita tamen vt non sim exlex
 Deo, sed sublex Christo) vt lucrifaciam exle-
 22 ges. Factus sum infirmis vt infirmus, vt in-
 firmos lucrificā. omnibus factus sum omnia,
 23 vt omnino aliquos seruem. Hoc autem fa-
 cio propter Euangelium, vt vnā particeps e-
 24 ius fiam. An ignoratis, eos qui in stadio cur-
 runt, omnes quidem currere, sed vnum acci-
 pere præmium? sic currite vt comprehendatis.
 25 Porro quisquis certat, in omnibus est conti-
 nēs. Illi quidem igitur vt perituram coronam
 accipiant, sunt continentes: nos autem, vt in-
 26 corruptā. Ego igitur ita curro vt nō in incer-
 tum: sic pugilem ago vt aerem non cadens.
 27 Sed cōtundo corpus meum, & in seruitutem
 redigo

redigo: nequo modo, quum aliis prædicarim,
ipse reprobus fiam.

CAPVT X.

1. Si Deus Iudæis non pepercit, neque iis pareat qui
bus fors est æqualis 3. 4. in tessera externis suæ gra-
tiæ. 1. 4. Itaque absurdum esse participes fieri mensæ dæ-
moniorum eos qui Cænæ Domini communicant. 2. 4.
& qui in rebus mediis rationem proximi non habent.

Exod. 13. 21
Num. 9. 18
Exod. 14. 22
Exod. 16. 48
Exod. 17. 6
Num. 20. 10,
& 21. 16.
Num. 26. 55
Num. 11. 4,
& 26. 64
Psal. 106. 14
Exod. 32. 6
Num. 25. 9
Num. 21. 6
Psal. 106. 14
Num. 14. 37
Iudic. 8. 24

Nolim autem vos ignorare fratres, ¹Patres
nostros omnes sub illa nube fuisse, ²& om-
nes per mare transiisse: Et ³omnes in Mo-
sen baptizatos esse nube & mari: Et omnes
eandem escam spiritualem edisse: ⁴Et omnes
eundem potum spiritualem bibisse. Bibebat enim
ex sequente spirituali Petra: Petra verò erat
Christus. Sed plerosque illorum non appro-
bavit Deus. ⁵prostrati sunt enim in deserto.
Hæc autem typi nostri fuerunt, ut ne concu-
piscamus res malas, ⁶sicut illi concupierunt.
Ne igitur idololatæ estote, sicut quidam eo-
rum, ut scriptum est, ⁷Sedit populus ad eden-
dum, & surrexerunt ad ludendum. Neque
scortemur, ⁸sicut quidam eorum scortati sunt,
& ceciderunt vno die vigintitria millia. Neque
tentemus Christum, ⁹sicut quidam eorum tentarunt
& à serpētibus perierunt. ¹⁰Neque murmurate, si-
cut quidam eorum murmurarunt, & perierunt ab Ex-
terminatore. Hæc autem omnia typicè eueniebant
eis: scripta verò sunt ad nostri admonitionem,
in quos fines seculorum occurrerunt. Ita-
que qui sibi videtur stare, videat ne cadat.
Tentatio vos non cepit, nisi humana. ¹¹fidelis
autem est Deus, qui non sinet vos tentari su-
pra

praid quod potestis, sed præstabit vnâ cum
tentatione etiam euasione, vt possitis sufferre.

14 Quapropter dilecti mei, fugite ab idololatria.

15 Vt peritis loquor: iudicate vos quod aio. Po-

16 culum benedictionis cui benedicimus, nonne
communio sanguinis Christi est? panis quem

frangimus, nonne communio corporis Chri-

17 sti est? Quoniam vnus panis, vnum corpus
multi sumus: nam omnes vnus panis sumus

18 participes. Videte Israellem qui est secundû
carnem: nonne qui edunt victimas, partici-

19 pes sunt altaris? Quid ergo dico? idolum ali-

quid esse, aut quod idolis immolatum est, ali-

20 quid esse? Imò illud dico, quæ immolant
Gentes, dæmoniis immolare, & non Deo. no-

lim autem vos participes dæmoniorum esse.
21 Non potestis poculum Domini bibere, & po-

culum dæmoniorum: non potestis mensæ Do-

mini participes esse, & mensæ dæmoniorum.
22 Nonne prouocamus ad iram Dominum? num

23 validiores eo sumus? ^{Omnia mihi licent, at Supr. 6. 13.}
non omnia conferunt: omnia mihi licent, sed ^{Ecclesi. 37. 31}

24 non omnia ædificant. Nemo quod suum est

25 quærat, sed quisque quod alterius est. Quic-

quid in macello venditur, edite, nihil interro-

26 gantes propter conscientiam. ^{Domini enim Psal. 24. 1}

27 est terra & plenitudo eius. Quod si quis in-

28 fidelium vos vocat, & vultis ire, quicquid ap-

ponitur vobis, edite, nihil interrogantes pro-

29 pter conscientiam. At si quis vobis dixerit,
Hoc idolis mactatum est, ne edite: propter illû
qui indicauit, & propter conscientiam. Domi-

ni enim est terra & plenitudo eius. Consci-

entiam autem dico non tuam, sed illius alte-

rius.

Coloss. 1. 7

rius: cur enim libertas mea damnatur ab alia conscientia? Et si ego per gratiam cibum 30 participo, cur ob id impius iudicor pro quo ego gratias ago? ² Siue igitur editis, siue bibitis, siue quid facitis, omnia in gloria Dei facite. Estote sine offendiculo & Iudæis & ³² Græcis, & Ecclesiæ Dei. Sicut & ego per omnia omnibus placeo, non quarens meam ³³ ipsius utilitatem, sed multorum, ut feruentur.

CAPVT XL

¹ Notat Corinthios quod in sacris cætibus, ⁴ viri orrent velatis capitibus: ⁶ mulieres vero retereis. ¹⁷ In summa, quod in petus conuenirent. ²¹ & profana symposia permiscerent epulo sacro Cœnæ Domini: ²³ quæ ad primam Christi institutionem exigit.

1. Theff. 3. 9

Ephes. 5. 23

Genes. 1. 26,

27, & 5. 3.

5, 6

Col. 3. 10

IMitatores ² mei estote, sicut ego Christi. ¹ Laudo verò vos, fratres, quod omnia mea ² meministis, & sicut tradidi vobis, traditiones retinetis. Velim autem vos nosse ³ Christum esse omnis viri caput: caput autem mulieris, virum: caput verò Christi, Deum. Omnis ⁴ vir orans aut prophetans operto capite, dedecorat caput suum. Omnis verò mulier ⁵ orans aut prophetans non operto capite, dedecorat caput suum: nam id vnum ac idem est ac si rasa esset. Nam si non velatur mulier, ⁶ etiam tondeatur: quod si turpe mulieri tonderi aut radi, veletur. Vir enim non debet ⁷ velare caput, quum is imago sit & gloria Dei: at mulier gloria viri est. Non enim ⁸ est vir ex muliere, sed mulier ex viro. ⁹ Neque enim conditus est vir propter mulierem, sed

20 sed mulier propter virum. Propter hoc de-
 bet mulier potestatem habere in capite, pro-
 21 pter Angelos. Attamen neque vir absque
 muliere, neque mulier absque viro, in Domi-
 22 no. ^{Gen. 2. 22} Sicut enim mulier ex viro est, ita & vir
 23 per mulierem: omnia verò ex Deo. Apud
 vos ipsos iudicate, Num decorum est mulie-
 24 rem non velatam Deum orare? An ne natu-
 ra quidem ipsa hoc vos docet, quod viro qui-
 25 dem comatum esse dedecori sit? Contrà, mu-
 lieri comatam esse, gloriæ sit? Nam comati-
 26 pro velamine data est ei. Quod si quis vide-
 tur contentiosus esse, nos eiusmodi consue-
 tudinem non habemus, neque Ecclesiæ Dei.
 27 Hoc verò ita denuntio ut vos non laudem,
 quòd videlicet non cum emolumento, sed
 28 cum detrimento convenitis. Primum e-
 nim quum convenitis in Ecclesia, audio dis-
 29 fidiã inter vos esse: & aliquam partem cre-
 do. Oportet enim etiam hæreses inter vos
 30 esse, ut qui probati sunt, manifesti fiant in-
 ter vos. Itaque quum convenitis in unum,
 31 hoc nõ est Dominicam cenã edere. Nam v-
 num quisque propriam cenam præoccupat in-
 vescendo: & hic quidem esurit, ille verò ebrius
 32 est. Enimverò num domos non habetis ad e-
 dendum & bibendum? aut Ecclesiam Dei con-
 temnitis, & pudefacitis eos qui non habent?
 Quid vobis dicam? laudabo vos? in hoc nõ laudo.
 33 Ego enim accepi à Domino quod & tradidi vo-
 bis, Dominum Iesum videlicet ea nocte qua
 34 proditus est, accepisse panem: ^{Matth. 26. 26} Et gratias a-
 gis, ^{Mar. 14. 22} Accipite, edite: hoc me-
 um est corpus quod pro vobis frangitur: hoc
 facite, ^{Luc. 22. 19}

Ioh. 5. 55

2. Cor. 13. 5

facite ad mei recordationē. Itidem & poculum, postquam cœnasset, dicendo, Hoc poculum, est Nouum illud testamentum per meū sanguinem: hoc facite quotiescunque biberitis, ad mei recordationem. Quotiescunque enim ederitis panem hunc & poculum hoc biberitis, mortem Domini annuntiatis vsquoquo venerit. Itaque quisquis ederit panem hunc, aut biberit hoc poculum Domini indignè, reus tenebitur corporis & sanguinis Domini. Probet autem quisque seipsum, & ita de pane illo edat, & de poculo illo bibat. Nam qui edit & bibit indignè, damnationem sibi ipsi edit & bibit, non discernens corpus Domini. Propterea inter vos multi sunt debiles & inualidi, & dormiunt multi. Etenim si nos ipsos diiudicaremus, non puniremur. Sed quum punimur, à domino erudimur, ne cum mundo condemnemur. Itaque, fratres mei, quum conuenitis ad vescendum, aliud alium expectate. Quòd si quis esurit, domo dat: ne ad condemnationem conueniatis. Reliqua verò quum venero, constituam.

CAPVT XII.

1. Vt a contentione & superbia Corinthios auocet, dicat spiritualia dona ideo varia conferri, 7 vt mutuo collata 12 coalescamus ea symmetria in vnum Christi corpus, 20 quemadmodum membra in bonum corporis humani coalescunt.

PORRò de spiritualibus donis, fratres, nolim vos in ignorantia versari. Scitis vos gentes fuisse qui ad idola illa muta, prout rapit contigisset abripiebamini. Quapropter notum

rum vobis facio, nullum per Spiritum Dei lo- Mar. 6. 39
 quentem, dicere Iesum anathema: & neminem Supr. 8. 6
 posse dicere Iesum Dominum, nisi per Spiritum Iohan. 13. 12
 sanctum. Discrimina autem donorum sunt, Philip. 2. 10
 sed idem Spiritus: Et discrimina ministeriorū
 sunt, sed idem Dominus: Et discrimina facul-
 tatum sunt, sed idem est Deus, efficiens eas o-
 mnes in quibusuis. Vnicuique verò datur de-
 claratio Spiritus ad vtilitatē. Nam huic qui-
 dem per Spiritum datur sermo sapientiæ, alij
 verò sermo cognitionis per eundem Spiritum:
 Alij verò fides, per eundem Spiritum, alij verò
 dona sanationum, per eundem Spiritum: A-
 lij verò facultates edendarum virtutum, alij ve-
 rò prophetia, alij verò discretionēs spirituum,
 alij verò genera linguarum, alij verò interpre- Rom. 12. 3
 tatio linguarum. Sed omnia hæc efficit vnus Ephes. 4. 2
 ille & idem Spiritus, distribuens priuatim illa
 singulis sicut vult. Sicut enim corpus vnum
 est, & membra habet multa, omnia verò mem-
 bra corporis vnus, multa quum sint, vnū sunt
 corpus: ita & Christus. Etenim per vnum Spi-
 ritum nos omnes in vnum corpus baptizati su-
 mus: siue Iudæi, siue Græci, siue serui, siue libe-
 ri: & omnes vna portione potati sumus in vnum
 Spiritum. Etenim corpus nō est vnum mem-
 brum, sed multa. Si dicat pes, Quia non sum
 manus, non sum ex corpore: num ob id nō est
 ex corpore? Et si dicat auris, Quia non sum
 oculus, non sum ex corpore: num ob id non est
 ex corpore? Si totum corpus oculus, vbi au-
 ditus? si totum auditus, vbi odoratus? Nunc
 autem Deus collocavit membra, singula si-
 gillatim in corpore, sicut voluit. Quod si
 essent

essent omnia vnum membrum, vbi corpus?
 Nunc verò multa quidem membra sunt, v-¹⁰
 num verò corpus. Non potest autem o-²¹
 culus dicere manui, Non est mihi opus te:
 aut rursus caput pedibus, Non est mihi vo-
 bis opus. Imò multo potius, quæ videntur²²
 membra corporis infirmissima esse, necessa-
 ria sunt: Et quæ putamus membra corpo-²³
 ris maximè esse inhonesta, iis honorem am-
 pliorem circumponimus: & quæ sunt in no-
 bis indecora, copiosiore decorem habent.
 Nam quæ sunt in nobis decora, iis decore non²⁴
 est opus: sed Deus simul temperavit corpus,
 ei cui deerat, copiosiore tributo honore: Vt²⁵
 nè sit dissidium in corpore, sed membra idem
 curent alia pro aliis. Itaque siue patitur v-²⁶
 num membrum, simul dolent omnia mem-
 bra: siue honore afficitur vnum membrum,
 simul gaudent omnia membra. Vos autem²⁷
 estis corpus Christi, & membra ex parte. Et²⁸
 alios quidem constituit Deus in Ecclesia, pri-
 mum Apostolos, deinde Prophetas, tertio
 doctores, deinde constituit potestates, deinde
 dona sanationum, opitulationes, guberna-
 tiones, genera linguarum. Num omnes, A-²⁹
 postoli? num omnes Prophetæ? num omnes
 Doctores? num omnes sunt potestates? Num³⁰
 omnes donum habent sanationum? num om-
 nes linguis loquuntur? num omnes inter-
 pretantur? Sed ambite dona potiora. Et por-³¹
 rò iter ad excellentiam vobis indicabo.

Ephes. 4. 11

CAPVT XIII.

1. Monet nullam tam eximia esse dona, quæ non vicietur

in coram Deo, si absit Charitas: 4 ideoque in eius
 laudes disceditur.

1 **S**I linguis hominum loquar & Angelorum,
 2 charitatem autem non habeam, factus sum
 3 as resonans aut cymbalum tinniens. Et si
 4 habeam prophetiam, & nouerim mysteria o-
 5 mnia, omnemque scientiam: & si habeam to-
 6 tam fidem, adeo ut montes transferam, cha-
 7 ritatem autem non habeam, nihil sum. Et si
 8 infumam alendis egenis omnes facultates
 9 meas, & si tradam corpus meum ut combu-
 10 rar, charitatem autem non habeam, hoc ni-
 11 hil mihi prodest. Charitas patiens est, co-
 12 mis est: charitas non inuidet: charitas non a-
 13 git perperam, non inflatur: Non agit inde-
 14 core, non querit quae sua sunt, non irrita-
 15 rur, non cogitat malum. Non gaudet in-
 16 iustitia, gratulatur autem veritati: Omnia
 17 suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia
 18 sustinet. Charitas nunquam excidit: sed &
 19 prophetiae abolebuntur, & linguae cessabunt,
 20 & cognitio abolebitur. Ex parte enim cog-
 21 noscimus, & ex parte prophetamus: Post-
 22 quam autem aduenerit quod perfectum est,
 23 tunc quod ex parte est abolebitur. Quum
 24 essem infans, ut infans loquebar, ut infans co-
 25 gitabam, ut infans sentiebam: postquam au-
 26 tem factus sum vir, aboleui quae infantis e-
 27 rant. Cernimus enim nunc per speculum
 28 & per aenigma, tunc autem coram cernemus
 29 nunc cognosco ex parte, tunc vero cognoscam
 30 prout edoctus fuero. Nunc vero manet fides,
 31 spes, charitas, tria haec: maxima autem ha-
 32 rum charitas.

Matth 17:20

1. Commendat donum prophetiæ: 7 & comparatione
a musicis instrumentis sumpta, 12 verum interpretandis
Scripturas vsum docet. 17 abusum tollit: 34 ac vetat
ne mulieres publice doceant.

Sectamini charitatem, ambite autem spiritua-
lia, magis tamen vt prophetetis. Nam qui
loquitur lingua, non hominibus loquitur, sed
Deo. nullus enim audit, spiritu verò loquitur
mysteria. Qui autem prophetat, hominibus
loquitur ædificationem, & exhortationem, &
consolationem. Qui loquitur lingua, seipsum
ædificat: qui verò prophetat, Ecclesiam ædificat.
Velim autem omnes vos loqui linguis, magis
tamen vt prophetetis. maior enim est qui pro-
phetat quàm qui loquitur linguis, nisi si inter-
pretetur, vt Ecclesia ædificationem accipiat.
Nunc verò, fratres, si veniam ad vos linguis lo-
quens, quid vos iuuabo, nisi vobis loquar aut
per reuelationem, aut per cognitionem, aut per
prophetiam, aut per doctrinam? Atqui inani-
ma quæ sonum edunt, siue tibia sit, siue cithara,
nisi distinctionem tonis dederint, quomodo
cognoscetur quod tibia canitur aut cithara?
Etenim si incertum sonum tuba dederit, quis
apparabitur ad bellum? Ita & vos nisi per lin-
guam bene significantem sermonem edideritis,
quomodo intelligetur quod dicitur? eritis e-
nim in aërem loquentes. Tot, prout incide-
rit, genera vocum sunt in mundo, & nihil est
mutum. Nisi igitur sciero vim vocis, ero ei qui
loquitur barbarus: & qui loquitur, apud me bar-
barus fuerit. Ita & vos, quando quidem spiri-
tus ambitis, ad ædificationem Ecclesiæ quaeri-
te vt

13 te ut excellatis. Quapropter qui loquitur lin-
 14 gua, precetur ut interpretetur. Nā si precer lin-
 15 gua, spiritus meus precatur, sed intelligentia
 16 mea est infructuosa. Quid est igitur? precabor
 17 spiritu, sed precabor etiam intelligentia: psallam
 18 spiritu, sed psallam etiam intelligentia. Quan-
 19 doquidem si benedixeris spiritu, is qui implet
 20 locum idiotæ, quomodo dicturus est Amen ad
 21 tuam gratiarum actionem? nam quid dicas ne-
 22 scit. Nam tu quidem bene gratias agis, sed a-
 23 lius non ædificatur. Gratias ago Deo meo,
 24 quòd magis quàm vos omnes linguis loquar.
 25 Sed in Ecclesia malim quinque verba ex intelli-
 26 gentia mea loqui, ut & alios instituam, quàm
 27 decem millia verborum lingua. Fratres, nec- Mat. 18. 9
 28 stote pueri intelligentia: sed malitia pueri, in-
 29 telligentia verò adulti estote. In Lege scriptū
 30 est, Propterea per diuersæ linguæ homines & Esa. 28. 12
 31 alia labra loquar populo huic, & ita quoq; me
 32 non audient, dicit Dominus. Linguæ igitur
 33 sunt signum non iis qui credunt, sed infideli-
 34 bus: prophetia verò non infidelibus, sed creden-
 35 tibus. Itaque si eòdem conuenerit tota Eccle-
 36 sia, & omnes linguis loquantur, ingrediantur
 37 autem idiotæ vel infideles, nonne dicent vos fu-
 38 rere? Sed si omnes prophetent, ingrediatur au-
 39 tem infidelis quispiam aut idiota, arguitur ab
 40 omnibus, diiudicatur ab omnibus: Et ita oc-
 41 culta cordis eius manifesta fiunt: atque ita pro-
 42 cidens in faciem, adorabit Deum, renuntians
 43 Deum verè in vobis esse. Quid igitur est, fra-
 44 tres? quoties conuenitis, quisque vestrū can-
 45 ticum habet, doctrinam habet, linguam habet,
 46 reuelationem habet, interpretationem habet.

omnia ad ædificationem fiant: Siue linguar²⁷
 quis loquitur, fiat per binos, aut ad plurimū
 ternos, & vicissim: vnus autem interpretetur.
 Quod si non sit interpret, taceat in Ecclesia qui²⁸
 loquitur lingua: sibi ipsi verò loquatur & Deo.
 Prophetae autem duo aut tres loquantur, &²⁹
 alij diiudicent. Quod si quid alij patefactū³⁰
 fuerit assidenti, prior taceat. Potestis enim³¹
 sigillatim omnes prophetare, vt omnes discant,
 & omnes consolationem accipiant. Et spi-³²
 ritus Prophetarum Prophetis subiiciuntur.
 Non enim est seditionis author Deus, sed pa-³³
 cis, vt in omnibus Ecclesiis sanctorum. ^{Mu-}³⁴
 lieres vestrae in conuentibus sileant: nec enim
 permittuntur eis vt loquantur, sed imperatur
 vt subditæ sint, ^{sicut & Lex dicit.} Quod si³⁵
 quid discere volunt, domi suos viros interro-
 gent. nam turpe est mulieribus in conuentu
 loqui. An à vobis sermo Dei profectus est³⁶
 an ad vos solos deuenit? Siquis videatur Pro-³⁷
 pheta esse, aut spiritualis, agnoscat, quæ scri-
 bo vobis, esse Domini mandata. Qui verò i-³⁸
 gnarus est, ignarus esto. Itaque fratres, hoc³⁹
 ambite vt prophetetis, & loqui linguis ne pro-
 hibete. Omnia vero decenter & ordine fiant.⁴⁰

1. Tim. 2. 12

Gen. 3. 16

CAPVT XV.

1. Cum essent apud Cor. qui corporum resurrectionem
 in dubium vocarent, 13 postquam eius necessitatem
 validis argumentis comprobauerit, 23 rationem etiam
 35 & modum subiungit.

Gal. 1. 12

Ecce ¹porro vobis declaro, fratres, Euange-
 lium quod euangelizaui vobis, quod & ac-
 cepistis, in quo etiam statis, Per quod etiam, 2
 si retineris quo sermone vobis euangelizaue-
 rim,

3 rim, seruamini nisi si frustra credidistis. Tra-
 didi enim vobis in primis quod & acceperam,
 Christum videlicet mortuum esse pro pecca-
 4 tis nostris, secundum Scripturas, ^{Est. 53. 56} Et sepul-
 tum fuisse, & excitatum tertio die, secundum ^{Pet. 2. 24}
 5 Scriptura: ^{on 2. 1.} Et visum fuisse Cephae: deinde
 6 duodecim illis. ^{Iohan. 21. 19} Postea visus est amplius
 quam quingentis fratribus semel: ex quibus
 plerique manent vsque adhuc, quidam autem
 7 obdormierunt. Postea visus est Iacobo, dein- ^{Act. 9. 4}
 8 de Apostolis omnibus, ^{Rom. 9. 3} Ultimo vero omni-
 9 um, velut abortiuo, visus est etiam mihi. ^{Ephes. 3. 8} E-
 go enim sum minimus Apostolorum, qui non ^{Ephes. 3. 7}
 sum dignus vocari Apostolus, propterea quod
 10 persequutus sum Ecclesiam Dei. Sed gratia
 Dei sum id quod sum: & gratia eius erga me
 non fuit inanis, sed amplius quam illi omnes
 laboraui: non ego tamen, sed gratia Dei quae
 11 mecum est. Ego igitur & illi ita praedica-
 12 mus, & ita credidistis. Quod si Christus pre-
 dicatur ex mortuis excitatus esse, quomodo
 dicunt quidam inter vos, non esse resurrectio-
 13 nem mortuorum? Nam si resurrectio mortu-
 orum non est, Christus quoque non est excitatus.
 14 Quod si Christus non est excitatus, inanis vi-
 delicet est praedicationis nostra, inanis autem est etiam
 15 fides vestra: Reperimur autem etiam falsi testes
 Dei: quoniam de Deo testificati sumus, eum exci-
 tasse Christum, quem non excitauit, si videlicet
 16 mortui non excitantur. Nam si mortui non excita-
 17 tur, Christus quoque non est excitatus: Quod si
 Christus non est excitatus, inanis est fides ve-
 18 stra: adhuc estis in peccatis vestris. Nepe & qui
 19 obdormierunt in Christo, pierunt. Si in hac solus
 vita

Coloss. 1. 18
Apo. 1. 5

1. Theff. 4. 15

Pfal. 110. 1

Act. 2. 34

Heb. 1. 13, &

10. 13

Pfal. 8. 7

Heb. 2. 8

Esa. 22. 13

Sap. 2. 6

vita speramus in Christum, miserimi omnium
hominum sumus. Nunc autem Christus ex-¹⁹
citatus est ex mortuis: & primitiæ eorum qui
obdormierunt factus est. Quia enim per homi-²¹
nem mors, per hominem quoque resurrectio
mortuorum. Sicut enim in Adam omnes mo-²²
riuntur, ita & in Christo omnes viuificabun-
tur. ²³ Vnusquisque autem suo ordine: primi-
tiæ Christus, postea qui sunt Christi, in aduen-
tu ipsius. Deinde erit finis, quum tradiderit ²⁴
regnum Deo ac Patri: quum aboleuerit omne
imperium, & omnem potentiam & virtutem.
Nam oportet eum regnare ²⁵ vsquequo omnes
inimicos subiecerit pedibus eius. Vltimus au-²⁶
tem hostis aboletur mors. ²⁷ Nam omnia sub-
iecit sub pedes eius. Quum autem dicit omnia
esse ei subiecta, palam est hoc dici excepto eo
qui subiecit ei omnia. Postquam verò subie-²⁸
cta fuerint ei omnia, tunc & ipse Filius subii-
cietur ei qui subiecit ipsi omnia, vt Deus sit om-
nia in omnibus. Alioqui quid facient qui ²⁹
baptizantur pro mortuis, si omnino mortui nō
excitantur? & cur baptizantur pro mortuis?
Et cur nos periclitamur omni momento? In ³⁰
dies morior, per gloriationem vestram quam
habeo in Christo Iesu Domino nostro. Si se-³¹
cundum hominem aduersus bestias pugnaui
Ephesi, quæ mihi utilitas si mortui non exci-³²
tantur? Edamus & bibamus: cras enim mori-
mur. Ne errate. Mores bonos cōmercia cor-³³
rumpunt mala. Euigilate iustè, & ne pecca-³⁴
re: quidā enim Deū non norunt ad pudorē vo-
bi incutiendū loquor. At dicet aliquis, Quo-³⁵
modo suscitatur mortui? quali aut corpore pro-
deunt?

36 deunt? Demēs, quod tu feminas, nō viuifcit, nisi
 37 mortuū fuerit. Et quod feminas, non corpus
 oriturum feminas, sed nudum granum, prout
 incidit, tritici aut alicuius ex reliquis granis.
 38 Sed Deus ei dat corpus, vt voluit, & singulis se-
 39 minibus suum corpus. Non omnis caro, ca-
 dem caro: sed alia quidem caro hominum, alia
 verò caro pecorum, alia verò piscium, alia verò
 40 volucrium. Et sunt corpora caelestia, & sunt
 corpora terrestria: sed alia quidem caelestium
 41 gloria, alia verò terrestrium. Alia gloria solis,
 & alia gloria luna, & alia gloria stellarum: stella
 42 enim à stella differt in gloria: Ita & resurrectio
 mortuorum seminatur corpus corruptioni ob-
 43 noxium, exaltatur incorruptum: Seminatur
 ignominiosum, excitatur gloriosum: semina-
 44 tur infirmum, excitatur potens. Seminatur
 corpus animale, excitatur corpus spirituale. est
 45 corpus animale, & est corpus spirituale. ^{Ita et. Gen. 2. 7}
 iam scriptum est, Factus est prior homo Adam
 animal viuens: posterior autem Adam factus est
 46 spiritus viuificus. At spirituale non est prius,
 47 sed animale: deinde spirituale. Primus homo
 è terra, terrenus: secundus homo, ipse Dominus
 48 è caelo. Qualis terrenus ille, tales & qui terre-
 reni sunt: & qualis ille caelestis, tales & qui cae-
 49 lestes sunt. Et sicut gestauimus imaginem ter-
 50 reni, gestabimus etiam imaginem caelestis. Hoc
 autem dico, fratres, carnem & sanguinem non
 posse regni Dei hereditatem consequi, neque
 corruptionem consequi incorruptæ naturæ he-
 51 reditatem. Ecce mysterium vobis dico, Non
 omnes quidem obdormiemus, sed omnes muta-
 52 bimur. Momento & iactu oculi, ^{ad ultimam}
Matth. 24. 31
1. Thess. 4. 16

tubam (canet enim tuba) & mortui suscitabuntur incorrupti, & nos mutabimur. Oportet enim hoc corruptioni obnoxium induere incorruptam naturam, & mortale hoc induere immortalitatem. Quum autem hoc corruptioni obnoxium induerit in orituram naturam, & mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet illud quod scriptum est, Absorptus est mors ad victoriam. Vbi tua, o mors, victoria? Vbi tuus, o sepulchrum, stimulus? Stimulus vero mortis est peccatum; vis autem peccati, Lex. Sed Deo sit gratia, qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Iesum Christum. Itaque fratres mei dilecti, firmi estote, immoti, abundantes in opere Domini semper, quum sciatis laborem vestrum non esse inane in Domino.

1 Cor. 13. 24
Heb. 2. 24

1 Iohan. 5. 5

CAPVT XVI

1. Hortatur ut fratrum Hierosolymitanorum inopiam succurrant. 10. Deinde Timotheum commendat, 13. & amica exhortatione 19. deinde salutationibus Epistolam claudit.

Porro de collecta in sanctos, quemadmodum constituit Ecclesijs Galatiarum, ita & vos facite. Primo quodque die hebdomadis unusquisque vestrum apud se reponat, recondens quod pro Dei benignitate licuerit: ne, quum venero, tunc collectae fiant. Postquam autem accessero, quoscumque probaueritis per epistolas, hos mitram, ut perferant beneficentiam vestram in Hierusalem. Quod si res digna fuerit, ut & ipse proficiscar, mecum proficiscentur. Veniam autem ad vos quum Macedoniam transiero. (Macedoniam enim pertransibo.) Apud vos autem

autem fortasse permanebo, aut etiã hybernabo:
 ut vos me prosequamini quocunq; proficiſcat.
 7 Nolo enim vos nunc in tranſcurſu videre:
 ſed ſpero temporis aliquantum manſurum me
 8 apud vos, ſi Dominus permiferit. Permane-
 9 bo autem Ephēſi uſque ad Pentecoſten. Nam
 oſtium mihi apertum eſt magnum & efficac, &
 10 aduerſarij multi. Quod ſi venerit Timothe-
 us, videte, ut rurò ſit apud vos. opus enim Domi-
 11 ni operatur, ut & ego. Nequis igitur illum
 pro nihilo habeat: ſed proſequimini eum cum
 pace, ut veniat ad me: expeſto enim eum cum
 12 fratribus. Porò de Apollo fratre, multum
 precatus ſum eum, ut iret ad vos cum fratribus:
 ſed omnino non fuit ei voluntas nunc eundi:
 venturus eſt autem quum tempus opportu-
 13 num habuerit. Vigilate, ſtate in fide, virili-
 14 ter agite, eſtote fortes. Omnia veſtra cum cha-
 15 ritate ſiant. Precor autem vos, fratres, noſtis
 familiam Stephanæ eſſe primitias Achaia, & ſe-
 16 ſe in miniſterium ſanctis addiſſe: Ut & vos
 ſubijciamini talibus, & omnibus operam ſu-
 17 am conferentibus & laborantibus. Gaudeo
 verò de aduentu Stephanæ & Fortunati & A-
 18 chaici, quoniam abſentiam veſtram hi ſupple-
 verunt. Refecerunt enim Spiritum meum ac
 19 veſtrum. Agnoſcite itaque qui ſunt huiusmo-
 di. Salutant vos Eccleſiæ Aſia. Salutant vos
 in Domino multum Aquila & Prifcilla, cum
 20 Eccleſia quæ eſt domi ipſorum. Salutant vos
 fratres omnes. ² Salutate alij alios oſculo Rom. 16. 16
 21 ſancto. Salutatio manu mea Pauli. Siquis ² Cor. 13. 12
 22 non amat Dominum Ieſum Chriſtum, ſit ¹ Pet. 5. 14
 23 anathema, maran, atha. Gratia Domini Ieſu
 Chriſti

Christi sit vobiscum. Charitas mea cum omni-
bus vobis in Christo Iesu, Amen.

Ad Corinthios prior, missa fuit Philippis
per Stephanam & Fortunatum &
Achaicum & Timo-
theum.

EPISTOLA PAULI
APOSTOLI AD CORIN-
THIOS POSTERIOR.

CAPVT I.

1. A laude afflictionum auspicatur. 8. exponens quid
in Asia perulerit 10. & quam dexter affulserit Deus.
17. Addit nulla leuitate id factum esse, quod non vene-
rit, uti fuerat pollicus.

PAVLVVS Apostolus Iesu Christi per Dei
voluntatem & Timotheus frater, Eccle-
sia Dei quæ est Corinthi, vnâ cum sanctis
omnibus qui sunt in tota Achaia. Gratia sit
vobis, & pax à Deo Patre nostro, & Domino Ie-
su Christo. 2. Benedictus Deus ac Pater Domi-
ni nostri Iesu Christi, Pater inquam ille miseri-
cordiarum: & Deus omnis consolationis au-
tor. Consolans nos in omni oppressione no-
stra, ut possimus positos in quauis oppressione
consolari, ea ipsa consolatione qua nos ipsos
Deus consolatur. Nam sicut abundant per-
pressiones Christi in nobis: ita per Christum
abundat etiam consolatio nostra. Siue autem
premur, id sit pro vestra consolatione ac sa-
lute, quæ efficitur in tolerantia earundem per-
pressio.

Ephes. 3
11. 1. 3

6 persionum quibus & nos afficimur: siue con-
 7 solationem accipimus, id fit pro vestra consola-
 8 tione ac salute: & spes nostra firma est de vobis:
 9 Quod sciamus vos, sicut socij estis persionum,
 10 ita etiam socios fore consolationis. Non enim
 11 volumus vos ignorare, fratres, de oppressione
 12 nostra, qua nobis euenit in Asia, nos summè
 13 grauatos fuisse supra vires, adeò vt profus ani-
 14 mi penderemus, etiam quod ad vitam. Sed ipsi
 15 apud nos decretum mortis habuimus, ne confi-
 16 deremus in nobisipfis, sed in Deo qui mortuos
 17 excitat: Quique ex tanta morte liberauit, & li-
 18 berat: in quo speramus nos adhuc etiam libera-
 19 tum iri: Rom. 15. 30 Vobis etiam vnà pro nobis operam
 20 conferentibus ad deprecandum, vt donum ex
 21 multis personis in nos collatum, per multos ce-
 22 lebretur gratiarum actione pro nobis. Nam
 23 gloriatio nostra hæc est, testimonium, videlicet
 24 conscientia nostra, quod cum simplicitate &
 25 sinceritate Dei, non cum sapientia carnali, sed
 26 cum gratia Dei versati sumus in mundo, potis-
 27 simùm autem apud vos. Non enim alia scribi-
 28 mus vobis quàm quæ legitis aut etiam agnosci-
 29 tis. Spero autem vos etiam ad extremum agni-
 30 turos. Sicut & aliquatenus agnouistis nos glo-
 31 riationem vestram esse, quemadmodum & vos
 32 nostra estis, in diem Domini Iesu. Itaque hæc
 33 fiducia priùs volui ad vos venire, vt secundam
 34 gratiam haberetis: Et per vos transire in Ma-
 35 cedoniam, & rursus à Macedonia venire ad
 36 vos, & à vobis deduci in Iudæam. Hoc igitur
 37 quum deliberarem, nunquid leuitate sum usus?
 38 aut num quæ delibero, secundum carnem deli-
 39 bero, vt fit apud me Etiam & Non? Imò fidelis
 40 Deus

Deus nouit sermonem nostrum apud vos non fuisse, Etiam & Non. Nam Dei Filius Iesus Christus, qui inter vos per nos prædicatus est, id est, per me & Syluannum ac Timotheum, non fuit Etiam & Non, sed fuit Etiam in ipso. (Quot enim sunt promissiones Dei, in ipso sunt Etiam, & in ipso sunt Amen) ad Dei gloriam per nos. Porro qui nos confirmat uobiscum in Christum, & qui uixit nos, Deus est. Qui etiam ob signauit nos, deditque arrhabonem Spiritus in cordibus nostris. Ego uero testem Deum in uoco in animam meam, me idcirco nondum uenisse Corinthum, ut uobis parcam. Non quod do- minemur uestræ fidei, sed quod administri sumus gaudij uestri. nam fide statis.

CAPVT II.

1. Excusans se quod non uenerit. 2. Ciam illos taxat
4. & communem sympathiam ostendit. 5. ut nequeat
nisi ipsis hilaribus gaudere. 6. Moecho, quem Satanae
trahi præceperat, 7. resipiscenti uentam dari 8. obsecrat,
9. & professionis sue in Macedoniam meminit.

HOc autem mihi faciendum iudicaui, ne rursus ad uos cum tristitia ueniam. Nam si ego tristitia uos afficiam, quis est qui exhilaret me, nisi ipse qui tristitia afficitur ex me? Et hoc ipsum uobis scripsi, ne quum uenero, tristitiam capiam ex ijs de quibus oportebat me gaudere: confusus de uobis omnibus, meum gaudium, omnium uestrum gaudium esse. Nam ex multa oppressione & anxietate cordis scripsi uobis, per multas lacrymas: non ut tristitia afficiamini, sed ut cognoscatis charitatem quam habeo abundantissimam erga uos. Quod si quis tristitiam attulit, non mihi tristitiam attulit, sed quodam-
caus

6 genus (ne illum aggrauem) vobis omnibus.
 7 Sufficit istiusmodi homini ista obiurgatio à
 8 pluribus profecta, ⁶ Ut contritio potius vos ei
 9 condonetis, eumque consolamini, ne quo modo
 10 redundante tristitia absorbeatur vitæ huiusmo-
 11 di. Quapropter precor vos, vt ratam faciatis
 12 in illum charitatem. Nam in hunc finem etiam
 13 scripsi, vt cognoscerem prebationem vestri, id
 14 est, an ad omnia obedientes sitis. Cui verò con-
 15 donatis, & ego condono. nam & ego siquid cõ-
 16 donauì, qui condonauì, propter vos id feci, in
 17 conspectu Christi, vt ne occupemur à Satana.
 18 Non enim illius machinationes ignoramus.
 19 Porro quum venissim. Troaden ad prædican-
 20 dum Euangelium Christi, etiam si ostium mihi
 21 apertum erat per Dominum, non habui relaxa-
 22 tionem in spiritu meo, eo quòd nõ inuenissim
 23 Titum fratrem meum: Sed quum illis valedi-
 24 xissim, abij in Macedoniam. Deo autem gra-
 25 tia, qui facit vt semper tristi hemus in Christo:
 26 & odorem notitiæ suæ manifestum facit per
 27 nos omni in loco. Nam Christi bona fragran-
 28 tia sumus Deo, in ijs qui seruantur, & in ijs
 29 qui pereunt: His quidem, odor mortis ad
 30 mortem: illis verò, odor vitæ ad vitam. & ad hæc
 31 quis idoneus? Non enim, vt plerique, caupo-
 32 namur sermonem Dei, sed vt ex sinceritate, sed
 33 vt ex Deo in conspectu Dei, de Christo loqui-
 34 mur. Infra 4. 2

CAPVT III.

1. Dicit se satis habiturum commendationis 3. quandiu
 in fide permanferim. 6. se ministrum non licet, sed
 Spiritus. 2. De crimen Legis & Euangelij exponit, 13.
 quod illius claritas magis perstrineat oculos quam illu-
 14 miner: 18. huius vero lux conspicuam Dei faciem exhibet.
 15 incipit

Incipimus rursus nos ipsos commédare? num
 egemus, vt nonnulli, commédaticijs epistolis
 apud vos, aut à vobis commendaticijs? Episto-
 la nostra vos estis, inscripta in cordibus nostris,
 quæ intelligitur & legitur ab omnibus homini-
 bus: Dum palàm sit vos esse epistolam Christi
 subministratam à nobis, inscriptam non atra-
 mento, sed Spiritu Dei viui: non in tabulis la-
 pideis, sed in carneis tabulis cordis. Fiduciam
 autem huiusmodi habemus per Christum apud
 Deum. Non quòd idonei simus ex nobisipsis
 ad cogitandum quicquam, velut ex nobisipsis
 sed quòd idonei sumus, id ex Deo est: Qui et-
 iam fecit, vt idonei essemus ministri noui Te-
 stamenti, non literæ, sed Spiritus. nam litera oc-
 cidit, Spiritus autem viuificat. Quòd si mor-
 tis ministerium literis informatum in saxis, fuit
 gloriosum, adè vt non possent intueri filij Isra-
 el in faciem Moïsis, propter gloriam vultus eius,
 quæ abolenda erat: Qui non potius ministe-
 rium Spiritus erit gloriosum? Nam si ministe-
 rium condemnationis fuit gloriosum, multo
 magis ministerium iustitiæ abundat gloria. Et
 enim quod glorificatum fuit, ne glorificatum
 quidem fuit hac in parte, id est, quod ad supe-
 rantem gloriam attinet. Nam si quod aboletur,
 fuit gloriosum, multo magis est gloriosum id
 quod manet. Itaque quum eiusmodi spem ha-
 beamus, multa in loquendo euidentia vtimur:
 Nec sumus sicut Moïses, qui imponebat vela-
 men faciei suæ, ne intuerentur filij Israel in fi-
 nem eius quod aboletur. Itaque occalluerunt
 mentes illorum. nam vsque ad diem hodiernum,
 in lectiõne Veteris testamenti manet non rete-
 ctum

tum velamen illud quod per Christum tolli-
 15 tur. Sed ad hunc vsq; diem quum legitur Mo-
 16 ses, velamen cordi eorum impositum est. Post-
 quam autem conuersum fuerit ad Dominum,
 17 tolletur velamen. ² Dominus verò, Spiritus il-
 le est: vbi autem Spiritus ille Domini, illic li-
 18 bertas. Nos autem omnes resecta facie gloriam
 Domini, vt in speculo intuentes, in eadem im-
 ginem transformamur ex gloria in gloriam, si-
 cut à Domini Spiritu.

Ioh. 4. 14

CAPVT III.

1. Recenset se adeo laborasse in prædicando Euan-
 glio, 4. vt a satana excæcati sint, qui illius splendorem
 ceruant, 7. prolatum in testaceis valculis 10. tot ar-
 rums obnoxiijs. 16. Itaque suo exemplo ad fortitudinem
 eos hortatur 17. ex contemptu præsentis vitæ.

1 **P**ropterea quum ministerium hoc habeamus
 prout misericordiam consequuti sumus, non
 2 segnescimus: Sed abdicauimus turpitudinis te-
 gumenta, non incedentes cum calliditate, ne-
 que falsantes sermonem Dei: sed declaratione
 veritatis commendantes nos ipsos apud omnem
 conscientiam hominum, in conspectu D E I.
 3 Quod si tectum est Euangelium nostrum, ijs
 4 qui pereunt tectum est. In quibus Deus huius
 seculi excæcauit mentes, id est, infidelibus, ne ir-
 radiet eos lumen Euangelij gloriæ Christi, qui
 5 est imago Dei. Non enim nos ipsos predicamus,
 sed Christum Iesum Dominum: nos autem ser-
 6 uos vestros propter Iesum. Quoniam Deus,
 7 qui dixit vt è tenebris lux splenderet, is est Gen. 1. 3
 qui splenduit in cordibus nostris, ad præbendū
 7 lumen cognitionis in facie Iesu Christi. Habe-
 E e mus

EPIS T. PAULI

CAP. II⁷ mus autem thesaurum hunc in testaceis vascu-
 lis, vt eius virtutis præstantia sit Dei, & non ex
 nobis: Dum in omnibus premimur, at non ⁸
 coarctamur: hæsitamus, at non profus hære-
 mus: Persequutionem patimur, sed in ea non ⁹
 deserimur: deiicimur, at nõ perimus: Quolibet ¹⁰
 mortificationem Domini Iesu in corpore cir-
 cumferentes, vt etiam vita illa Iesu in corpore
 nostro manifesta fiat. Semper enim nos qui vi- ¹¹
 uimus, morti tradimur propter Iesum, vt etiam
 vita Iesu manifesta fiat in mortali carne nostra.
 Itaque mors quidem in nobis agit, vita verò in ¹²
 vobis. Et quia habemus eundem Spiritum fidei, ¹³
 secundum illud quod scriptum est, ¹⁴ Credidi, &
 Psal. 116. 10 ideo loquutus sum: nos quoque credimus, quã-
 obrem etiam loquimur. Scientes fore, vt qui ¹⁴
 excitauit Dominum Iesum, nos quoque per Ie-
 sum excitet, & sistat vobiscum. Nam hæc o- ¹⁵
 mnia propter vos, vt gratia illa copiosissima,
 pluribus gratias agentibus, redundet in glori-
 am Dei. Propterea non segnescimus: sed ¹⁶
 etiam si externus homo noster corrumpitur,
 internus tamen renouatur quotidie. Momen- ¹⁷
 tanea enim leuitas oppressiõnis nostræ excel-
 lenter æternum pondus gloriæ conficit nobis:
 Dum non spectamus ea quæ cernuntur, sed ea ¹⁸
 quæ non cernuntur. nam quæ cernuntur, tem-
 poraria sunt: at quæ non cernuntur, æterna.

CAPVT V.

1. Perstat in eodem argumento. 6. de certa spe futuris
 8. per fidem. 12. Non, vt se iactet 14. cum Deum & ipse
 us Ecclesiam præ oculis habeat: 17. & nihil æstimet
 omnia, præter vitæ nouitatem in Christo.

Scimus

1 Scimus enim nos, si terrestris huius domus
 nostræ tabernaculum dissolutum fuerit, ædi-
 ficium ex Deo habituros, domicilium videlicet
 2 non manufactum, æternum in cælis. In hoc
 enim suspiramus, expectentes domiciliò nostro, Apoc. 16, 13
 3 quòd è cælo est, superindui. Siquidem etiam
 4 induri non nudi reperiemur. Etenim qui su-
 mus in hoc tabernaculo, suspiramus onerati:
 in quo non cupimus exui, sed superindui, vt
 5 absorbeat mortalitas à vita. Porro Deus is
 est, qui nos ad hoc ipsum condidit, qui etiam
 6 dedit nobis arrhabonem Spiritus. Confiden-
 tes igitur semper, & scientes nos aduenas esse
 7 in corpore, peregrè absumus à Domino. (Per
 fidem enim incedimus, non per aspectum.)
 8 Confidimus autem, & probamus potius migra-
 re è corpore, & ad Dominum ire habitatum.
 9 Quapropter etiam ambimus, & incolentes &
 10 migrantes, ei esse accepti. Omnes enim nos Rom. 14. 10
 comparere oportet coram tribunali Christi, vt
 vnusquisque reportet quæ in corpore fecerit,
 congruenter ad id quod fecerit, vel bonum, vel
 11 malum. Scientes igitur terrorem illum Domi-
 ni, homines ad fidem adducimus, Deo autem
 manifesti sumus: & spero nos etiam conscien-
 12 tijs vestris manifestos esse. Enimvero non ite-
 rum nos ipsos commédamus vobis, sed vobis oc-
 casionem præbemus gloriandi de nobis: vt ha-
 13 beatis quod dicatis aduersus eos qui ex facie
 gloriam captant, at non ex corde. Nam siue in-
 sanimus, Deo insanimus: siue sana mète sumus,
 14 vobis sana mète sumus. Charitas enim illa Chri-
 15 sti constringit nos: Vt qui hoc statuerimus, si v-
 nus pro omnib. mortuus fuit, nèpe omnes fuisse

Esa. 43. 19
Apo. 21. 5

mortuos : & illum pro omnibus mortuum esse, ut qui viuunt, posthac non sibi viuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est & resurrexit. Itaque nos posthac neminem nouimus secundum carnem. quod si etiam nouimus Christum secundum carnem, nunc tamen non amplius nouimus. Siquis igitur est in Christo, noua creatura est. ¹⁷ ² vetera praterierunt, ecce noua facta sunt omnia. Hæc autem omnia sunt ex Deo, qui reconciliauit nos sibi per Iesum Christum, deditque ministerium reconciliationis : Nempe ¹⁹ quia Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, non imputando eis peccata ipsorum : posuitque in nobis sermonem hunc reconciliationis : Itaque nomine Christi legatione ²⁰ sumus, velut Deo vos precante per nos : oramus Christi nomine, reconciliamini Deo. Fecit enim, ut qui non nouit peccatum, pro nobis peccatum esset, ut nos efficeremur iustitia DEI in eo.

CAPVT VI.

1. Ut vitam Christo dignam viuant, horratur, & ne afflictionibus deiciantur, 9. nec gloria insolescant: 14. pollutiones fugiant, 16. quum sint viuæ viuentis Dei templa.

Esa. 49. 3

1. Cor. 4. 6

Sed & ut operam nostram ei accommodantes, hortamur ne frustra gratiam Dei vos ceperitis. Dicit enim Deus, ³ Tempore accepto exaudiui te, & in die salutis succurri tibi : ecce nunc tempus acceptum, ecce nunc dies salutis. Nullam vlla in re præbentes offensionem, ne vituperetur ministerium : Sed & in omnibus nos ⁴ approbantes, ut Dei ministri, tolerantia multa in oppressiõibus, in necessitatibus, in angustijs,

5 stijs, In plagis, in carceribus, in tumultuatio-
 6 nibus, in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs, Puri-
 tate, scientia, lenitate, bonitate, Spiritu sancto,
 7 charitate non simulata, Sermone veritatis, vir-
 8 tute Dei, armis iustitiæ dextris ac sinistris, Per
 gloriam & ignominiam, per conuitia & laudes:
 9 vt seductores, & tamen veraces: Vt ignoti, &
 tamen noti: vt morientes, & ecce viuimus: vt
 10 qui castigamur, nec tamen occidimur: Vt dolē-
 tes, semper tamen gaudentes: vt pauperes, sed
 multos ditātes: vt nihil habentes, sed omnia ob-
 11 tinentes. Os nostrum apertum est erga vos, Co-
 12 rinthij, cor nostrum dilatatum est. Non habi-
 tatis angustè in nobis, sed angusti estis in visce-
 13 ribus vestris. Loquor aut vt filiis de pari com-
 14 pensatione: dilatamini & vos. Ne impari iugo
 copulemini cum infidelibus. ^{quod enim con-} *Eccles. ij. 22*
 sortium iustitiæ cum iniustitia? & quæ cōmu-
 15 nio luci cum tenebris? Et quæ cōcordia Christo
 16 cum Belial? aut quæ pars fideli cum infideli? Et
 quæ cōsensio templo Dei cum simulacris? ^{nam} *1. Cor. 3. 17*
 vos templum estis Dei viuentis: sicut dixit De- *& 6. 19*
 17 us, ^{Habitabo in eis & inambulabo: & ero illo-} *Leuit. 26. 11*
 rum Deus, & ipsi erunt mihi populus. ^{Qua-} *Esa. 52. 11*
 propter exite è medio eorum, & separamini, di-
 18 cit Dominus: & impurum ne attingite: tñ ego
 excipiam vos: ^{Et ero vobis Pater, & vos eri-} *Jerem. 31. 2*
 tis mihi filij ac filia, dicit Dominus omni-
 potens.

CAPVT VII.

1. Ne nimium teneros animos vrgendo prosteruat, 2.
 probabile reddit quod omnia dixerit 4. ex ingenti er-
 ga illos dilectione: 8. itaque sibi non displicere quod
 morore eos affecterit, 10. & adduxerit ad poenitentiam
 non poenitentiam.

HAs igitur promissiones quum habeamus, ²
 dilecti, purgemus nos ipsos ab omni iniqui-
 namento carnis ac spiritus, perficientes sanctifi-
 cationem cum timore Dei. Accipite nos: nemi- ²
 ni iniuriam fecimus, neminem corrupimus, ne-
 minem expilauimus. Ad condemnationem ve- ³
 stri non loquor. nam antè dixi vos in cordibus
 nostris esse ad simul moriendum & simul uiuen-
 dum. Multa mihi loquendi libertas apud vos, ⁴
 multa mihi gloriatio de vobis: impletus sum
 consolatione, vehementer exundo gaudio in o-
 mni afflictione nostra. Etenim quum venisse- ⁵
 mus in Macedoniam, nullam habuit relaxatio-
 nem caro nostra, sed in omnibus fuimus oppres-
 si: foris pugna, intus terrores: Sed qui conso- ⁶
 latur abiectos, consolatus est nos Deus, aduentu
 Titi. Non solum autem aduentu illius, sed et- ⁷
 iam consolatione quam ille accepit ex vobis, quum
 renuntiaret nobis vestrum vehemens desideri-
 um, vestrum eiulatum, vestrum pro me zelum:
 adeo vt magis gauisus fuerim. Nam etiam si tri- ⁸
 stitia vos affecti per epistolam, non me poenitet,
 etiam si poenituerit, video enim epistolam illam,
 tametsi ad tempus, tristitia vos affectisse: Nunc ⁹
 gaudeo, non quod tristitia affecti fueritis, sed
 quod tristitia affecti fueritis ad resipiscentiam:
 nam tristitia affecti fuistis secundum Deum, vt
 nulla in re detrimentoq; sitis affecti per nos. Nam ¹⁰
 qui secundum Deum est dolor, is resipiscentiam
 efficit ad salutem, cuius nunquam poeniteat: at
 mundi dolor mortem efficit. Ecce enim istuc ¹¹
 ipsum, quod secundum Deum tristitia affecti
 fuistis, quantum in vobis effecit studium? imò
 defensionem, imò indignationem, imò timorem,
 imò

Imò vehemens desiderium, imò zelum, imò vindicationem? per omnia testatum fecistis vos esse
 12 puros in hoc negotio. Nempe etiam si scripsi vobis, non scripsi vobis eius causa, qui iniuriam fecerat, nec eius causa qui iniuria affectus fuerat, sed ut apud vos manifestum fieret studium
 13 illud nostrum pro vobis, in conspectu Dei. Propterea consolationem accepimus ex consolatione vestri: sed longè plurimùm gausi fuimus ob gaudium Titi, quòd refocillatus sit spiritus eius
 14 ab omnibus vobis: Et siquid apud eum de vobis gloriatus sum, non fui pudefactus: sed ut omnia verè loquuti sumus vobis, ita & gloriatio nostra, qua vsus eram apud Titum, vera com-
 15 perta sit: Et viscera eius amplius erga vos affecta sint, dum reminiscitur obedientiæ omnium vestrum, utque cum timore ac tremore ipsum
 16 exceperitis. Gaudeo igitur quòd penitus confidam de vobis.

CAPVT VIII.

1. Macedonum 9. atque adeo ipsius Christi exemplo
 14. ut liberales sint in Sanctos hortatur. 16. Titum, 18.
 & alium fratrem hac de causa ad ipsos profectos dicit.

1 **P**orro notam facimus vobis, fratres, gratiam
 2 Dei præstitam Ecclesijs Macedonum. Nam
 in multa probatione abundans gaudium ipso-
 rum, & profunda eorum paupertas redundauit
 3 in copiosam benignitatè ipsorum. Nam pro vi-
 ribus (restor) & supra vires voluntarij fuerunt:
 4 Multis cū precibus nos rogantes, ut gratiam &
 societate ministracionis quæ in sanctos im-
 5 penditur, faceremus. Ac nō sicut sperabamus
 ita fecerūt, sed semetiplos dederūt primū Do-
 c *4* mino

mino, deinde & nobis, per Dei voluntatem: Vt 6
 adhortaremur Titum, vt sicut antè cœpit, ita
 etiam absoluat apud vos hanc quoque gratiam.
 Itaque sicut in omnibus abundatis fide, & ser- 7
 mone, & cognitione, & omni studio, & vestra in
 nos charitate, videte vt in hac quoque gratia ab-
 undetis. Non ex imperio loquor, sed aliorum 8
 studio, vestra quoque dilectionis sinceritatem
 reddens exploratam. Nostis enim benefici- 9
 am Domini nostri Iesu Christi, eū videlicet pro-
 pter vos pauperem factum esse, quum esset di-
 ues: vt vos illius paupertate ditescerctis. Et 10
 sententiam in ea re meam edo, nam hoc vobis
 conducit, qui non solum facere, sed etiam velle
 ante cœpistis anno superiore. At nunc etiam il- 11
 lud ipsum facere absoluite: vt sicut ad fuit prom-
 ptum illud velle, ita etiam ad sit ipsum perficere
 ex eo quod habetis. Etenim si prius ad sit prom- 12
 ptus animus, aliquis acceptus est pro eo quod
 habet, non pro eo quod non habet. Non enim 13
 vt alijs relaxatio sit, vobis autē oppressio: sed pari
 conditione hoc tempore vestra abundantia sup-
 plet illorum defectum. Vt & illorum abundā- 14
 tia vestrum defectum suppleat, vt fiat æquabili-
 tas. Sicut scriptū est, Qui multum collegit, nō 15
 habuit amplius: & qui paulum, non habuit mi-
 nus. Gratia autē sit Deo qui cordi Titi indidit 16
 idem studium pro vobis, Quod tñ exhortatio- 17
 nem illam gratam habuit, tñ verò maiore studio
 vltro ad vos abiit. Misimus autem vnā cum eo 18
 fratrem illum cuius laus est in Euangelio per om-
 nes Ecclesias. (Nec id solum, sed etiam suffra- 19
 gijs delectus est ab Ecclesijs socius peregrinatio-
 nis nostræ, cum hac beneficentia quæ admini-
 stratur

stratur à nobis ad ipsius Domini gloriam, & comprobandum promptum animum vestrū.)
 20 Vitantes hoc, nequis nos vituperet in hac exuberantia quæ administratur à nobis: *Ut qui Rom. 12. 17*
 21 procuremus honesta non solum coram Domino, sed etiam coram hominibus. Misimus autem cum eis fratrem nostrū, quem sæpe in multis probauimus studiosum: nunc autem multo studiosiorem, ob multam fiduciam quam habeo in vobis. Siue de Tito quaritur, socius meus est, & apud vos adiutor: siue de fratribus nostris, legati sunt Ecclesiarum, & gloria Christi. Itaque demonstrationem charitatis vestre, & nostræ de vobis gloriationis edite in eos, in conspectu Ecclesiarum.

CAPVT IX.

1 Cur de eorum voluntate bene sentiens 3 illis tamen adhortandis sedulo incumbat 4 rationem adducit. 6 & sementi elemosynas comparat, 10 quom Deus reuendit magno tenore.

1 **N**AM de subministratiōe quidē quæ fit in sanctos, superuacaneum est mihi scribere
 2 vobis. Non enim promptum animum vestrū quem de vobis iacto apud Macedones, Achaiam videlicet paratam esse ab anno superiore: & ex vobis ortus zelus prouocauit complures.
 3 Misi autem hos fratres, ne gloriatio nostra de vobis inanis fiat hac in parte: vt (sicut dicebam) parati sitis. Nequo modo, si mecum venerint Macedones, & offenderint vos imparatos, pudebimus (vt ne vos dicā) in præfidente ista gloriatiōe. Itaque necessarium putauī adhortari fratres vt prius cant ad uos, & prius absoluant

CAP. IX.

EPIST. PAULI

Rom. 12. 8

Ecd. 35. 11

Sal. 112. 9

uant antea indictam beneficentiam vestram: vt
 ea sit parata, ita vt beneficentia, & non vt ex-
 tortum aliquid. Illud autem dico, Qui ferit ⁶
 parcè, parcè etiam metet: & qui ferit benignè,
 benignè etiam metet. Quisque sicut præo- ⁷
 prat corde, ita agat: non ex tristitia aut neces-
 sitate. ⁸ nam hilarem datorem diligit Deus.
 Potens est autem Deus efficere vt omnis gra- ⁸
 tia in vos redundet, vt in omnibus semper om-
 nino quantum sufficiat penes vos habentes,
 abundetis ad omne opus bonum: (Sicut scri- ⁹
 ptum est, ⁹ Disperfit, dedit pauperibus: bene-
 ficentia eius manet in seculum. Porro qui sup- ¹⁰
 peditat semè ferèti, is quoq; panè vobis ad escà
 suppeditet, & multiplicet sementem vestrà, &
 augeat fructus beneficentiæ vestrae.) Vt in- ¹¹
 quam abundetis, in omnibus ditati ad omnem
 benignitatem, quæ per nos efficit vt gratia a-
 gantur Deo. Nam subministratio oblatio- ¹²
 nis istius non solum supplet sanctorum ino-
 piam, sed etiam redundat in multas gratiarum
 actiones apud Deum: (Dum per hanc istius ¹³
 subministratiõis experientiam Deum glori-
 fican de cõsentiente vestra subiectione in Eu-
 angelium Christi, de quæ benigna in se & o-
 mnes communicatione.) Et in illorum præ- ¹⁴
 ces pro vobis, expetentium vos propter gra-
 tiam Dei in vobis exuberantem. Gratia autè ¹⁵
 sit Deo super inenarrabili suo munere.

CAPVT X.

2. Quæ fiducia, 4 quibus armis, 6 qua vindicta sit in-
 structus aduersus improborum calumnias, ostendit. 7
 seque præsentem non minus virtutis habere in operi-
 bus, 11 quam abiens grauiatis in verbis.

Cate.

1 **C**Aeterum precor vos per clementiam & æ-
 quitatem Christi, ego ipse Paulus qui co-
 2 rō, sum erga vos confidens: Hoc autem rogo,
 ne quum præsens adero, sim confidens ea fidu-
 cia qua cogito audax esse in quosdam, qui nos
 3 æstimant ut si secundum carnē incederemus.
 Nam in carne incedentes, secundum carnem
 4 bellum nō gerimus: (Arma enim militia no-
 stræ non carnalia sunt, sed diuinitus valida, &
 ad subuersionem munitionum.) Dum ratio-
 5 cinationes euertimus, omnemque sublimitatē
 qua extollitur aduersus cognitionem Dei: &
 captiuam ducimus omnem cogitationem ad
 6 obediendum Christo: Et paratum habemus
 quo vindicemus omnem contumaciam, post-
 7 quam impleta fuerit vestra obedientia. Quæ
 ob oculos sunt aspicitis! si quis apud se confi-
 dit se Christi esse, hoc vicissim cogitet ex sese,
 quemadmodū ipse Christi est, ita & nos Chri-
 8 sti esse. Nam si amplius etiam quippiam glo-
 rier de potestate nostra, quam dedit Dominus
 nobis ad adificationem, ac non ad subuersio-
 9 nem vestri, non pudeam: Ne videar ceu-
 10 perterrefacere vos per epistolas. Nam episto-
 la quidem (inquit) graues sunt & validæ: sed
 præsentia corporis infirma est, & sermo nihili.
 11 Hoc cogitet qui istiusmodi est, quales sumus
 verbo per epistolas quā absumus, tales etiā fo-
 12 re re ipsa quā aderimus. Nō .n. audem⁹ nos in-
 ferere aut cōferre cū quibusdā q̄ se ipsos cōmēdāt:
 sed nō intelligūt quōd ipsi sese se ipsis metiūt,
 13 & sese sibi ipsis cōparāt. At nos non gloriabi-
 mur de iis q̄ mēsurę nostrę nō sunt, sed secūdu⁹ p̄ i. 4. 7
 dimen-

dimensionem regularem eius mensuræ quam Deus nobis dispertitus est, gloriabimur nos peruenisse ad vos etiam vsque. Non enim vt si non perueniremus vsque ad vos, extendimus nos ipsos supra modum: nam vsq; ad vos etiam peruenimus in Euangelio Christi. Non de iis quæ mensuræ nostræ non sunt glorientes, id est, de alienis laboribus, sed sperantes, nos, au- gescente fide vestra, per vos admodum ampli- catum iri in assignata nostra mensura: Vt in iis regionibus quæ vltra vos sunt, euāgelizē: nō vt in alteri assignata mensura, de præparatis gloriemur. ¹⁷ Caterū qui gloriatur, in Do- ¹⁸ mino gloriatur. Non enim qui seipsum com- mendat, is probatus est, sed is quem Dominus commendat.

Jerem. 9. 24
1. Cor. 1. 31

CAPVT XI.

1. Ingenti se erga Corinth. amore cogi testatur 5 vt lau- des suas de prædicet 9 Gratuitam illis suam operam impendisse, 13 ne qua in res superiores essent pseudoa- postoli: 22 quos longe antecellere recenset in iis quæ veræ uari laudat.

Gen. 3. 4

Vtinam toleraretis paulisper insipientiam meam: imò etiam tolerate me. Ambio enim vos Dei zelotypia. Præparauim enim vos, quos vni viro (vt virginem puram) sistam, nempe Christo: Sed metuo nequo modo, sicut serpens ille Euam seduxit calliditate sua, ita corruptæ mentes vestræ degenerent à simplicitate quæ est in Christo. Enimuerò si veniat qui alium Iesum prædicet quem non prædicauimus, aut si Spiritum alium accipiat quem non accepistis, aut Euangelium aliud quod non accepistis,

- 5 pistis, rectè eum toleraueritis. Puto enim me
 nihilo inferiorem fuisse summis Apostolis.
 6 Quòd si rudis sum sermone, non tamen sum
 rudis cognitione: sed omnino manifesti facti
 7 sumus in omnibus apud vos. Num peccaui
 quum me ipsum demitterem vt vos attollere-
 mini? quòdque gratuitò Euangelium Dei eu-
 8 angelizauerim vobis? Alias Ecclesias spolia-
 ui, accepto ab eis stipendio, vt vobis inferuirem:
 & quum apud vos essem & egerem, non ob- infr. 12. 13
 9 torpui cum cuiusquam incommodo. Inopiã
 enim meam suppleuerunt fratres qui venerant
 è Macedonia: & in omnibus me præstiti vobis
 10 minimè onerosum, & præstabo. Est veritas
 Christi in me, quòd hæc gloriatio non obstru-
 11 etur contra me in regionibus Achaie. Qua-
 propter? an quòd non diligam vos? Deus no-
 12 uit. Sed quòd facio, etiam faciam: vt amputem
 occasionem iis qui optant occasionem, vt in eo
 de quo gloriantur, reperiantur quales & nos.
 13 Nam istiusmodi pseudapostoli, operarij do-
 14 sti. Neque id mirum. ipse enim Satanã
 15 transformatur in Angelum lucis. Non ma-
 gnum est igitur, si transformentur vt mini-
 stri iustitiæ, etiam eius ministri: quorum finis
 16 erit secundum opera eorum. Rursum dico,
 nequis me putet insipientem esse: alioquin etiã
 vt insipientem accipite me, vt paululum quid-
 17 dam & ego glorier. Quòd dico, non dico se-
 cundùm Dominum, sed vt insipienter, in præsi-
 18 dente ista gloriatio. Quandoquidem mul-
 ti gloriantur secundum carnem, & ego gloria-
 19 bor. Libenter enim toleratis insipientes quã
 fitis

Phil. 3. 5

Aa. 16. 25
Aa. 14. 19
Aa. 27. 1

Aa. 9. 24

sitis sapientes. Toleratis enim si quis vos in ser-²⁰
 uitudinem adigit, si quis exedit, si quis accipit, si-
 quis attolit sese, si quis vos in faciem cædit.
 Quantum ad contumeliam dico, nempe quia²¹
 nos infirmi fuimus: imò in quocunq; audacia
 uti velit aliquis, (insipienter loquor) audacia
 velim uti & ego. Hebræi sunt? sum & ego: Is-²²
 raelitæ sunt? sum & ego: semen Abrahae sunt?
 sum & ego: Ministri Christi sunt? (desipi-²³
 ens loquor) supero ego: in fatigationibus am-
 plius, in vulneribus supra illos, in carceri-
 bus amplius, in mortibus sæpe. A Iudæis²⁴
 quinquies accepi quadragenas plagas, vna
 minus. Ter virgis cæsus fui, semel fui²⁵
 lapidatus, ter naufragium feci, noctem ac diem
 in profundo cægi. In itineribus sæpe fui, in pe-²⁶
 riculis fluminum, periculis latronum, pericu-
 lis à meis gentilibus, periculis in Gentibus, pe-
 riculis in ciuitate, periculis in deserto, pericu-
 lis in mari, periculis inter falsos fratres: In²⁷
 fatigatione & arumna, in vigiliis sæpe, in fa-
 me & siti, in ieiuniis sæpe, in frigore & nudita-
 te. Absque iis quæ extrinsecus eueniunt, vr-²⁸
 get agmen illud in me quotidie consurgens, id
 est, sollicitudo de omnibus Ecclesiis. Quis af-²⁹
 fligitur quin ego affligar? quis offenditur quin
 ego vrrar? Si gloriari oporteat, de iis quæ infir-³⁰
 mitatis meæ sunt, gloriabor. Deus & Pater³¹
 Domini nostri Iesu Christi, laudandus in se-
 cula, nouit me non mentiri. In vrbe Dama-³²
 sci, gentis præfectus nomine Aretæ regis, præ-
 sidio tenebat Damascenorum urbem, cupiens
 meprehendere: Sed per fenestrâ in sporta de-³³
 missus fui per mœnia, & eius manus effingi.

1. Inuitus recēset 3 reuelationes diuinitus 4 sibi factas,
6 ob quas quum vere gloriari possit, non velit 10 in-
firmitatum suarum conscius, n̄ sed hanc sibi necessitatē
ineptiendi ipsos inuicere, 20 dum se addicunt ambitio-
sis hominibus per quos 2 Christo alienantur.

1 **G**Loriari sanè non expedit mihi. veniam e-
nim ad visiones & reuelationes Domini.
2 Noui hominē in Christo ante annos quatuor-
decim, (an in corpore, nescio: an extra corpus,
nescio: Deus nouit) raptū in tertiu vsq; cœlū.
3 Et noui huiusmodi hominem (an in corpore,
4 an extra corpus, nescio: Deus nouit.) Ra-
ptum fuisse in Paradisum, & audisse ineffabi-
5 lia verba, quæ non liceat homini loqui. De
eiusmodi re gloriabor, de me ipso verò non glo-
6 riabor, nisi ex infirmitatibus meis. Nā si vo-
luero de iis gloriari, non ero insipiens: veritatē
enim dicam. sed parcè loquor, nequis de me
7 cogitet supra id quod videt esse me, aut quod
supramodum efferrer, datus est mihi furculus
infixus carni, & angelus Satan, vt me colaphis
8 cadat, ne supramodum efferar. Super hoc ter
9 Dominum rogavi, vt abscederet à me. Et di-
xit mihi, Sufficit tibi gratia mea: nam poten-
tia mea per infirmitatem perficitur. Libentis-
simè igitur gloriabor potius de infirmitatibus
10 meis, vt inhabitet in me potētia Christi. Pro-
pterea oblector in infirmitatibus, in cōtume-
liis, in necessitatibus, in persecutionibus, in
angustiis pro Christo. quum enim impotens
11 sum, tunc potens sum. Fui insipiens in glo-
riando: vos me coegistis. nam ego debueram à
vobis

Supra II. 9

vobis commendari. nulla enim in re inferior
 fui summis Apostolis, tametsi nihil sum. In-¹²
 dicia quidem Apostoli edita sunt apud vos per
 omnem tolerantiam, & signa, & prodigia, &
 virtutes. Nam quid est in quo fueritis inferi-¹³
 ores ceteris Ecclesijs, nisi quod ego ipse non
 obtorpei cum vestro incommodo? condonate
 mihi hanc injuriam. Ecce, tertio paratus sum¹⁴
 venire ad vos, nec cum vestro incommodo ob-
 torpescam. non enim quae vestra sunt, quaero,
 sed vos. non enim debent filij parentibus
 thesauros congerere, sed parentes filiis. Ego¹⁵
 vero libentissimè impendam & expendam pro a-
 nimabus vestris: etiamsi, abundè vos diligens,
 minus diligar. Sed esto, ego vos non grauaui:¹⁶
 sed quum sim callidus, dolo vos cepi. Num per
 quemquam eorū quos misi ad vos, expilauit vos?
 Precatus sum Titum, & cum eo misi fratrem:¹⁷
 nunquid vos expilauit Titus? nonne eodè spi-
 ritu incessimus? nonne iisdem vestigijs? Rur-¹⁸
 sum putatis quod nos vobis excusamus? in con-
 spectu Dei, in Christo loquimur: omnia tamen
 haec, charissimi, pro vestri aedificatione. Nam²⁰
 metuo nequo modo, quum venero, non quales
 velim reperiam vos, & ego reperiar vobis qua-
 lem nolitis: nequo modo sint lites, amulatio-
 nes, iræ, contentiones, obtrectationes, susurri,
 tumores, tumultuationes: Ne iterum, vbi ve-²¹
 nero, me deprimat Deus meus apud vos, & lu-
 geam multos eorum qui antè peccarunt, nec
 resipuerunt super impuritate, & scortatione &
 proteruita quam patrarunt.

CAPVT XIII.

1. Tertio adueniens, 2. seuiorem vindictam ijs de-
 nuntiat

nuntiat 5 qui re ipsa experti sunt virtutem Christi in suo Apostolatu. 10 Optat tandem ut recipiant, 11 & sancti illi s. precatur.

- 1 **T**ertia hac vice venio ad vos. ^{Deut. 19. 14} Ex ore duorum ^{Matth. 18. 16} testium aut trium, firmum erit omne ver-
 2 bum. ^{Ioh. 8. 17} Prædixi & secundo prædico ut præsens, ^{Heb. 10. 28} & absens nunc scribo iis qui antè peccarunt,
 & reliquis omnibus, fore ut, si denuò venero,
 3 nõ parcam: Quandoquidè experimentũ quæ-
 ritis in me loquentis Christi, qui erga vos non
 4 est infirmus, sed potens in vobis. Nã et si cru-
 cifixus fuit ex infirmitate, viuit tamen ex po-
 tentia Dei. nam & nos infirmi sumus cum eo,
 sed viuemus cum eo ex virtute Dei apud vos.
 5 ^{I. Cor. II. 20} Vos ipsos tentate annon sitis in fide, vos ipsos
 probate. annon agnoscitis vosmet ipsos, vide-
 licet Iesum Christũ in vobis esse? nisi reprobi
 6 estis. At spero fore ut cognoscatis nos nõ esse
 7 reprobos. Opto verò à Deo, nequid mali fa-
 ciatis: non ut nos probati cõperiamur, sed ut
 quod honestũ est faciatis: nos verò velut repro-
 8 bi simus. Non enim possumus quicquam ad-
 9 uersus veritatem, sed pro veritate. Gaude-
 mus enim quũ nos infirmi fuerimus, vos au-
 tem validi fueritis: hoc autem etiam optamus,
 10 vestram videlicet instaurationem. Propterea
 hæc absens scribo, ne præsens seueritate utar,
 ex potestate quam dedit mihi Dominus ad æ-
 11 dificationem, ac non ad destructionẽ. Quod
 superest, fratres, valete, instauramini, consola-
 tionem habete, idem sentite, in pace agite, &
 Deus charitatis ac pacis autor erit vobiscum.
 12 Salutate alij alios sancto osculo. Salutant vos
 13 sancti omnes. Gratia Domini Iesu Christi, &

& charitas Dei & communicatio Spiritus sancti
 ſci fit cum omnibus vobis. Amen.

Ad Corinthios ſecunda fuit ſcripta Phi-
 lippis vrbe Macedoniae, per Ti-
 tum & Lucam.

EPISTOLA PAULI APOSTOLI AD GA- LATAS.

CAPVT I.

1. Post inſcriptionem 6 subiungit obiurgationem, Ga-
 latas accusans defectionis 6 alio Euangelio 15 quod
 a Deo accepit 27 antequam cum vltio Apoftolorum
 contuliſſet.

Tit. 1. 3

Luc. 1. 74

PAVLVVS Apoſtolu (non ab hominibus,
 neque per hominem, ſed per Ieſum Chri-
 ſtum, ac Deſi patrem qui ſuſcitauit eum
 ex mortuis.) Quique mecum ſunt omnes fra-
 tres, Eccleſiſ Galatiæ: Gratias vobis & pax a
 Deo Patre & Domino noſtro Ieſu Chriſto:
 Qui dedit ſemetipſum pro peccatis noſtris, vt
 eximeret nos ex præſenti ſeculo malo, ſecun-
 dum voluntatem Dei & Patris noſtri: Cui
 fit gloria in ſecula ſeculorum. Amen. Miror
 vos ita citò, deſerto eo qui vocarat vos in gratiã
 Chriſti, transferri in aliud Euãgelium: Quod
 non eſt aliud: ſed nonnulli vos turbant, & vo-
 lunt euertere Euãgelium Chriſti. Sed erianũ
 nos, aut Angelus è cœlo euangelizet vobis præ-
 ter id quod vobis euangelizauimus, anathema
 eſto. Vt antè diximus, etiam nunc iterum di-
 co, Si-

co, Siquis vobis euangelizauerit præter quod
 10 accepistis, anathema esto. Nunc enim vtrum
 homines an Deum suadeo? aut quaro homini-
 bus placere? Enimuero si adhuc hominibus pla-
 11 cerem, Christi seruus non essem. ^{1. Cor. 15. 1} Notum au-
 tem vobis facio, fratres, Euangelium prædica-
 12 tum à me, non esse secundum hominem. Ne-
 que ego ab homine id accepi, neque edoctus
 13 sum, sed patefaciente mihi Iesu Christo. ^{Aa. 9. 1} Au-
 distis enim quomodo versatus sim olim in Iu-
 daismo, me videlicet summè persequutum esse
 14 Ecclesiam Dei, & eam vastasse: Et profecisse
 in Iudaismo super multos æquales meos in ge-
 nere meo, quum vehementiore studio tenerer
 traditionum quas à patribus meis acceperam.
 15 Sed quando placuit Deo, qui separauit me ab
 vtero matris meæ, & vocauit per gratiam suam,
 16 Retegere Filium suum in me, ^{Eph 3} vt euangeliza-
 rem ipsum inter Gentes, non statim contuli cū
 17 carne & sanguine. Neque redij Hierosolyman
 ad eos qui ante me fuerant Apostoli: sed abij in
 Arabiam, ac denuò reuersus sum Damascum.
 18 Deinde tribus post annis redij Hierosolyman,
 vt viserem Petrum: & mansi apud eū dies quin-
 19 decim. Alium autem ex Apostolis non vidi
 20 quenquam, nisi Iacobum fratrem Domini. In
 iis porro quæ scribo vobis, ecce coram Deo nõ
 21 mentior. Deinde veni in regiones Syriæ & Ci-
 22 licia. Eram autem ignotus facie Ecclesiis Iu-
 23 daea quæ erant in Christo: Sed solùm audie-
 rant qui dicerent, Qui persequabatur nos ali-
 quando, nunc annuntiat fidem quam olim va-
 24 stabat. Et glorificabant Deum de me.

1. Nihil a suo Euangelio diuersum sensisse Apostolos incircuncili. Tui exemplo ostendit. 11 & quod asseruerit illud aduersus Petri simulationem. 17 Inde transitum facit ad causę tractationem gratuito nos iustificari per Christum, &c.

DEinde interiectis annis quatuordecim, rursum ascendi Hierosolymam vnā cū Barnaba, assumpto simul & Tito. Ascendi autē ex reuelatione, & exposui eis Euangelium quod prædico inter Gentes: sed priuatim cum eis qui sunt in pretio, nequo modo frustra curerem aut cucurrissem. Sed neque Titus qui mecum erat, quum esset Græcus, coactus fuit circuncidi. Nempe propter emissarios falsos fratres, qui irrepserant ad explorandam libertatem nostram quam habemus in Christo Iesu, vt nos in seruitutem adigerent. Quibus ne ad momētum quidē cessimus per subiectionem, vt veritas Euangelij permaneret apud vos. Ab iis autem qui putantur esse aliquid, qualescunque fuerint, nihil mihi discrepat. personam hominis Deus non accipit. Nam qui sunt in pretio, nihil mecum præterea contulerūt. Imò econtrariò, quum vidissent mihi concreditum fuisse Euangelium præputij, sicut Petro circuncisionis: (Nam qui efficax fuit per Petrum ad Apostolatam circuncisionis, efficax fuit etiam per me erga Gentes.) Quumq; cognouissent gratiam mihi datā Iacobus & Cephas & Iohānes, qui putantur esse columna, dextras dederunt mihi ac Barnabæ societatis: vt nos inter Gentes, ipsi verò inter circuncisos, Apostolatu fungeremur. Solum monue-

Deut. 10. 17

2. Chron. 19.

7

Iob. 34. 19

Sapient. 6. 8

Ecc e 35. 16

Act. 10. 34

Rom. 2. 11

Ephes. 6. 9

Col. 3. 26

1. Pet. 1. 17

monuerūt vt pauperum meminiffemus: quod
 11 & ipfum ftudui facere. Quum autem veniffet Petrus Antiochiam, in os ei reftiti, eo quòd
 12 condemnandus effer. Nam antequam veniffent quidam à Iacobo, vnà cum Gentibus edebat: quum autē veniffent, subduxit fele ac fe-
 parauit ab eis, metuens eos qui erant ex circun-
 13 ciffione. Ac fimulabant vnà cum eo reliqui e-
 tiam Iudæi: itaq; etiam Barnabas fimul abre-
 14 ptus fuit in illorum fimulationē. Sed quum
 vidiffem eos non recto pede incedere, vt veri-
 tati Euangelij congruebat, dixi Petro coram
 omnibus, Si tu, quum fis Iudæus, Gentiliter
 15 viuus, ac non Iudaicè, cur Gentes cogis Iudai-
 zare? Nos natura Iudæi, & non ex Gentibus
 16 peccatores, Scientes non iustificari hominē
 ex operibus Legis, fed per fidem Iefu Chrifti:
 & iam nos inquam in Chriftum Iefum credi-
 dimus, vi iustificaremur ex fide Chrifti, & nō
 17 ex operibus Legis: propterea quòd non iusti-
 ficabitur ex operibus Legis vlla caro. Rom. 3. 19 Quòd
 18 fi, dum quærimus iustificari per Chriftū, re-
 perimur & ipfi peccatores, num Chriftus pec-
 cati minifter eft? Abfit. Nam fi quæ destruxi,
 19 ca rurfum ædifico, transgrefforem meipfum
 20 constituo. Ego enim per Legem Legi mor-
 tuus fum, vt Deo viuerem. Vnà cum Chri-
 fto crucifixus fum. Viuo autem, non amplius
 ego, fed viuit in me Chriftus. & vitam quam
 nunc viuo in carne, viuo per fidem Filij Dei,
 qui dilexit me, & tradidit femetipfum pro
 21 me. Non abrogo gratiam Dei. nam fi per Le-
 gem eft iuftitia, igitur Chriftus fine caufa
 mortuus eft.

1 Exprobrat quod se abduci passi sint ab expressa illis ad viuum in Christo iustificationis gratia. 6 Abrahæ exemplum adducit. 10 effectum 21 & causas latæ Legis exponens.

AMentes Galatæ, quis vos fascinoit ne obsequeremini veritati: quibus ob oculos Iesus Christus prius fuerat depictus, inter vos crucifixus? Hoc solum cupio discere ex vobis, Ex operibus Legis Spiritum accepistis, an ex fide per auditum percepta? Adeo amentes estis? quum Spiritu inceperitis, nunc carne perficimini? Tam multa passi estis frustra? si modò etiam frustra. Qui igitur subministrat vobis Spiritum, & efficit virtutes in vobis, ex operibus Legis, an ex fide per auditum percepta subministrat? Si sicut Abraham credidit Deo, & imputatum est ei ad iustitiam: Ita nostis nempe, eos qui ex deo sunt, esse filios Abrahæ. Prouidens autem Scriptura Deum ex fide iustificaturum Gentes, antè euangelizauit Abrahæ, Benedicentur, inquit, in te omnes Gentes. Itaque qui ex fide sunt, benedicuntur cum fidei illo Abraham. Nam quotquot ex operibus Legis sunt, sub execratione sunt. Scriptum est enim, Execrabilis quisquis non manserit in omnibus quæ scripta sunt in libro Legis, vt faciat ea. Nullum autem per Legem iustificari apud Deum manifestum est: siquidè iustus ex fide viuet. Lex autem non est ex fide, sed Qui fecerit ea homo, viuet in ipsis. At Christus nos redemit ab execratione Legis, dum pro nobis factus est execratio: scriptum est enim, Execrabilis quisquis pendet in ligno. Vt in Gentibus benedictio Abrahæ extet in Christo.

Gen. 15. 6
Rom. 4. 3
Iac. 2. 23

Gen. 12. 3
Eccl. 4. 4. 20
Act. 3. 25

Deut. 27. 26

Abac. 2. 4
Rom. 1. 17
Heb. 10. 38
Leuit. 18. 5

Deut. 21. 23

Christo Iesu, & vt promissum illum Spiritum
 15 accipiamus per fidē. Fratres, humano more lo- Heb. 9. 17
 quor, Hominis licet pactionē autoritate con-
 firmatā nemo abrogat, aut aliquid ei superad-
 16 dit. Abrahæ verò dictæ sunt promissiones, &
 semini eius. Non dicit, Et seminibus, vt de
 multis: sed vt de vno, Et semini tuo, qui est
 17 Christus. Hoc autē dico, pactionem antē con-
 firmatam à Deo respectu Christi, Lex quæ post
 annos quadringentos & triginta cœpit, non fa-
 18 cit irritam, vt aboleat promissionem. Nam si
 ex Lege est hæreditas, non iam ex promissione:
 Abrahæ verò per promissionem gratificatus est
 19 Deus hæreditatē. Quid igitur Lex? Trāsgres-
 sionum gratia addita est, vsquequo venisset se-
 men illud cui facta est promissio: Lex inquam,
 ordinata per Angelos, per manum internuntij-
 20 Internuntius autem, vnus non est: Deus verò
 21 vnus est. Num igitur Lex addita est aduer-
 sus promissiones Dei? Absit. nam si data fuisset
 Lex quæ posset viuificare, verè ex Lege esset iu-
 22 stitia. Sed conclusit Scriptura omnia sub pec- Rom. 3. 9
 ratū, vt promissio ex fide Iesu Christi daretur
 23 credentibus. Antequam autem venisset fides,
 sub Legis præsidio tenebamur, conclusi in eam
 24 fidem quæ erat reuelanda. Itaq; Lex pædago-
 gus noster fuit in Christum respiciens, vt ex fi-
 25 de iustificaremur. At postquam venit fides,
 26 non amplius sub pædago sumus. Omnes
 enim, filij Dei estis, per fidem in Christo Iesu.
 27 Nam quicumq; in Christo baptizati estis, Chri-
 28 stum induistis. Non est Iudæus neque Græ-
 cæus, non est seruus neque liber, non est mascu-
 lus ac fœmina. omnes enim vos vnus estis in

Christo Iesu. Quòd si vos estis Christi, nem-²⁹
pe Abrahæ semen estis, & secundum promif-
sionem hæredes.

CAPVT IIII.

1. A tutela Legis emancipatos. 4. Christi aduentu, cui
eius est finis, 9. absurdum est ad egenas superstitiones
relabi. 13. Reuocat ergo eos ad puritatem doctrinæ
Euang. 21. Et pulchra allegoria disputationem suam
exornat.

Rom 8.15

HOc autem dico: Quandiu hæres est infans, ¹
nihil differt à seruo, quamuis sit dominus
omnium. Sed sub tutoribus & curatoribus ²
est vsque ad tempus quod pater præfinierit.
Ita & nos, quum essemus infantes, sub elemen ³
tis mundi eramus in seruitutem redacti: At ⁴
postquam venit plenum tempus, emisit Deus
Filium suum factum ex muliere, factum Legi
obnoxium: Vt eos qui Legi erant obnoxii, ⁵
redimeret, vt adoptionem acciperemus. Quo- ⁶
niam autem estis filij, emisit Deus Spiritum
Filij sui in corda vestra, clamantem, Abba, id
est, Pater. Itaque non amplius es seruus, sed ⁷
filius: quòd si filius, etiam hæres Dei per Chri-
stum. Imò tum quidem ignorantes Deum, ⁸
seruiebatis iis qui natura non sunt dij: At ⁹
nunc quum cognoscatis Deum, imò potius
edocti sitis à Deo, quomodo conuertimini
retrosum ad impotentia & egena elementa,
quibus retrosum ab initio seruire vultis? Di- ¹⁰
es obseruatis & menses, & tempora, & annos.
Metuo de vobis ne frustra fatigatus sim apud u
vos. Estote quasi ego: nam ego sum quasi vos: ¹¹
fratres rogo vos, nihil mihi fecistis iniurie.
Nostis

- 13 Nostis autem me per infirmitatem carnis vobis
 14 prius euangelizasse: Et experimentum mei
 quod fiebat in carne mea, non pro nihilo habu-
 istis, neque respuistis: sed me vt Angelum Dei,
 15 vt Christum Iesum excepistis. Quæ igitur erat
 beatitudinis vestræ prædicatio? testimonium enim
 16 reddo vobis, vos, si fieri potuisset, oculos vestros
 effossos duros mihi fuisse. Itaque num in-
 imicus factus sum vobis, dū vobis vera loquor?
 17 Depereunt vos non bene, imò excludere nos vo-
 18 lunt, vt se depereatis. Sed præclarum est vehe-
 menter amare in re bona semper, & non solūm
 19 dum præsens sum apud vos. Filioli mei, quos
 iterum parturio, vsquequo formetur Christus
 20 in vobis. Velim autem nunc adesse apud vos,
 & mutare vocem meam: quoniam hæsito in vo-
 21 bis. Dicite mihi qui sub Lege vultis esse, Le-
 22 gem non auditis? Scriptum est enim, Abrah-
 am duos filios habuisse: vnum ex ancilla, & v-
 23 num ex libera. Sed is qui ex ancilla natus est,
 secundum carnem natus est. qui verò ex libera,
 24 per promissionem. Per quæ aliud figuratur.
 Nam hæ sunt duæ illæ pactiones, vna quidem
 quæ est Agar, ex monte Sina, generans prolem
 25 ad seruitutem. Sina enim mons est in Arabia:
 pari autem serie respondet ei Hierusalem quæ
 26 nunc est, seruitque cum filiis suis. Subli-
 mis verò illa Hierusalem libera est, quæ est ma-
 27 ter omnium nostrūm. Scriptum est enim, Le-
 tare sterilis quæ non parit: erumpe & clama quæ
 non parturis, quoniam plures sunt liberi deser-
 28 tæ, quàm eius quæ habet virum. Nos igitur,
 fratres, secundūm Isaac, promissionis filij su-
 29 mus. Sed quemadmodum tunc is qui secū dum

Gene. 16. 8

Gen. 21. 10

Gen. 22. 1

Gen. 21. 12

Gen. 21. 10

carnem genitus fuerat, persequeretur eum qui natus erat secundum Spiritum: ita & nunc. Sed quid dicit Scriptura? ¹⁰ Ecce ancillam & filium eius: non enim haeres erit filius ancillae cum filio liberae. Nempe, fratres, non sumus ancillae filij, sed liberae.

CAPVT V.

I. Quia ex libera ortos esse dixit, admonet quantum sit pretium tantae libertatis. 13. qualite. ealit vrendum, 16. vt spiritui obediant. 19. resistent carni.

Act. 15. 2

IN libertate igitur qua Christus nos liberauit, ¹ persistate, & ne e contrario implicamini seruitutis iugo. ² Ecce, ego Paulus dico vobis, si circumcidamini, Christum nihil vobis profuturum. Testores enim rursus omni homini qui circumciditur, eum esse debitorem totius Legis

1. Cor. 1. 15

seruanda. Facti estis inanes Christi ³ quicumque per Legem iustificamini, & à gratia excidistis. Nos enim Spiritu ex fide spem iusticiae expectamus. Nam in Christo Iesu neque circumcisio

2. Cor. 5. 6

quicquam valet, neque praepitium, sed fides per charitatem agens. Currebatis pulchrè, quis vos ⁵ interpellauit, vt non obsequeremini veritati? Hæc persuasio non est ex eo qui vocat vos. ⁶ Paulum fermenti totam massam fermentat. Ego ⁷ confido de vobis in Domino, vos nihil aliud esse sensuros, sed qui turbat vos, auferet condemnationem, quisquis fuerit. Ego autem, fratres, ⁸ si circumcisionem etiam prædico, quid adhuc persecutionem patior? nempe abolitum est offendiculum crucis. Vtinam etiam abscondantur qui vos inquietant: Vos enim ad libertatem ⁹ vocati estis, fratres: tantum ne libertatem

tem arripite, ut datam carni occasionem, sed ex
 14 charitate seruite alij alijs. Nam tota Lex vno
 verbo completur, isto videlicet, ^{Leuit. 19. 18} Diliges proxi-
 15 mum tuum, ut teipsum. Quod si alij alios mor- ^{Math. 22. 39}
 detis & deuoratis, videte ne vicissim alij ^{Mar. 12. 31} alijs
 16 consumamini. Hoc autem dico, ^{Rom. 13. 9} Spiritu in-
 cedite, & quod concupiscit caro ne perficite. ^{1. Cor. 7. 8}
 17 Nam caro concupiscit aduersus spiritum, spiri- ^{Rom. 13. 14}
 tus autem aduersus carnem: hæc autem inter se op- ^{1. Pet. 2. 11}
 posita sunt, ut non quacumque volueritis, eadem
 18 faciatis. Quod si spiritu ducimini, non estis sub
 19 Lege. Porro manifesta sunt opera carnis, quæ
 sunt, adulterium, scortatio, impuritas, proter-
 20 uia, Idololatria, veneficium, inimicitie, lis, emu-
 21 lationes, ira, contentiones, dissidia, hæreses, In-
 uidia, caedes, ebrietates, comestationes, & his si-
 milia: quæ prædico vobis, sicut prædixi: eos vi-
 22 delicet qui talia agunt, regni Dei non fore hæ-
 23 redes. At fructus Spiritus, est charitas, gaudium,
 pax, lenitas, benignitas, bonitas, fides, mansuetu-
 24 di, non est lex. Qui enim sunt Christi, carnem
 crucifixerunt cum affectibus & concupiscentijs.
 25 Si viuimus spiritu, spiritu etiam incedamus.
 26 Ne simus inanis gloriæ cupidi, alij alios prouo-
 cantes, alij alijs inuidentes.

CAPVT VI.

1. Agit iam in specie de Charitate erga delinquentes & lapsos, 6. erga Ministros verbi, 10. erga domesticos fidei: 12. non quemadmodum falsi Legis zelatores, 13. qui in carne mutilata gloriantur, 14. non autem in cruce Christi.

FRatres, etiam si præoccupatus fuerit homo in aliqua offensa, vos spirituales instauratione huiusmodi hominem cum spiritu mansuetudinis:
 conf.

considerans te metipsum, ne & tu tenteris. Alij
 aliorum onera portare: & ita complete Legem
 Christi. Nam si quis sibi videtur aliquid, quum
 nihil sit, hūc suus ipsius animus fallit. Opus autē
 suū probet vnusquisq;: & tūc in semetipso glo-
 riationem habebit, & non in alio. ¹ Nam vnus-
 quisq; suum onus portabit. ² Communicet autē
 qui instituitur in sermone, ei qui se instituit, om-
 nia bona. Ne fallimini: Deus non irridetur,
 quicquid enim seminauerit homo, hoc & metet.
 Nam qui seminat carni suæ, ex carne metet inte-
 ritum: qui verò seminat spiritui, ex spiritu metet
 vitam æternam. ³ Porrò ne benefaciendo segne-
 scamus. tempore enim suo metemus, si nō elan-
 guerimus: Nempe igitur dum tēpus habemus,
 simus benefici erga omnes, maximè verò erga do-
 mesticos fidei. Videris quàm longis literis vobis
 scripserim mea manu. Quicumq; volunt specio-
 si apparere in carne, ij cogunt vos circumcidi, tã-
 tùm ne ob crucem Christi persequutionem pa-
 tiantur. Nam ne ipsi quidem qui circumcidun-
 tur, Legem seruant: sed volunt vos circumcidi,
 vt de vestra carne glorientur. A me verò absit
 gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Chri-
 sti: per quem mundus mihi crucifixus est, & ego
 mundo. Nam in Christo Iesu neq; circumcisio
 quicquam valet, neq; præputium, sed noua crea-
 tio. Et quicumq; secundum hanc regulam ince-
 dent, pax erit super eos, & misericordia, & super
 Israelem Dei. De cætero nequis mihi molestias
 exhibeto: ego enim stigmata Domini Iesu in
 corpore meo porto. Gratia Domini nostri Iesu
 Christi sit cum spiritu vestro, fratres. Amen.

Ad Galatas scripta fuit Roma.

EPISTO.

EPIST. PAV. AD EPHE. 212
EPISTOLA PAVLI
APOSTOLI AD EPHE-
SIOS.

CAPVT I.

1. Post salutationem, 4. de gratuita Dei electione 5. & adoptione differit: 7. 13. a qua salus hominum tanquam ex vero & nativo fonte manat. Et quia tam sublimè arcanum capi non potest, 16. precatur, vt ad plenā 20. Christi cognitionem Ephesios Deus adducat.

PAVLVVS Apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei, ¹ sanctis qui agunt Ephesi, ¹ Cor. 1. 2
² & fidelibus in Christo Iesu. Gratia sit vobis & pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu
³ Christo. ¹ Benedictus Deus & Pater Domini ¹ Cor. 1. 3
nostri Iesu Christi, qui benedixit nobis omni ² Pet. 1. 2
⁴ benedictione spiritali, in cælis in Christo: Sicut elegit nos in ipso antequam iacerentur fundamenta mundi, vt simus sancti & inculpatae
⁵ ram eo per charitatem. Qui prædestinavit nos
quos adoptaret in filios per Iesum Christum in
⁶ sese, pro beneuolo affectu voluntatis suæ, Ad
laudē gloriosæ suæ gratiæ, qua nos gratis effecit
⁷ sibi gratos in illo dilecto. In quo habemus redemptionem per sanguinē ipsius, remissionem,
⁸ inquam, peccatorū ex diuite ipsius gratiæ: Quæ
redundauit in nos omni sapientia & intelligentia:
⁹ Patefacto nobis mysterio voluntatis suæ, secundum gratuitam suam beneuolentiā quam
¹⁰ proposuerat in sese. Nempe, vt in pleni temporis dispensatione recolligeret omnia in Christo,
¹¹ tum quæ in cælis sunt, tum quæ in terra: In ipso, inquam, in quo etiam lecti sumus, quum
essemus

æternus predestinati secundum propositum eius
 qui omnia efficit ex consilio voluntatis suæ. Vt
 nos simus laudi gloriæ ipsius, qui priores spera-
 uimus in Christo. In quo sperastis & vos, au-
 dito sermone veritatis, id est, Euangelio salutis
 vestræ in quo etiam postea quam credidistis, ob-
 signati estis Spiritu illo promissionis sancto :
 Qui est arrhabo hæreditatis nostræ, dum in li-
 bertatem vindicemur, ad laudem gloriæ ipsius.
 Propterea etiam ego, quum audissem eam quæ in
 vobis est fides in Domino Iesu, & charitatē in
 omnes sanctos, Non desino gratias agere pro
 vobis, mentionem vestri faciens in precib. meis.
 Vt Deus Domini nostri Iesu Christi, Pater ille
 gloriæ, det vobis Spiritum sapientiæ & reuela-
 tionis, per agnitionem ipsius : Illuminatis ocu-
 lis mentis vestræ : vt sciatis quæ sit spes illa voca-
 tionis ipsius, & quæ opes gloriæ hæreditatis ipsi-
 us in sanctis : Et quæ sit excellens illa magnitu-
 do potentiæ ipsius in nobis qui credimus, & pro
 efficacitate fortis roboris ipsius, Quæ exeruit in
 Christo quum excitauit eum ex mortuis, & collo-
 cauit ad dextram suam in cælis, Longè suprâ o-
 mne imperiū ac potestatem, & potentiam & do-
 minium, & omne nomen quod nominatur non
 solum in hoc seculo, verumetiam in futuro. Et
 omnia subiecit eius pedibus, eumq; constituit
 caput super omnia ipsi Ecclesiæ, Quæ est corpus
 ipsius, & complementum eius qui omnia implet
 in omnibus.

Coloss. 2. 19
 Act. 3. 7

CAPVT II.

Vt gratiæ magnitudinem ex comparatione amplificet r. te-
 ducit illis in memoriam & quod exitio prius additū, &
 gratia sint seruati. 17. & propinqui factū tū. reconciliatio-
 ne per Christum facta 17. & per Euangelium publicata.

1 ET vos vnâ viuificauit, quum essetis mortui Coloss. 2.13
2 in offensis & peccatis: In quibus olim vet-
 sati estis, vt est vita mundi huius, secundû prin-
 cipem cui potestas est aeris, & spiritus nunc agē-
3 tis in hominibus contumacibus. Inter quos &
 nos omnes conuersati sumus olim in cupidita-
 tibus carnis nostræ, facientes quæ carni ac cogi-
 tationib. libebant: eramusq; natura filij iræ, vt
4 etiam reliqui. Sed Deus, qui diues est misericor-
 dia, propter multam charitatem suam qua dile-
5 xit nos, Etiam quum per offensa mortui esse-
 mus, vnâ viuificauit nos per Christum, cuius
6 gratia estis seruati: Vnâque excitauit, vnâque
7 collocauit in cælis in Christo Iesu: Vt osten-
 deret seculis succedentibus summas opes suæ
 gratiæ, sua erga nos benignitate in Christo Iesu.
8 Gratia enim estis seruati per fidem, idq; non ex
9 vobis: Dei donum est, Non ex operibus, nequis
10 gloriatur. Nam ipsius sumus opus, conditi in
 Christo Iesu ad opera bona, quæ preparauit De-
11 us, vt in eis versaremur. Propterea mementote
 vos quondam Gentes in carne, qui dicebamini
 Præputium ab ea quæ vocatur Circumcisio in
12 carne, & quæ manibus fit: Vos, inquam, il-
 lo tempore fuisse absque Christo, alienos à
 republica Israelis, & extraneos à pactis pro- Rom. 9. 4
 missionis, spem non habentes, & Dei exper- Coloss. 2.14
13 tes in mundo. At nunc in Christo Iesu, vos qui
 olim eratis procul, propinqui facti estis, per san-
14 guinem, inquam, Christi. Ipse enim est pax no-
 stra, qui vtraque fecit vnum, & intergerini pa-
15 rieris septum soluit: Inimicitijs, id est, lege n. a.
 datoru quæ in ritibus posita est, per carnem suam
 abolitis: vt ex duobus illis conderet in semer-
 ipso

ipso vnum nouum hominem, faciens pacem, Et 16
 vtrosque in vno corpore reconciliaret Deo per
 crucem, peremptis inimicitijs per eam. Et ve- 17
 niens euangelizauit pacem vobis, qui procul
 eratis, & ijs qui propè erant. Quoniam vtriq; 18
 per ipsum habemus aditum per vnum Spiritum
 ad Patrem. Nempe igitur non amplius estis 19
 hospites & inquilini, sed conciuues sanctorum, ac
 domestici Dei: Superstructi super fundamen- 20
 tum Apostolorum ac Prophetarum, cuius imus
 angularis lapis est ipse Iesus Christus: In quo 21
 totum ædificium congruenter coagmentatum,
 crescit, vt sit tēplum sanctum Domino. In quo 22
 & vos vnà ædificamini, vt sitis habitaculum Dei
 per Spiritum.

CAPVT III.

1. Ideo se dicit a Iudæis multa passum 3. quod mysteri-
 um de Gentibus seruandis 8. Dei iussu prædicauerit 13.
 Deinde rogat Ephesios ne ob afflictiones quas patitur
 deficiant, 14. Ac propterea orat Dominum 18. vt per-
 cipiat: & quanta sit Christi dilectio.

Huius rei gratia ego Paulus sum captiuus il- 1
 le Christi Iesu pro vobis Gentibus: Si qui- 2
 dem audistis dispensationem gratiæ Dei quæ
 data est mihi apud vos: Deum videlicet per re- 3
 uelationem notū mihi fecisse mysterium illud,
 (sicut antè scripsi paucis: Ex quo perlecto po- 4
 testis intelligere quæ sit mea intelligentia in my-
 sterio Christi.) Quod alijs ætatibus non inno- 5
 ctis filijs hominum, vt nunc relectum est san-
 ctis eius Apostolis & Prophetis per Spiritum:
 Gentes videlicet esse cohæredes & concorpores, 6
 confortesque promissionis eius in Christo per
 Euan-

7 Euangelium, Cuius factus sum minister ex
 dono gratiæ Dei, quod datum est mihi secundum
 8 efficacitatem potentiæ ipsius. Mihi, inquam,
 longè minimo omnium sanctorum, data est
 hæc gratia, euangelizandi inter Gentes imper-
 9 uestigabiles opes Christi. Et in lucem profe-
 rēdi omnibus quæ sit communio mysterij quod
 erat absconditum à seculis in Deo, qui omnia
 10 condidit per Iesum Christum: Vt nota nunc
 fiat per Ecclesiam imperijs ac potestatibus quæ
 in calis sunt, multiformis illa sapientia DEI:
 11 Secundùm propositum æternum quod consti-
 12 tuit in Christo Iesu Domino nostro: In quo
 habemus libertatem & aditum cum fiducia, per
 13 fidem ipsius. Quapropter peto ne segnescatis
 ob afflictiones meas pro vobis, quæ est gloria
 14 vestra. Huius rei gratia flecto genua mea ad
 15 Patrem Domini nostri Iesu Christi, (Ex quo
 16 tota familia in calis & in terra nominatur.) Vt
 det vobis pro diuinitate sua gloria, vt fortiter cor-
 17 roboreremini per Spiritum suum in interiore ho-
 18 mine: Vt inhabitet Christus per fidem in cor-
 19 dibus vestris: Vt in charitate radicati & fun-
 dati, valeatis assequi cum omnibus sanctis quæ
 fit illa latitudo & longitudo, & profunditas &
 20 sublimitas: Et cognoscere charitatem illam
 Christi omni cognitione superiore: vt im-
 pleamini ad omnem vsque plenitudinem illam
 21 Dei. Ei verò qui infinita cum redundantiã po-
 test omnia facere supra ea quæ petimus, aut mō-
 22 te concipimus, pro vt illa agente in nobis, Sit
 gloria in Ecclesia per Christum Iesum, in omnes
 ætates seculi seculorum, Amen.

Tria vlt. cap. præceptiones de morib. continent. i. hor-
tarur ad mutuam coniunctionem. 7. propterea varia
dona a Deo conferti, 16. vt ædificetur Ecclesia. 18. Re-
uocat ergo eos ab infidelium vanitate, 25. a mendacio,
29. & spurcitiæ sermonis.

PRECOR itaque vos ego captiuus in Domino,
vt ambuletis ita, vt dignum est uocatione
qua uocati estis, Cum omni modestia ac man-
suetudine, cum animi lenitate, tolerantés alij a-
lios per charitatem: Studentes seruare vnitatem
Spiritus per vinculum pacis. Vnum est corpus
& vnus Spiritus, sicut & uocati estis in vnâ spem
uocationis vestræ: Vnus Dominus, vna fides,
vnum Baptisma: Vnus Deus & Pater omnium,
qui est super omnia, & per omnia, & in omnib.
vobis. Sed vnicuiq; nostrum data est gratia pro
mensura doni Christi. Quapropter dicit, *Quis*
ascendisset in sublime, captiuam duxit captiui-
tatem, & dedit dona hominibus. Ceterum illud
Ascendit, quid est nisi quod etiam descenderat
prius in infimas partes terræ? Qui descendit, ipse
est qui etiam ascendit longè supra cælos, vt im-
pleret omnia. Dedit igitur ipse alios quidem A-
postolos: alios verò, Prophetas: alios aut, Euan-
gelistas: alios aut, Pastores & doctores. Ad co-
agumentationem sanctorum, ad opus ministerij, ad
ædificationem, inquam, corporis Christi. Do-
nec euadamus omnes in vnitatem fidei, & agni-
tionis filij Dei, in vni perfectum, ad mensuram
staturæ adulti Christi: Vt ne simus amplius pu-
eri, qui fluctuemus & circumferamur quouis
vento doctrinæ, in hominum alea, veteratoria
ad insidiosè fallendum versutia: Sed veritatem
sectantes cum charitate, profus adolescamus in
eum

eum per omnia qui est caput, nempe Christus:
 16 Ex quo totum corpus congruenter coagmentatum, & compactum per omnes suppeditas commissuras, ex vi intus agente pro mensura vniuscuiusque membri, incrementum capit corpori conueniens, ad sui ipsius extractionem per charitatem. Hoc itaque dico, & obtestor per Dominum, ne amplius versemini sicut reliquæ Rom. 2. 28
 17 Gentēs versantur in vanitate mentis suæ, Cogitationem habentes obscuratam, & abalienatam à vita Dei propter ignorantiam quæ est in
 18 ipsis, ex obduratione cordis eorum. Qui posteaquam dedoluerunt, semetipsos dediderunt proteritiæ, ad certatim patranda impuritatem omnem. Vos autem non ita didicistis Christum:
 19 Si modo eum audistis, & per eum edocti fuistis, sicut est veritas in Iesu: Nempè deponere quod Coloss. 3. 3
 20 ad pristinam conuersationem attinet, veterem illum hominem qui deceptricibus cupiditatibus corrumpitur: Renouari verò spiritu mentis vestræ, Et induere nouum illum hominem qui secundum Deum conditus est ad iustitiam & sanctimoniam veram. Quapropter deposito mendacio, loquimini veritatem quisque proximo suo. nam sumus alij aliorum membra. Irascimini, & ne peccate: ne sol occidat super iracundiam vestram: Neque date locum diabolo. Qui subrabatur non amplius furetur: sed potius laboret, operando manibus. quod bonum sit, ut possit imperari tiri cui opus fuerit. Nullus sermo corruptus ex ore vestro egreditor, sed si quis est commodus ad edificationis usum, ut gratiam auditoribus adferat. Et ne tristitia afficite Spiritum illum sanctum Dei, per quem ob signati estis in diem

redemptionis. Omnis amaritudo, & exandescencia, & ira, & clamor, & maledicentia, tollatur ex vobis, cum omni malitia. Sed estote alij in alios benigni, misericordes, condonantes vobis mutuo offensas, sicut & Deus in Christo condonauit vobis.

CAPVT V.

3. Et ne in vitijs quæ reprehendit, oscitanter suas admonitiones excipiant, 5. seuera denuntiatione eos terret. 8. stimulos etiam adhibet. 15. & a generali morum paranchi 22. ad specialem vxorum 25. & maritorum descendit.

Iohan. 13. 24

& 15. 12

1. Iohan. 3. 23

Supr. 4. 19.

Col. 3. 5

1. Theff. 2. 17

Matth. 14. 4

Mar. 3. 5

Luc. 11. 8

1. Theff. 2. 5

Estote igitur imitatores Dei, vt filij dilecti. Et versamini cum charitate, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem ac victimam Deo, in odorem bonæ fragrantia. Scortatio verò & omnis impuritas, aut auaritia, ne nominator quidem inter vos sicut decet sanctos: Et obscœnitas, & stultilolum, & dicacitas, quæ non conueniunt: sed potius gratiarum actio. Nam hoc nostrum scortatorem, aut impurum, aut auarum, qui est idololatra, habere hæreditatē in regno Christi & Dei. Ne quisquam vos seducat inanibus sermonibus, propter hæc enim venit ira Dei in homines contumaces. Ne igitur estote confortes eorum. Eratis enim olim tenebra, nunc autem lux in Domino: vt filij lucis incedite: (Nā fructus Spiritus situs est in omni bonitate & iustitia & veritate.) Probantes quid sit acceptum Domino. Et non commercium habere cum operibus illis in frugiferis tenebrarum, sed potius etiam arguite. Nam quæ occulte fiunt ab istis, turpe est vel dicere. Sed omnia dum arguitur,

tur, à luce manifesta fiunt. Lux enim illud est
 14 quod omnia facit manifesta. Quapropter dicit,
 Excitare qui dormis, & surge à mortuis, & illu-
 15 cescet tibi Christus. ^{Coloss. 4. 5} Videte igitur quomodo
 accuratè incedatis, non vt insipientes, sed vt sa-
 16 pientes: Redimentes occasionem, quoniam di-
 17 es mali sunt. ^{Rom. 12. 2} Propterea ne estote imprudentes,
 18 sed intelligentes quæ sit voluntas Domini. Et
 ne inebriamini vino, in quo luxus est, sed imple-
 19 mini Spiritu: Loquentes inter vos mutuò per
 psalmos & hymnos & cantiones spirituales: can-
 20 nentes & psallentes in corde vestro, Domino.
 Gratias agentes semper de omnibus, in nomine
 21 Domini nostri Iesu Christi, Deo & Patri. Sub-
 22 iecti alijs alijs, cum timore Dei. ^{Col. 3. 18} Vxores proprijs
 23 viris subiectæ estote, vt Domino: ^{Tit. 2. 5} Quoniam
 vir est caput vxoris, vt & Christus est caput Ec-
 24 clesie: & is est qui salutem dat corpori: Itaq; sic-
 ut Ecclesia subiecta est Christo, ita & vxores
 25 suis viris subiectæ sunt in omnibus. ^{Col. 1. 19} Viri dili-
 gite vxores vestras, sicut & Christus dilexit Ec-
 26 clesiam, & semetipsum exposuit pro ea, Vt eam
 sanctificaret, postquam eam purgasset lauacro
 27 aquæ per Verbum: Vt sifteret eam sibi glorio-
 sam, id est, Ecclesiam non habentem maculam,
 aut rugam, aut quicquam eiusmodi, sed vt esset
 28 sancta & inculcata. Ita debent viri diligere suas
 vxores, vt sua ipsorum corpora, qui diligit suam
 29 vxorem, seipsum diligit. Nullus enim vnquam
 suam ipsius carnem odio habuit, imò enutrit ac
 30 touet eam, sicut & Dominus Ecclesiam: Quo-
 31 niam membra sumus corporis eius, ex carne eius
 & ex ossibus eius. ^{Gene. 2. 24.} Propterea derelinquet ho-
 mo patrem ac matrem, & agglutinabitur vxori
^{Matth. 19. 5}
^{Marc. 10. 7}
^{1. Cor. 6. 18}

suæ: & qui duo erant, sient vna caro. *Mysteriũ* hoc magnum est: loquor autem de Christo & de Ecclesia. Itaq; & vos singuli ita facite, suam quisque vxorem ita diligat, vt seipsum: vxor autem videat, vt reucreatur virum.

CAPVT VI.

1. Subiicit præcepta de liberorum s. seruatorum o. dominorum officiis. 10. Deinde proponit quam ætis pater gna fideiibus sit proposita: 13. quibus armis in ea viuentium. 21. postremo Tychicum commendat.

Coloss. 3. 20

Exod. 20. 12

Deut. 5. 16

Ecl. 3. 10

Matth. 15. 4

Mar. 7. 10

Coloss. 3. 22

Tit. 2. 9

1. Pet. 2. 18

Deut. 10. 17

2. Par. 19. 7

Job. 34. 19

Sapient. 6. 8

Ecl. 35. 16

Act. 10. 34

Rom. 2. 11

Gal. 2. 6

Col. 3. 25

1. Pet. 1. 17

Liberi auscultate in Domino parentibus vestris: id enim est iustum. ¹ Honora patrem tuum & matrem tuam: (quod est præceptum primum cum promissione.) Vt bene tibi sit, & sis longæuus super terram. Et vos patres, ne ⁴ prouocate ad iram liberos vestros: sed enutrite eos in doctrina & monitis Domini. ⁵ Serui auscultate ijs qui vestri domini sunt secundum carnem, cum timore ac tremore, cum simplicitate cordis vestri, vt Christo. Non ad oculum seruientes, vt qui hominibus placere student: sed vt serui Christi, facientes ex animo quæ vult Deus: Cum beneuolentia seruientes Domino, & non hominibus. Vt qui illud sciatis, singulos, quicquid fecerint boni, hoc reportaturos à Domino, siue seruus fuerit, siue liber. Et vos domini eadem facite erga illos, remisissis minis: scientes vestrum etiam ipsorum Dominum esse in caelis, nec personæ respectum esse apud eum. Quod si superest, fratres mei, corroboremini per Dominum, & forte ipsius robur: Induite vniuersam illam armaturam Dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli. Quoniam non est nobis *luctra* aduer-

9 aduersus sanguinem & carnem, sed aduersus Supr. 2. 1]
 imperia, aduersus potestates, aduersus mundi
 dominos, rectores tenebrarum seculi huius, ad-
 uersus spirituales malitias quæ sunt in sublimi-
 13 Propterea assumite vniuersam illam armaturam
 Dei, vt possitis resistere tempore aduerso, & o-
 14 mnibus confectis stare. State igitur lumbis cir-
 cumcinctis veritate, & induti thorace iustitiæ:
 15 Calceatis pedibus præparatione Euangelij pa-
 16 cis. Insuper assumpto scuto fidei, quo possitis
 17 omnia iacula mali illius ignita extinguere. Ga-
 leam etiam salutarem accipite, & gladium spiri-
 18 tualem, hoc est, verbum Dei: Omni prece & sup-
 plicatione, precantes omni tempore per Spiri-
 tum, & illi ipsi rei inuigilantes cum omni per-
 feuerantia & supplicatione pro omnibus san-
 19 ctis, Et pro me, vt mihi detur sermo ad apertio-
 nem oris mei cum libertate, vt notum faciam
 20 mysterium Euangelij. Cuius causa legatione
 fungor in catena, vt, inquam, de eo liberè loquar
 21 sicut oportet me loqui. Vt autem sciatis & vos
 res meas, & quid agam, omnia vobis nota faciet
 Tychicus, charus frater & fidus minister in Do-
 22 mino: Quem misi ad vos ob id ipsum, vt cog-
 noscat res nostras, & consoletur corda vestra.
 23 Pax sit vobis fratribus, & charitas cum fide à
 24 Deo Patre & Domino Iesu Christo. Gracia sit
 cum omnibus diligentibus Dominum nostrum.
 Iesum Christum ad immortalitatem. Amen.

Missa fuit Roma ad Ephesios
 per Tychicum.

EPISTOLA PAULI

APOSTOLI AD PHILIPPENSES.

CAPVT I.

3. De pio animi sui erga Philip. affectu testatus, 10. de se & de suis vinculis tractat. 22. & eos suo exemplo incitat, 27. hortaturque ad vnitatem 28. & patientiam.

PAVLVS & Timotheus serui Iesu Christi, omnibus sanctis in Christo Iesu qui sunt Philippis, vnâ cū episcopis ac diaconis: Gratia vobis & pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo. Gratias ago Deo meo cū summa memoria vestri, (Semper in omni precatione mea pro omnibus vobis cum gaudio precans faciens.) Super vestri in Euangelio participatione, à primo die vsq; ad hoc tempus: Per suasum habens hoc ipsum, fore vt qui cœpit in vobis opus bonum, perficiat vsque ad diem Iesu Christi: Sicut iustum est, vt ego id sentiam de omnibus vobis, propterea, quòd animo teneam vos, & in vinculis meis, & in defensione & confirmatione Euangelij, vos, inquam, omnes vnâ mecum fuisse gratiæ meæ participes. Testis enim mihi est Deus, quàm propensè amem vos omnes in visceribus Iesu Christi: Et hoc precor, vt charitas vestra adhuc magis ac magis redundet in cognitione & omni sensu: Vt dignoscatis quæ discrepant, vt sitis sinceri, & in offensus cursu pergatis ad diem vsq; Christi: Pleni fructibus iustitiæ, qui insunt vobis per Iesum Christum, ad gloriã & laudē Dei. Velim autē vos scire, fratres, quæ mihi acciderunt, magis ad profectum Euangelij

- 13 gelij euenisse: Adeò vt vincula mea in Chri-
 sto celebra sint in toto prætorio, ac reliquis
 14 omnibus locis: Et plerique ex fratribus in
 Domino, freti vinculis meis, magis audeant
 15 impaudè Sermonem loqui. Ac nonnulli
 quidem per inuidiam & contentionem, non-
 nulli verò etiam propensa voluntate Christū
 16 prædicant: Alij quidem, inquam, per contē-
 tionem Christum annuntiant non purè, exi-
 stimantes sese afflictionem addere vinculis
 17 meis: Alij rursus ex charitate, scientes me ad
 defensionem Euangelij constitutum esse.
 18 Quid igitur! attamè quouis modo, siue in spe-
 ciam, siue sincerè Christus annuntiat, de
 hoc quoque gaudeo, atque etiam gaudebo.
 19 Noui enim fore vt hoc mihi cedat saluti per
 vestras preces, & subministrationem Spiritus
 20 Iesu Christi, Secundum intentam expecta-
 tionem & spem meam, quòd nulla in re pude-
 fiam, sed cum omni libertate, vt semper, ita
 nūc quoque magnificabitur Christus in cor-
 21 pore meo, siue per vitam, siue per mortē. Mi-
 hi enim est Christus & in vita & in morte lu-
 22 crum. Vtrū verò viuere in carne mihi ope-
 23 raprecium sit, & quid eligam, ignoro. Coar-
 ctorem enim vtrinque, desiderans migrare, & esse
 24 cum Christo: nam id longè optimum est: Sed
 permanere in carne, magis necessariū est pro-
 25 pter vos. Et hoc confisus, noui me mansu-
 rum ipse, & vnà permansurum cum vobis o-
 mnibus ad vestrum profectum & gaudium si-
 26 dei. Vt abundet gloriatio vestra in Christo
 Iesu de me, mea rursus apud vos præsentia.
 27 Tantū vt dignum est Euangelio Christi vos
 gerite

dissolui. v. 22
proceden

gerite, vt siue venero & videro vos, siue absens
 fuero, audiam de rebus vestris, vos perstare in
 vno Spiritu, vno pariter animo decertantes per
 fidem Euangelij. Nec vlla in re territos ab iis²⁸
 qui se opponunt: quod illis quidem est exitus
 iudicium, vobis autem salutis: idque à Deo.
 Quia vobis datum est in Christi negotio, non²⁹
 solum in eum credere, sed etiam pro eo affligi:
 Idem certamen sustinēdo quale vidistis in me,³⁰
 & nunc auditis de me.

CAPVT II.

1. Obtestatur eos vt nihil prius habeant 3. humilitate: 6 idque exemplo Christi 19. Timotheum se illis breui missurum promittit, 26 & moram Epaphroditum excusat.

SI qua igitur cōsolatio est in Christo, si quod i
 solatium charitatis, si qua communio spiri-
 tus, si quæ viscera ac miserationes, Explete me-
 um gaudium, vt itidem sitis affecti, eandem cha-
 ritatem habentes, vnanimes, & sententiis vni.
 Nihil gerite per contentionem aut per inanem 3
 gloriam, sed ex modestia alium quisque se pre-
 stantiorē existimet. Ne sua quisque specte- 4
 tis, sed vnusquisque etiam quæ sunt aliorum.
 Itaque is sit affectus in vobis qui fuit & in Chri- 5
 sto Iesu: Qui quum esset in forma Dei, non 6
 duxit rapinam, parem esse cum Deo. Sed ipse 7
 se exinaniuit, forma serui accepta, similis ho-
 minibus factus: Et habitu compertus vt ho- 8
 mo, ipse se summisit, factus obediens vsque ad
 mortem, mortem autem crucis. Quapropter 9
 etiam Deus ipsum in summam extulit sublimi-
 tatem, ac donauit ei nomen quod est supra o-
 mne

- 10 nomen: Ut ad nomen Iesu omne genu se-
 flectat cœlestium ac terrestrium & subterra-
 11 neorum: Omnisq; lingua confiteatur Domi-
 num esse Iesum Christum, ad gloriam Dei Pa-
 12 tris. Proinde, dilecti mei, sicut semper obedi-
 stis, non ut in presentia mea solum, sed nunc
 multo magis in absentia mea, cum timore ac
 tremore vestram ipsorum salutem conficite.
 13 Deus enim is est qui efficit in vobis & ut velitis
 & ut efficiatis, pro gratuita sua beneuolentia.
 14 Omnia facite absque murmurationibus ac dis-
 15 ceptationibus: ^{Matth. 5. 14} Ut sitis irreprehensi & sice-
 ri, filij, inquam, Dei inculpati, in medio natio-
 nis prauæ ac peruersæ: inter quos homines
 16 splenderis ut luminaria in mundo, Sermo-
 nem vitæ prætendentia: ut gloriari possim in
 die Christi me non frustra cucurrisse, nec in
 17 vanum laborasse. Quin etiam si pro libamen-
 to offerar super hostia sacrificioque fidei ve-
 18 stræ, gaudeo & gratulor omnibus vobis. Iti-
 dem autem & vos gaudete, & gratulamini mi-
 19 hi. Spero autem in Domino Iesu, me ^{Timo. Act. 16. 1}
 theumbreui missurum vobis, ut & ego bono fim
 20 animo, cognito statu vestro. Neminem enim
 habeo pari animo præditum, qui germanè res
 21 vestras curaturus sit. ^{1. Cor. 10. 24} Nam omnes quæ sua i-
 psorum sunt querunt, non quæ Christi Iesu.
 22 Porro probationem eius nostis, quod veluti
 cum patre filius, mecum seruiert in Euæglio.
 23 Hunc igitur spero me missurum simulatque vi-
 24 dero rerum mearum statum. Confido au-
 tem in Domino, me quoque citò venturum ad
 25 vos. Sed necessarium duxi, Epaphroditum
 fra-

fratrem & collegam ac cōmilitonem meum,
 vestrum autem legatum, quiq̄ue mihi submi-
 nistruit quibus mihi opus erat, ad vos mitte-
 re. Quoniam expetebat omnes vos, & grauif. 26
 simè angebatur propterea quòd audissetis eū
 ægrotasse. Et certè ægrotauit proximè mor- 27
 tē. sed Deus misertus est eius: nec eius solū,
 sed & mei, ne dolorem haberem super dolore.
 Eò studiosius itaque eum mihi, vt quum vide- 28
 ritis eum rursus, gaudeatis, & ego magis va-
 cem dolore. Excipite igitur eum in Domino 29
 cum omni gaudio: & tales in pretio habete.
 Nam propter opus Christi accessit ad mortē 30
 vsque, nō habita vitæ ratione, vt suppleret de-
 fectum vestri erga me officij.

CAPVT III.

2. Refellit inanes pseudoapostolorum instantias 7 &
 illis vnum Christum opponit. 10 vim & naturam s̄
 c̄i describit, 15 vt polthabitis omnibus, aspirent ad
 communicationem crucis Christi: 18 cuius iunior
 eos noiat.

Quod superest, fratres mei, gaudete in Do- 1
 mino. Eadem scribere vobis, me quidem
 haud piget, vobis autem tutum est. Cauete 2
 canes, caute malos operarios, caute concisi-
 onem. Nos enim sumus circumcisio, qui spi- 3
 ritu seruiamus Deo, & gloriamur in Christo
 Iesu, nec confidimus in carne: Quanquam e- 4
 go habeo de quo confidam etiam in carne. Si
 quisquam alius videtur fiduciã habere in car-
 ne, ego maximè habeo: Circuncisus octauo 5
 die, ex gente Israelis, tribu Benjamin, Hebra-
 us ex Hebrais, religione Phariseus: Quod 6
 ad

ad zelum attinet, persequens Ecclesiam: quod
 ad iustitiam quæ est in Lege, irreprehensus.
 7 Sed quæ mihi erant lucra, ea duxi propter
 8 Christum damnum esse. Quinetiam certè
 duco omnia damnum esse propter eminentiam
 cognitionis Christi Iesu Domini mei: propter
 quem omnibus istis meipsum multavi, eaque
 duco pro stercore, ut Christum
 9 lucrificem. Et compertar in eo, non habens
 meam iustitiã, nempe quæ est ex Lege, sed eam
 quæ per fidem est Christi, id est, iustitiam quæ
 10 est ex Deo per fidem. Ut cognoscam eum, &
 vim resurrectionis ipsius, & communionem
 perfectionum ipsius, dum cõformis fio ipsius
 11 morti: Experiens equo modo perveniam ad
 resurrectionem mortuorum: Nedum ut iam
 12 metam apprehenderim, aut iam perfectus sum:
 sed persequor experiens an quoque apprehendam,
 cuius etiam rei causa apprehensus sum à Christo Iesu.
 13 Fratres, ego meipsum nondum arbitror metam
 apprehendisse. Vnum autem ago, ea quidem quæ à tergo
 sunt obliuiscens, ad ea verò quæ à fronte sunt
 14 tendens, scopum versus feror ad palmam supernæ
 vocationis Dei, in Christo Iesu. Quotquot
 itaque perfecti sumus, hoc sentiamus: quòd siquid
 aliter sentitis, hoc quoque vobis
 15 Deus retegat. Attamen in eo ad quod pervenimus,
 eadem incedamus regula, & itidem firmus affecti.
 16 Estote simul imitatores mei, fratres, & eos
 considerate qui ita incedunt sicut habetis nos
 pro exemplari. Nam complures incedunt, quos
 sæpe dixi vobis, nunc autem & 17
 18 stens dico, hostes esse crucis Christi. Quo, Rom. 16 17
 rum

1. Cor. 1. 3
Tit. 2. 12

rum finis est exitium: quorum Deus est venter, & gloria cū cōfusione ipsorū: qui terrestria curant. Nos enim vt municipales ccelorum nos ²⁰ gerimus: vnde etiā Seruatorē expectamus Dominū Iesum Christū. ²¹ Qui trāsformabit corpus nostrum humile, vt conforme fiat corpori suo glorioso, pro efficacitate qua potest etiam subiicere sibi omnia.

CAPVT III.

1. A particularib. monitis, 4 ad generalia descendit. 10 Eorum liberalitate ita quidem se fuisse exultatum dicit. 12 vt patienter defectum laturus fuerit.

Apoc. 3. 6. &
10. 8. & 21. 27

ITaque, fratres mei chari & exoptati, gaudium ¹ & corona mea, ita state in Domino, dilecti. Euodiam precor & Syntychen precor vt sint ² i. 2 tidē affecti in Domino. Et rogo te quoq; ³, sic ³ cie germane, opitulare ipsis, vt quæ in Euangelio vnā cum Clemente quoque & reliquis adiutoribus meis, ⁴ quorū nomina sunt in libro vitæ. Gaudete in Domino semper: rursus in quā ⁴ gaudere. Moderatio vestra nota sit omnibus ⁵ hominibus. Dominus propè est. De nulla re ⁶ solliciti estote: sed omni in re precibus & supplicatione cum gratiarū actione petitiones vestræ innotescant apud Deum. Et pax Dei quæ ⁷ superat omnem intellectum, praesidio erit cordibus vestris, & mentibus vestris in Christo Iesu. Quod reliquū est, fratres, quæcunq; sunt ⁸ vera, quæcunq; veneranda, quæcunq; iusta, quæcunq; pura, quæcunq; amabilia, quæcunq; boni nominis, si qua virtus, & si qua laus est, hæc cogitare. Quæ & didicistis, & accepistis, ⁹ & audistis, & vidistis in me, hæc, inquam, facite, & Deus pacis auctor erit vobiscū. Gaudius ¹⁰ sum

10 sum autem in Domino magnopere quod iam
 tandem reuivistis in vestra pro me cura: qua de
 re tamen solliciti eratis, sed destituebamini op-
 11 portunitate. Non quod penuriae meae res-
 etu loquar: nam ego didici, in quibus sum, in
 12 ipsis contentus esse. Noui autem deprimi, no-
 ui etiam abundare: ubiq; & in omnibus initia-
 tus sum, & ad saturitatem & ad esuritionem, id
 13 est, tum ad abundantiam, tum ad inopiam: Om-
 nia valeo per Christum qui me corroborat.
 14 Attamen rectè fecistis quod simul communi-
 15 castis mee oppressioni. Nostis autè & vos, Phi-
 lippenſes, quum initio Euangelij proficisceret
 è Macedonia, nullam mihi Ecclesiam cõmuni-
 16 casse in ratione dati & accepti, nisi vos solos.
 Nam etiam Thessalonicam semel & iterum
 17 quod opus erat, mihi misistis. Non quod
 requiram donum: sed requiro fructum exube-
 18 ranrem, qui in rationem vestram inducatur.
 Accepi autem omnia, & abundo: expletus sum,
 19 inquam, acceptis ab Epaphrodito qua à vobis
 missa fuerunt, odore bonæ fragrantiae, hostia
 20 Deo accepta ac grata. Deus autem meus sup-
 plebit quicquid opus fuerit vobis, secundū di-
 21 uitias suas, gloriôsè, in Christo Iesu. Deo au-
 tem & Patri nostro sit gloria in secula seculo-
 22 rum. Amen. Salutate omnes sanctos in Chri-
 sto Iesu. Salutant vos qui mecum sunt fratres.
 23 Salutant vos omnes sancti, maximè verò qui
 sunt ex Cæsaris domo. Gratia Domini no-
 stri Iesu Christi cum omnibus vobis. Amen.

Ad Philippenſes scripta est Roma
 per Epaphroditum.

EPISTOLA PAULI APOSTOLI AD CO- LOSSENSIS.

CAPVT I.

1. Post inscriptionem 4 illos laudat vt attentos faciat ad se audiendum. 7 testimonium doctrinae quae ab Epaphra audierant, reddit. 13 Diuinam erga eos gratiam eius elogiis praedicat. 20 & omnes nostrae salutis partes in solo Christo omnino sitas esse, exponit.

PAULVS Apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei, & Timotheus frater, qui sunt Colossis sanctis ac fidelibus fratribus in Christo: Gratia sit vobis & pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo. Gratias agimus Deo & Patri Domini nostri Iesu Christi, semper pro vobis precantes: Audita fide vestra in Christo Iesu, & charitate in omnibus sanctos. Propter spem sepositam vobis in caelis: quam prius audistis per sermonem veritatis, id est, Euangelij, Quod peruenit ad vos, sicut & in totum mundum, & fructum profert, sicut apud vos quoque, ex quo die verè audiistis & cognouistis Dei gratiam. Sicut & didicistis ex Epaphra dilecto conseruo nostro, qui est fidus pro vobis minister Christi: Qui & declarauit nobis vestram per Spiritum charitatem. Propterea & nos ex quo die id audiuius, non desinimus pro vobis orare, & petere vt impleamini omni agnitione voluntatis eius, cum omni sapientia & intelligentia spirituali: Vt incedatis sicut Domino dignum est, vt per omnia placeatis, omni opere bono fru-

- fructum proferentes, & crescentes in agnitionē
 11 Dei. Omni robore corroborati, secundū glo-
 riosam vim ipsius, ad omnem tolerantiam &
 12 animi leuitatem cum gaudio. Gratias agen-
 tes Patri, qui idoneos nos fecit ad participan-
 13 dam sortem sanctorum in luce: ¹ Qui, in quā, Matt. 3. 17 & 17. 5
 liberauit nos à potestate tenebrarum ac trans- 2. Pet. 1. 7
 14 tulit in regnum Filij sibi dilecti. In quo ha-
 bebimus redemptionem per sanguinē ipsius, id
 15 est, remissionem peccatorum. ² Qui est imago Heb. 2. 3
 Dei inconspicui, primogenitus omnis rei crea-
 16 tæ: ³ Nam per eum condita sunt omnia quæ in Iohan. 1. 3.
 cælis sunt & quæ in terra, visibilia & inuisibi-
 lia, siue throni, siue dominia, siue imperia, siue
 potestates: omnia, inquam, per eum & eius re-
 17 spectu condita sunt. Estq; ipsè ante omnia, &
 18 omnia per eum consistunt. Estq; caput cor-
 poris Ecclesiæ, principium ⁴ & primogenitus 1. Cor. 15. 21
 19 ex mortuis, vt in omnib. primas teneat. ⁵ Quo-
 niã in eo placuit Patri vt omnis plenitudo in- Apoc. 1. 5
 20 habitaret: Et pace per sanguinem crucis eius Iohan. 1. 14
 facta, per eum recõciliare omnia sibi, per eum, Infra 2. 9
 inquam, tum quæ in terra, tum quæ in cælis.
 21 Itaque vos quondam ab alienatos & hostes,
 mente operibus malis intenta, nunc sanè recõ-
 22 ciliauit. In corpore illo carnis suæ, per mor-
 tem: vt sifteret vos sanctos & irreprehensos &
 23 inculpato coram se. Siquidem permanetis in
 fide fundati & firmi, nec dimouemini à spe Eu-
 angelij quod audistis, Euangelij, inquam, præ-
 24 dictati omni creaturæ quæ sub cælo est: cuius
 factus sum ego Paulus minister: Qui nunc
 gaudeo de iis quæ patior pro vobis, & reli-
 quias afflictionum Christi vicissim expleo in

Rom. 16. 25
 Ephes. 2. 9
 2. Tim. 1. 10
 Tit. 1. 2
 1. pet. 1. 20

carne mea, pro corpore ipsius, id est, Ecclesia. Cuius Ecclesie factus sum minister, ex dispensatione Dei quæ data est mihi erga vos, ad implendum Dei sermonem: Nempè mysterium absconditum à seculis & aetatibus, nunc autem illud patefactum est sanctis eius, Quibus voluit Deus notum facere quæ sint divinitæ gloriose huius mysterij inter Gentes, id est, Christi inter vos, qui est spes illa gloriæ: Quemque nos annuntiamus, admonentes quemvis, & quemvis erudientes omni sapientia: ut quemvis fistamus perfectum in Christo Iesu. Ad quod etiam enitor, decertans secundum efficacitatem ipsius agentem in me potenter.

CAPVT II.

4. Vanitatis damnat quicquid est extra Christum, 11 Nominatim de Circumcisione, 16 ciborum abstinentia, 18 Angelorum cultu loquitur. 20 Vnde constituit a Decretis per Christum liberatos esse.

Velim enim vos scire quantum certamè sustineam pro vobis & iis qui sunt Laodiceæ, & quotquot non viderunt faciem meam in carne: Ut consolationem accipiant eorum corda, ipsis charitate compactis, & omni opulentia certò persuasæ intelligentiæ, ad cognitionem mysterij Dei & Patris, & Christi: In quo sunt omnes thesauri sapientiæ ac cognitionis absconditi. Hoc autem dico, ne quis vobis imponat probabilitate sermonis. Et si enim corpore absum, spiritu tamen sum vobiscum, gaudens ac cernens vestrum ordinem, & soliditatem vestræ in Christum fidei. Sicut igitur accepistis Christum Iesum Dominum, ita

- 7 ita in eo incedite: Radicati & superstructi
 in eo, ac confirmati fide, sicut edocti estis, ab-
 8 undantes ea cum gratiarum actione. Vide-
 te ne quis sit qui vos deprædetur per philoso-
 phiam & inanem deceptionem, secundum
 traditionem hominum, secundum elemen-
 ta mundi, & non secundum Christum.
 9 Nam in eo inhabitat omnis plenitudo deita-
 10 tis corporaliter: Et estis in eo completi qui
 11 est caput omnis imperij ac potestatis: In quo
 etiam circumcisi estis ² circumcissione quæ fit Rom. 2. 29
 sine manibus, dum corpus carnis peccato ob-
 noxiæ exuistis per circumcissionem Christi:
 12 ³ Consepulti cum eo per Baptismum, per quæ Rom. 6. 4
 etiam cum eo resurrexistis, per fidem Dei effi- Ephes. 2. 6
 caciter agentis, qui excitauit eum ex mortuis,
 13 ⁴ Vosque mortuos in peccatis & præputio Ephes. 2. 8
 carnis vestræ, cum eo viuificauit, condona-
 14 tis vobis omnibus peccatis, ⁵ Ac deleto quod Ephes. 2. 15
 aduersus nos erat rituum chirographo: quod,
 inquam, erat nobis contrarium, ipse verò
 15 cruci affixum è medio sustulit: Et expolia-
 ta imperia ac potestates traduxit palam tri-
 16 umphatis illis per eam. Nequis igitur vos
 damnet ob cibum, vel potum, aut respectu
 diei festi, aut nouilunij, aut Sabbathorum:
 17 Quæ sunt verba rerum futurarum, at cor-
 18 pus est Christi. Nullus voluntarius mode-
 rator de vobis statuat ex subiectione & cul-
 tu Angelorum: sese ingerens in ea quæ non
 vidit, & temerè turgens carnis suæ sensu.
 19 Neque obtinens caput, ex quo totum corpus
 per commissuras & compages suppeditatū &
 20 compactum, augetur Dei augmento. Itaque

si mortui cum Christo, liberi estis ab elementis mundi, quid ut viuentes in mundo, ritibus oneramini, Ne attigeris, neque gustaris, neque cōtrectaris. Quæ omnia ipso vsu pereunt, præscripta ex mandatis & doctrinis hominum. Quæ rationem quidem habent sapientiæ in cultu voluntario & summissione animi, & in eo quod corpori non parcant: non tamen vilius sunt pretij, quum ad ea spectent quibus farçitur caro.

CAPVT III.

Terrens exercitiis quæ pseudoapostoli vrgebāt 2 cœlestia opponit. & a Mortificatione carnis ordinat. 3 vnde deducit particulares exhortationes 4 8 & particularia officia quæ ex singulorum vocatione pendunt.

Ephes. 5.3

Itaque si resurrexistis cum Christo, superna 1
 Inquire, vbi Christus est ad dextram Dei sedens: Supernas curate, non terrestria. Nam 2
 mortui estis, & vita vestra abscondita est cum 3
 Christo in Deo. Quando Christus vita illa 4
 nostra, patefactus fuerit, tum & vos cum patefietis gloriosi. Mortificate igitur membra 5
 vestra terrestria, scortationem, impuritatem, mollitiem, cupiditatem malam, & avaritiam, quæ est idololatria: Ob quæ venit ira Dei in 6
 filios cōtumaces. Quibus in vitiis & vos ver- 7
 sabimini quondam, quum in iis viueretis. At 8
 nunc deponite etiam vos hæc omnia, iram, excandescentiam, malitiam, maledicentiam, verborum turpitudinem ab ore vestro. Ne mē- 9
 timini alius aduersus aliū, quū exueritis veterē illum hominē cū factis ipūs: Et indueritis 10
 nouū illum, qui renouatur in agnitionem cō-
 gruē-

- gruentem imagini eius qui ipsum condidit.
- 11 Vbi non est Græcus & Iudæus, Circumcisio & Præputium, barbarus, Scythæ, seruus, liber: sed
- 12 omnia & in omnibus Christus. Induimini igitur, vt electi Dei, sancti & dilecti, visceribus miserationum, benignitate, modestia, mansuetudine, lenitate. Tolerantes alij alios, & condonantes vobis mutuo, si quis aduersus, aliquem habuerit querelam, sicut & Christus condonauit vobis, ita & vos, Ad hæc autem omnia induimini charitate, quæ est vinculum perfectionis. Et pax Dei imperet in cordibus vestris, ad quam etiam vocati estis in vnum corpus: & gratiosi estote. Sermo Christi inhabitet in vobis copiose, cum omni sapientia docendo & commonefaciendo vos mutuo psalmis, hymnis & canticis spiritualibus, cum gratia canentes in corde nostro Domino. ^{Et 1. Cor. 10. 31} quicquid egeritis sermone aut facto, in nomine Domini Iesu facite, gratias agentes Deo & Patri per eum. ^{Vxores, subiectæ estote pro-} Ephes. 5. 22
- 18 ^{Patri per eum.} ^{Vxores, subiectæ estote pro-} Ephes. 5. 22
- 19 ^{priis viris, vt conuenit in Domino.} ^{Viri, diligite vxores, & ne fitis aduersus eas amarulæ.} 1. Pet. 3. 1
- 20 ^{ti.} ^{Liberi, auscultate parentibus in omnibus:} Ephes. 6. 1
- 21 ^{hoc enim gratum est Domino.} ^{Patres, ne iritate liberos vestros: ne despondeant animam.}
- 22 ^{Serui, auscultate per omnia iis qui domini} Ephes. 6. 3
- 23 ^{sunt secundum carnem, non obsequiis ad oculum exhibitis, vt qui hominibus placere student, sed cum simplicitate cordis, timentes Deum. Et quicquid feceritis, ex animo facite, tanquam Domino & non hominibus. Scientes vos à Domino recepturos mercedem hereditatis:} Tit. 2. 9
- 24 ^{Domino & non hominibus. Scientes vos à Domino recepturos mercedem hereditatis:} 1. Pet. 2. 18
- 25 ^{nam Domino Christo seruitis. Qui verò iniuriam}

injuriam intulerit, referet iniuriam quam intulerit: neque est personarum respectus.

CAPVT IIII.

1. Ad generales exhortationes redit, 3. & precandis diuini & ac sermonis suauitatem præcipit. 7. postremo commendationes & salutationes subiungit.

Luce. 18. 1
2. Theff. 5. 17
Ephes. 6. 18
1. Theff. 3. 1

Ephes. 7. 19

VOS domini, aequitatē & equabilitatem seru-
uis exhibete, scientes vos quoque habere
Dominum in cœlis: ¹In precibus perdurate, ²
in uigilantes iis cum gratiarum actione: ³Pre-
cantes simul etiam pro nobis, ut Deus aperiat
nobis ostium sermonis, ut loquamur mysteriū
Christi, propter quod etiā sum uinctus: Ut, ⁴
inquam, illud patefaciam sicut oportet me lo-
qui. ⁵Sapienter uos gerite erga extraneos, op-
portunitatem redimentes. Sermo uester sem-
per cum gratia sit sale cōditus, ut sciatis quo-
modo oporteat uos unicuique respondere.
Res meas omnes uobis notas faciet Tychicus
dilectus frater, & fidus minister, ac conseruus
in Domino: Quem misi ad uos ob hoc ipsum
ut cognoscat res uestras, & corda uestra conso-
letur: Cum Onesimo fido & dilecto fratre, ⁹
qui est ex uobis. Omnia igitur uobis exponent
quæ hic aguntur. Salutatur uos Aristarchus ¹⁰
meus in captiuitate socius, & Marcus conso-
brinus Barnabæ, de quo accepistis mandata: si
uenerit ad uos, excipite eū. Et Iesus qui voca-
tur Iustus, qui sunt ex circūcisione: hi soli ad-
iutores in regno Dei, fuere mihi solatio. Salu-
tat uos Epaphras, qui ex uobis est, seruus Christi, ¹²
semper decertans pro uobis in precibus, ut ste-
tis perfecti & completi in omni uolūate Dei.
Hoc

13 Hoc enim de eo testor, eum multo vestri stu-
 dio ardere, & eorum qui sunt Laodiceæ, & eo-
 14 rum qui Hierapoli. Salutat vos Lucas medi-
 15 cus ille dilectus, & Demas. ^{2. Tim. 4. 18} Salutate fratres
 qui sunt Laodicea, & Nymphan, & Ecclesiam
 16 quæ in domo illius est. Et quum perlecta fu-
 erit apud vos epistola, facite vt etiam in Lao-
 17 dicensium Ecclesia recitetur: & eam quæ scri-
 pta est ex Laodicea, vt vos quoque legatis. Et
 18 dicite Archippo, Vide vt ministerium quod
 accepisti à Domino, impleas. Salutatio mea
 manu Pauli. Memores estote vinculorū meo-
 rum. Gratia sit vobiscum. Amen.

Scripta est ad Colossenses Roma, per Ty-
 chicum & Onesimum.

EPISTOLA PAVLI APOSTOLI AD THES- SALONICENSES I.

CAPVT I.

1. Gratiarum actionem ideo præponit 4 vt Dei bene-
 neficiū esse admoneat quicquid prædicat in ipsis laude
 dignum 8 & quod reliquis exemplum facti sunt.

1 **P**AVLVS & Siluanus & Timotheus Ec-
 clesie Thessalonicensium, quæ est à Deo
 Patre, & Domino Iesu Christo, Gratia
 sit vobis & pax à Deo Patre nostro, & Domi-
 2 no Iesu Christo. Gratias agimus Deo sem-
 per de omnibus vobis mentionem vestri fa-
 3 cientes in precibus nostris: Indefinenter me-
 moria repetentes efficacem vestram fidem,
 & laboriosam charitatem, & tolerantem il-
 lam

Iam spem in Domino nostro Iesu coram Deo
 & Patre nostro. Ut qui sciamus, fratres di-⁴
 lecti, vos esse à Deo electos: Quoniam Euan-⁵
 geliū nostrum cōstitit apud vos non loquuti-
 one duntaxat, sed etiam virtute, cum in Spiri-
 tu sancto, tū in certa persuasione multa: sicut
 nostis quales fuerimus inter vos vestra causa.
 Et vos imitatores nostri facti fuistis & Domi-⁶
 ni, recepto sermone cum oppressione multa,
 cum gaudio Spiritus sancti: Aded vt fueritis ⁷
 exemplaria omnibus credentibus in Macedo-
 nia & in Achaia. A vobis enim non solū ⁸
 personuit sermo Domini in Macedonia & A-
 chaia, verum etiā in omni loco fides vestra quæ
 est in Deum, dimanauit, vt necesse non habe-
 amus quicquam loqui: Siquidem ipsi de no-⁹
 bis annuntiāt, qualem ingressum habuerimus
 ad vos, & quomodo conuersi fueritis ad Deū,
 relictiis idolis, vt seruiretis Deo viuo & vero.
 Et expectaretis Filium è cœlis, quem excitauit ¹⁰
 à mortuis, nempe Iesum, qui liberat nos ab ira
 illa ventura.

CAPVT II.

¹ Declarat quanta fide ipsis Euang. prædicarē & ne-
 que lucrum & aut gloriam quaerit, ¹⁰ idque eorum
 testimoniō probat: ¹⁴ & quod ipsi infracto animo
 persecutiones à suis tulerint. ¹⁷ Additē magno illos
 visendi desiderio tenet.

AA. 16. 22

NAm ipsi nostis, fratres, ingressum nostrum
 ad vos non fuisse vanum: Imò etiā quum ²
 antè afflictī fuissetis, & contumeliis affecti
 Philippis, sicut nostis, libertate vsi sumus in
 Deo nostro, ad annuntiandū apud vos Euāge-
 lium

- 3 lium Dei cum multo certamine. Exhortatio
 enim nostra non fuit ex impostura, neq; ex im-
 4 puritate, neque cum dolo: Sed sicut placuimus
 Deo quibus crederetur Euangelium, ita loqui-
 mur, non vt hominibus placentes, sed Deo qui
 5 approbat corda nostra. Neque enim vquam
 sermone assentatorio vsi sumus, sicut nostis, nec
 auaritiæ causa quicquam pratexuimus: Deus
 6 testis est. Neque ex hominibus quærentes glo-
 riam, nec à vobis, nec ab alijs, quum possemus
 7 oneri esse, vt Apostoli Christi: Sed fuimus
 placidi in medio vestri, vt si nutrix foueat suos
 8 scetus. Ita cupidi vestri, auebamus impertiri
 vobis non solum Euangelium Dei, sed etiam
 nostras ipsorum animas, quòd chari nobis esse-
 9 tis. Meministis enim, fratres, laboris nostri
 ac ærumnæ: nocte enim ac die operando, nequẽ
 vestrum grauaremus, prædicauimus apud vos
 10 Euangelium Dei. Vos testes estis & Deus, quo-
 modo sanctè & iustè & inculpatè vobis, qui cre-
 11 ditis, vixerimus. Sicut nostis quomodo vnum-
 quenque vestrum, tanquam pater liberos suos,
 12 hortabamur & consolabamur: Et obtestaba-
 mur, vt ambularetis sicut dignum est, Deo vo-
 13 cante vos ad suum regnum ac gloriam. Pro-
 pterea etiam nos gratias agimus Deo indefinen-
 ter, quòd acceptum de Deo sermonem, quem au-
 distis ex nobis, exceperitis non vt sermonem ho-
 minum, sed (sicut est verè) vt Dei sermonem,
 14 qui etiam agit in vobis, qui creditis. Vos enim
 fratres, imitatores facti estis Ecclesiarum Dei,
 quæ sunt in Iudæa, in Christo Iesu, vt qui ea-
 de passis sitis & vos à proprijs cõtribulibus, sicut
 15 & ipsi à Iudæis: Qui etiam Dominum Iesum

occiderunt, & proprios Prophetas, & nos exegerunt: neq; Deo placent, & omnibus hominibus aduersantur: Prohibentes nos Gentibus loqui ut seruentur, ut semper compleant peccata sua. occupauit enim eos ira ad extremum vsq;. Nos vero, fratres, orbat i vobis ad temporis momentum, conspectu, non animo, eo vehemētius studuimus videre faciem vestram, cum multo desiderio. Ideo voluimus venire ad vos (ego quidē Paulus) semel atque iterum, sed impediuit nos Satanas. Nam quæ est nostra spes aut gaudium, aut corona de qua glorier? an non & vos in conspectu Domini nostri Iesu Christi in eius aduentu? Itaq; vos estis gloria nostra & gaudium.

CAPVT III.

1. Desiderij erga illos sui fidem facit, quod Timotheum ad eos miserit, 6. quod prosperi eorum status nuncio ita sit affectus, 9. vt gratias agere satis non possit. 11. itaque in precationem erumpit.

Act. 16. 1

Quamobrem hoc desiderium nō amplius ferentes, optimum duximus soli Athenis relinquere. Misimusque Timotheum fratrem nostrum, ac ministrum Dei, & adiutorem nostrum in Euangelio Christi, ad vos stabiliendos & exhortandos super fide vestra. Vt nemo commoueatur in oppressionibus istis: ipsi enim nostis nos ad id esse constitutos. Etenim quū apud vos essemus, prædicebamus vobis fore, vt affligeremur: quod & euēnit, & nostis. Quāobrem etiam ego nō amplius ferens vestri desiderium, misi eum, vt cognoscerem fidem vestram: nequomodo tentasset vos tentator ille, & inanis reditus esset labor noster. Nuper autem quum venisset

venisset Timotheus ad nos à vobis, & annunti-
 asset nobis fidem ac charitatem vestram, vosque
 bonam nostri memoriam retinere, semper cupi-
 entes nos videre, sicut nos quoque vos: Propterea
 consolationem accepimus, fratres, ex vobis, in
 omni afflictione & necessitate nostra, per vestram
 fidem. Nunc enim vivimus, si vos perstatis in
 Domino. Quam enim gratiarum actionem
 possimus Deo rependere de vobis, super omni
 gaudio quo gaudemus propter vos coram Deo
 nostro, ^{Rom. 1. 10} Nocte ac die quam vehementissimè
^{& 15. 23} precantes, ut videamus vestram faciem, & quæ
 defunt fidei vestræ compleamus? Ipse verò De-
 us & Pater noster, & Dominus noster Iesus
 Christus, dirigat viam nostram ad vos. Faxit
 autem Dominus, ut abundetis & exuberetis mu-
 tua inter vos charitate, & in omnes, quemad-
 modum & nos in vos: Ut corda vestra incul-
 para stabiliat ^{1. Cor. 1. 3} in sanctimonia coram Deo & Pa-
^{Inh. 5. 23} tre nostro, in adventum Domini nostri Iesu
 Christi, cum omnibus sanctis eius.

CAPVT III.

1. Hortatur 2. ad vitæ sanctitatem: 9. & charitatem mu-
 tuam, 13. More infidelium eos trahere vetat, 15. & histo-
 riam resurrectionis nostræ graphice depingit.

1 Quid superest igitur, fratres, rogamus vos
 & precamur per Dominum Iesum, ut sic-
 ut accepistis à nobis quomodo oporteat vos
 2 incedere, & placere Deo, magis excellatis. No-
 stis enim quæ mandata dederimus vobis per
 3 Dominum Iesum. Nam hæc est voluntas Dei,
 nempe sanctificatio vestra, id est, ^{Rom. 12. 1} ut abstineatis
 4 à scortatione: Et sciat vestrum unusquisque ^{Eph. 5. 27}
 suam.

- suum vas possidere cum sanctificatione & honore: Non cum morbo cupiditatis, sicut *Ge. 5*
1. Cor. 6. 8 tes quæ non nouerunt Deum. ² Nequis oppri- *6*
 mat & circumueniat in negotio fratrem suum.
 nam ultor est Dominus omnium istorum, sicut
2. Cor. 1. 2 & antè diximus vobis, ac testificati sumus. ³ Nō *7*
 enim vocauit nos Deus ad impuritatem, sed ad
 sanctificationem. Proinde qui hæc reijcit, non
 reijcit hominem, sed Deum, qui etiam dedit no-
 bis Spiritum suum sanctum. ⁴ Cæterùm de *9*
Iohan. 13. 24 fraterna charitate nō necesse habetis, vt scribam
& 15. 12 vobis: ipsi namque diuinitus docti estis, vt dili-
1. Ioh. 1. 8, gatis alij alios. Nam & facitis hoc erga cunctos
& 4. 21 fratres, qui sunt in tota Macedonia: obsecra-
 mus autem vos, fratres, vt magis excellatis: Et
 contendatis quieti esse, & res vestras agere, ac o-
 perari proprijs manibus vestris, sicut vobis de-
 nuntiauimus: Et vos geratis honestè erga ex-
 traneos, & nulla re vobis sit opus. Nolim au-
 tem vos in ignorantia versari, fratres, quod ad
 eos attinet qui obdormierunt, vt ne doleatis, si-
 cut & cæteri, qui spem non habent. Nam si cre-
 didimus Iesum mortuum esse & resurrexissè, ita
 etiam Deus eos qui obdormierint in Iesu, ad-
 ducet cum eo. Hoc enim vobis dicimus verbis
1. Cor. 15. 51 Domini, fore vt nos viui, qui reliqui erimus in
 aduentu Domini, non præueniamus eos qui
 obdormierint. ² Nam ipse Dominus cum hor-
 tationis clamore, & voce Archangeli, ac Deitu-
 ba descendet è cælo: & qui mortui fuerint in
 Christo, resurgent primùm: Deinde nos viui, qui
 reliqui erimus, rapiemur simul cum eis in
 nubes, in occursum Domini, in aera: & ita sem-
 per cum Domino erimus. Itaq; consolamini a-
 lialios istis sermonibus. *CA.*

1. Curiosam temporum aduentus Christi inquisitionem damnans, 6. admonet vt assidue ad eum excipendum sint parati. u. Hinc descendit ad varias admonitiones.

1 **P**orro de temporibus & opportunitatibus,
 2 fratres, non est opus, vt vobis scribam. Ipsi
 enim penitus scitis diem illum Domini, vt fu-
 3 rem in nocte, ita venturum esse. Quum enim
 dicent, Pax & tuta omnia: tunc repentinum eis
 imminet exitium, sicuti dolor partus mulieri v-
 4 terum ferentis: nec effugient. At vos, fratres,
 non estis in tenebris, vt dies ille vos tãquam fur
 5 deprehendat. Omnes vos filij lucis estis, ac fi-
 6 lij diei, non sumus noctis, neque tenebrarum.
 Nempe igitur ne dormiamus, vt reliqui, sed vi-
 7 gilemus & sobrij simus. Nam qui dormiunt,
 noctu dormiunt: & qui inebriantur, noctu sunt
 8 ebrij. At nos qui sumus diei, sobrij simus, ⁱⁿ⁻ Esa. 59. 17
 duri thorace fidei & charitatis, & pro galea, spe Ephes. 6. 12
 9 salutis. Nam non constituit nos Deus ad iram,
 sed ad salutem obtinendam per Dominum no-
 10 strum Iesum Christum, Qui mortuus est pro
 nobis: vt siue vigilemus, siue dormiamus, simul
 11 cum eo viuamus. Quapropter adhortamini
 alij alios, & ædificate singuli singulos, sicut &
 12 facitis. Rogamus autem vos, fratres, vt agnosca-
 tis eos qui laborant inter vos, & præsunt vobis
 13 in Domino, & admonent vos: Et quàm ma-
 ximè charos ducatis, propter opus ipsorum. Pa-
 14 cem colite inter vos mutuò. Precamur autem
 vos, fratres, monete inordinatos, consolamini
 qui puillo animo sunt, subleuate infirmos, pa-
 15 tientes estote erga omnes. ² Videte ne quis ma-
 lum pro malo cuiquam reddat: sed beneficen-
 tiam

Prou. 17. 14

& 20. 20

Matth. 5. 44

Rom. 12. 17

1. Pet. 3. 9

CAP. V.

EPIST. PAULI AD THESS. I.

Eccl. 18. 22
Luc. 18. 1

1. Cor. 1. 9

tiam semper sectamini tum inter vos mutuò,
tum erga omnes. Semper gaudete. ^{Indefi- 16}
nenter orate. In omnibus gratias agite : hæc ¹⁷
enim est voluntas Dei per Iesum Christum er- ¹⁸
gavos. Spiritum ne extinguite : Prophetias ¹⁹
ne pro nihilo habete. Omnia explore : quod ²⁰
bonum fuerit retinete : Ab omni specie mali ²¹
abstinetes. Ipse autem Deus pacis autor san- ²²
ctificet vos totos : & integer vester spiritus, & ²³
anima & corpus inculpate in aduentum Do-
mini nostri Iesu Christi seruentur. ^{Fidelis 24}
est qui vocavit vos, qui etiam id efficiet. ^{Fra- 25}
tres, orate pro nobis. Salutate fratres omnes : ²⁶
cum osculo sancto. Adiuro vos per Dominum, ²⁷
vt recitetur hæc epistola omnibus sanctis ²⁸
fratribus. Gratia Domini nostri Ie-
su Christi sit vobiscum.

Amen.

Ad Theffalonicenses prior, scripta
fuit Athenis.



EPISTO.

EPISTOLA PAULI
APOSTOLI AD THES.
SALONICENSES

posterior.

CAPVT I.

. Laudat incrementa Fidei, Charitatis 4. & Tolerantia² Theff. 6. Et Dei ultionem aduersus p^orum oppres-
sores describens, 10. fideles docet recumbere in expec-
tationem extremi iudicij.

PAVLVS & Siluanus & Timotheus Ec-
clesia¹ Thesalonicensiu, quae est in Deo
Patre nostro & Domino Iesu Christo.
2 Gratia sit vobis & pax à Deo Patre nostro, &
3 Domino Iesu Christo. ²Gratias agere debemus. ¹Theff. 1. 2
Deo semper de vobis, fratres, vt dignu est, quòd
vehementer augetur fides vestra, & abundet
mutua vniuscuiusque omnium vestrũ chari-
4 tas: Aded vt nos ipsi de vobis gloriemur apud
Ecclesias Dei, id est, de tolerantia vestra & fide
in omnibus persecutionibus vestris & op-
5 pressionibus quas toleratis. Quae res manifesto
6 est indicio iusti² iudicij Dei, vt digni censeami. ¹Iud. 6
ni regno Dei pro quo etiam ista patimini. Si
quidem iustum est apud Deum, vicissim red-
7 dere ijs qui affligunt vos, afflictionem: Vobis
verò qui affligimini, relaxationem nobiscum,
8 quum patefiet Dominus Iesus de calo cum ²Theff. 4. 16.
Angelis potentia sua, Cum flammeo incendio,
infligens ultionem ijs qui Deum non nouerũt,
neque auscultant Euangelio Domini nostri Je-
9 su Christi: Qui pœnam pendent aeterni exitij,
damnati à praesente Domino, & potente ipsius
gloria:

gloria: Quum venerit vt glorificetur in sanctis suis, & admirandus fiat in fidelibus omnibus, (quodd fides habita fit testimonio nostro apud vos) in die illo. Cuius etiam rei gratia precamur semper pro vobis, vt vos dignetur ista vocatione Deus noster, & compleat omnem suae bonitatis gratuitam beneuolentiam, & opus suae dei potenter. Vt glorificetur nomen Domini nostri Iesu Christi in vobis, & vos in eo, ex gratia Dei nostri, & Domini Iesu Christi.

CAPVT II.

1. Negat venturum Christi diem donec in apostasiam prolapsus fuerit mundus, 3. & reuelatus fuerit Antichristus: 8. cuius interitum describit, 15. Infertque inde exhortationem ad constantiam.

ROgamus autem vos, fratres, per aduentum Domini nostri Iesu Christi, & nostri in eum aggregationem, Ne citò à mente dimoueamini, neque turbemini, neque per Spiritum, neque per sermonem, neque per epistolam tanquam per nos scripam, quasi instet dies ille Christi. Ne quis vos seducat vllò modo. non enim adueniet dies Christi, quin venerit defectio prius, & relictus fuerit homo ille sceleratus, filius, inquam, illè perditionis, Sese opponens & effens aduersus quicquid dicitur Deus, aut nomen: adedò vt in templo Dei tanquam Deus se deat, prae se ferens se esse Deum. Annon meministis me, quum adhuc essem apud vos, hoc dixisse vobis? Nunc verò quid obstat vobis, vt in suo tempore retegatur. Iam enim peragitur mysterium iniquitatis: tantum qui nunc obstat, obstabit vsquedum è medio sublatus fuerit. Et

- 8 Et tunc retegetur impius ille, quem Dominus
 9 conficiet Spiritu oris sui, & illustri aduentu *Esa. n. 4*
 suo abolebit. Illum, inquam, cuius aduentus est
 ex efficacia Satanae, cum omni potentia & signis
 10 ac prodigijs mendacibus: Et cum omni fraude
 iniustitiae in ijs qui pereunt, pro eo quod amore
 11 veritatis non receperunt, vt salui fierent. Pro-
 pterea igitur mittet illis Deus efficaciam dece-
 12 ptionis, vt credant mendacio: Vt damnentur
 omnes qui non crediderunt veritati, sed acquie-
 13 uerunt in iniustitia. Nos autem debemus gra-
 tias agere Deo semper de vobis, fratres dilecti à
 Domino, quod elegerit vos Deus ab initio ad
 salutem per sanctificationem Spiritus, & fidem
 14 habitam veritati: Quo vocauit vos per Euan-
 gelium nostrum, ad obtinendam gloriam Do-
 15 mini nostri Iesu Christi. Nempe igitur, fra-
 tres, perstate, & tenete traditam doctrinam quam
 16 docti estis siue per sermonem, siue per episto-
 lam nostram. Ipse verò Dominus noster Iesus
 Christus, & Deus ac Pater noster, qui dilexit
 nos, & dedit consolationem aeternam & spem
 17 bonam per gratiam, Consoletur vestra cor-
 da, & stabiliat vos in omni sermone & opere
 bono.

CAPVT III.

1. Monet vt pijs precibus Euangelij prædicationem
 promoueat, 6. & se subducant ab ijs qui otio. ii. & cu-
 riositate turbant ordinem publicum: 14. quos etiam a
 communi fidelium coetu excludit.

- 1 Quid' superest, precamini fratres, pro nobis, *Ephes. 6. 19*
 vt sermo Domini currat, & glorificetur *Col. 4. 3*
 sicut & apud vos: Et vt eripiamur à proteruis

ac sceleratis hominibus, non enim omnium est
 fides. Sed fidelis est Dominus, qui stabiliet vos
 & tuebitur à malo. Confidimus autem per
 Dominum de vobis, vos, quæ denuntiamus vo-
 bis, & facere & facturos esse: Porrò Dominus
 dirigat vestra corda ad Dei charitatem, & Chri-
 sti expectationem. Denuntiamus autem vobis,
 fratres, per nomen Domini nostri Iesu Christi,
 vt subducatis vos ab omni fratre qui inordinate
 se gerit, & non ex tradita doctrina quam accepit
 à nobis. Nam ipsi scitis quomodo oporteat
 nos imitari: quoniam non inordinate nos
 gessimus inter vos: Neque gratis panem edi-
 mus acceptum à quoquam: sed cum labore &
 erumna nocte dieq; operantes, nequem vestrum
 grauaremus. Non quòd nobis id non liceat, sed
 vt nosmetipfos pro exemplari exhibeamus vo-
 bis ad nos imitandos. Etenim quum essemus
 apud vos, hoc denuntiabamus vobis, quòd si-
 quis nolit operari, etiam non edito. Audimus
 enim quosdam versari inter vos inordinate, ni-
 hil operis facientes, sed curiosè agentes. Ijs au-
 tem qui sunt istiusmodi, denuntiamus & eos
 obsecramus per Dominum nostrum Iesum
 Christum, vt cum quiete operantes, suo pane ve-
 scantur. Vos autem, fratres, ne segnescite in be-
 nefaciendo. Quod si quis non auscultat nostro
 per epistolam sermoni, hunc notate: & ne com-
 mercium habere cum eo, vt eum pudeat. Neq;
 vt inimicum ducite, sed admonete vt fratrem.
 Ipse autem Dominus pacis autor semper det
 vobis pacem omni modo. Dominus sit cum
 omnibus vobis. Salutatio, mea manu Pauli,
 quod est signum in omni epistola: ita scribo.
 Gratia

1. Cor. 11. 2

1. Thess. 4. 12

EPIST. PAULI AD TIM. I. 24^o
Gratia Domini nostri Iesu Christi sit cum omnibus vobis. Amen.

Ad Thessalonicenses posterior missa
fuit Athenis.

EPISTOLA PAULI
APOSTOLI AD TIMO.
TEVM PRIOR.

CAPVT I.

2. Absolutum verū pastoris exemplar proponens, cum
præcipua eius funcitio sit in docendo, 4. monet vt reie-
ctis vanis quæstionibus ea tradat 5. quæ charitatem &
fidem spirent. 12. Ac ne cōtemptum sit sua authoritas, 14.
qualis tactus sit per Dei gratiam, honorifice prædicat.

1 **P**AVLVS Apostolus Iesu Christi ex or-
2 dinatione Dei seruatoris nostri, & Do-
3 mini Iesu Christi, spei nostræ, Timotheo
4 germano filio in fide. Gratia sit tibi, misericor-
5 dia & pax à Deo Patre nostro, & Christo Iesu
6 Domino nostro. Quemadmodum te sum præ-
7 catus, vt permaneres Ephesi, quum proficiscerer
8 in Macedoniam, permaneto, vt denunties qui-
9 busdam ne diuersam doctrinam doceant: Nec
10 attendant fabulis & genealogijs infinitis, quæ
11 potius quæstiones præbent quàm ædificatio-
12 nem Dei, quæ est per fidem. ^{Infr. 4. 7, &} Porro finjs man- ^{6. 4}
13 dati, est charitas ex puro corde, & conscientia ^{Tit. 2. 4}
14 bona, & fide non simulata. A quibus quum
15 quidam, vt à scopo, aberrarint, deflexerunt ad
16 vaniloquentiam: Quum velint esse Legis do-
17 ctiores, nec intelligant quæ loquuntur, neque

de quibus asseuerant. Scimus autem bonam esse Legem, si quis ea legitimè utatur. Nempe sciens Legem iusto positam non esse, sed Legi contemptoribus, & ijs qui subijci nesciunt, impijs & peccatoribus, nefarijs & profanis, patricidis & matricidis, homicidis, Scortatoribus, masculorum concubitoribus, plagiarijs, & mendacibus, periuris, & siquid aliud est quod sanae doctrinae sit oppositum: Quae est secundum gloriosum Euangelium beati Dei, quod concreditum est mihi. Gratiam igitur ei habeo qui me robustum effecit, id est, Christo Iesu Domino nostro: quod me fidelem duxerit, ut qui me in ministerio constituerit: Qui prius eram blasphemus & persecutor & iniuriosus: sed mei misertus est. nam ignorans id faciebam, fidei expertus. Superabundauit autem gratia Domini nostri cum fide & dilectione in Christo Iesu. Fidus est hic sermo, & modis omnibus dignus quem amplectamur, Christum Iesum venisse in mundum, ut peccatores seruari, quorum primus sum ego. Verum ideo misertus est mei, ut in me primo ostenderet Iesus Christus omnem clementiam, ut essem exemplo credituris ipsis in vitam aeternam. Regi autem aeterno, immortali, inuisibili, soli sapienti Deo honor sit & gloria in secula seculorum. Amen. Hoc mandatum commendo tibi, fili Timothee, nempe, ut secundum praegressas de te prophetias, milites per eas bonam illam militiam: Retinens fidem & bonam conscientiam: qua repulsa, nonnulli fidei naufragium tecerunt. Ex quibus Hymenaeus & Alexander: quos tradidi Satanae, ut discant non blasphemare.

Matth. 9. 3
Mar. 2. 17

1. Cor. 5. 5

1. In precibus publicis vult omnes commendari Deo.
4. 5. Idque dupliciter: 8. Inde omnes cuiuscunque
loci sint, ad orationem inuitat, 9. & quo vestitu, n. qua
que modestia mulieres in sacro cœtu se gerere debeant,
differit.

- 1 **A**dhortor igitur ante omnia, vt fiant depre-
cations, preces postulationes, gratiarum
2 actiones pro quibusuis hominibus. Pro regibus
& quibusuis in eminentia constitutis: vt tran-
quillam ac quietam vitam degamus cum omni
3 pietate & honestate. Nam hoc bonum est & ac-
4 ceptum coram seruatore nostro Deo. Qui
quosuis homines vult seruari, & ad agnitionem
5 veritatis venire. Vnus enim Deus, vnus etiam
mediator Dei & hominum, homo Christus Ie-
6 sus: Qui semetipsum dedit redemptionis pre-
tium pro quibusuis, Christus inquam, testimo-
7 nium illud suis temporibus destinatum. Cuius 2. Tim. I. II
constitutus sum ego præco & Apostolus, (ve-
ritatem dico per Christum, non mentior) do-
8 ctor inquam Gentium cum fide ac veritate. Ve-
lim igitur viros precari in quouis loco, puras
manus attollentes absque ira & disceptatione:
9 Idem & mulieres amictu honesto, cum vere- 2. Pet. 3. 1
cundia & modestia ornare sese, non cincinnis,
10 vel auro, vel margaritis, vel pretioso vestitu: Sed
(quod decet mulieres pietatem splendentes) o-
11 peribus bonis. Mulier cum silentio discito eum
12 omni subiectione. Mulieri enim docere non 1. Cor. 14. 24
permitto, neque authoritatem vsurpare in vi-
13 rum, sed esse in silentio. Adam enim prior for- Gen. 1. 27
matus est, deinde Eua. Et Adam non fuit se-
14 ductus: sed mulier seducta, causa transgressio- Gen. 3. 6
nis fuit. Seruabitur tamen liberis gignendo, si
15

transerit in fide ac charitate, & sanctificatione
cum modestia.

CAPVT III.

2. Episcopos, 8. & Diaconos Christianos deponit,
cum eorum vxoribus, 12. liberis & familia, 15. Et Ec-
clesiam domum Dei nominat.

Tit. 1. 6

Fidus est hic sermo, Siquis episcopatum appe-
tit, præclarum opus desiderat. ² Oportet
igitur episcopum irreprehensum esse, vnus v-
xoris virum, vigilantem, sobrium, compositum,
hospitalem, aptum ad docendum: Non vi-
nosum, non percussorem, non turpiter luci-
cupidum, sed moderatum, alienum à pugnis, a-
lienum ab auaritia. Qui suæ domui bene præsit,
qui liberos contineat in subiectione cum omni
honestate. (Nam si quis propriæ domui præesse
nescit, quomodo Ecclesiam Dei curabit?) Non
nouitium: ne inflatus in criminationem inci-
dat diaboli. Oportet autem eum etiam ho-
num habere testimonium ab extraneis: ne in-
probrum incidat & laqueum diaboli. Diaconos
itidem honestos, non bilingues, non multo
vino deditos, non turpiter luci cupidos. Te-
nentes mysterium fidei cum pura conscientia.
Atque hi etiam probentur prius, deinde mini-
strent, si sint inculpati. Vxores itidem honestas, non
calumniosas, sobrias, fidas in omnibus.
Diaconi sint vnus vxoris mariti, qui liberis re-
ctè præsent, & proprijs domibus. Nam qui
bene ministraverint, gradum sibi bonum ac-
quirunt, & multam libertatem per fidem qua
est in Christo Iesu. Hæc tibi scribo, sperans so-
re, vt celerius ad te veniam: Quod si tardius
venero,

Supr. 1. 9

venero, vt noris quomodo oporteat in domo Dei versari, quæ est Ecclesia Dei viui, columna est stabilitum veritatis. Et sine controuersia magnum est pietatis mysterium: Deus conspicuus factus est in carne, iustificatus est in Spiritu, conspectus est ab Angelis, prædicatus est Gentibus, fides illi habita est in mundo, sursum receptus est in gloria.

CAPVT III.

1. Falsas doctrinas, 3. tam de coniugij & ciborum discrimine, 7. quam profanas damnat: 8. commendat autem pietatis studium 13. & assiduam scripturæ lectionem.

1 Spiritus autem disertè dicit fore, vt posterioribus temporibus desciscant quidam à fide, spiritibus deceptoribus attendentes ac doctrinis demoniorum. Per hypocrisin falsoquorum, quorum conscientia cauterio resecta est.

2 Prohibentium contrahere matrimonium, iuuentium abstinere à cibis quos Deus creauit ad participandum cum gratiarum actione, fidelibus, & ijs qui cognouerunt veritatem. Nam quicquid creauit Deus, bonum est: nec quicquam reiiciendum est, si cum gratiarum actione sumatur. Sanctificatur enim per verbum Dei, & preces. Hæc si subieceris fratribus, bonus eris minister Iesu Christi, innutritus in sermonibus fidei, bonæque doctrinæ quam affectatus es. Caterum profanas & aniles fabulas reijce: sed exerce teipsum ad pietatem. Nam corporalis exercitatio paululum habet vtilitatis: at pietas ad omnia utilis est, vt quæ promissionem habeat vitæ præsentis ac futuræ. Fides est hic sermo, & dignus qui omnibus modis

recipiatur. Nam idcirco etiam fatigamur & 10
 probris afficimur, quod speremus in Deo viuo,
 qui est conseruator omnium hominum, maxi-
 mē verō fidelium. Hęc denuntia & doce. Ne- 11
 mo tuam iuuentutem despiciat, sed esto exem- 12
 plar fidelium in sermone, in conuersatione, in
 charitate, in spiritu, in fide, in puritate. Interim 13
 dum venio, attende lectioni, exhortationi, do-
 ctrinae. Ne negligito donum quod in te est, 14
 quod datum est tibi ad prophetandum, cum
 impositione manum presbyterij. Hęc exerce, 15
 in his esto: vt tuus profectus manifestus sit in-
 ter omnes. Attende tibi ipsi & doctrinae: per- 16
 siste in istis. id enim si feceris, & te ipsum serua-
 bis, & eos qui te audierint.

CAPVT V.

1. Postquam modum monendi singulos prescripsit. 5.
 de viduis agit quæ tunc in Ecclesie ministerium coop-
 tabatur. 17. inde ad presbyteros transit, 23. & quedam
 corporis valetudini, seruentia admisceat.

Seniorem ne increpato, sed hortare, vt pa- 1
 trem, iuniores, vt fratres: Mulieres natu grā. 2
 diiores, vt matres, iuniores, vt sorores, cum o-
 mni puritate. Viduas honora quæ verē viduæ 3
 sunt. Quod si qua vidua liberos aut nepotes 4
 habet, discant in primis in propriam domum
 pietatem exercere, & vicem rependere parenti-
 bus. hoc enim est honestum & acceptum coram
 Deo. Porro quæ verē vidua est ac sola, sperat 5
 in DEO, & permanet in supplicationibus &
 precibus nocte ac die. At quæ in luxu viuit, 6
 ea viuens mortua est. Hęc igitur denuntia- 7
 to, vt sint irreprehensæ. Quod si qua suis & 8
 maximē

& maximè domesticis nō prouidet, fidem ab-
 9 negauit, & est infideli deterior. Vidua alle-
 gatur non minor annis sexaginta, quæ fuerit v-
 10 nius viri vxor: In operibus bonis idoneo te-
 stimonio ornata: si liberos educauit, si fuit ho-
 spitalis, si sanctorū pedes lauit, si afflictis sub-
 uenit, si omne bonum opus est assiduè sectata.
 11 Porò iuniores viduas recusa: postquam enim
 lasciuire cœperint aduersus Christum, nubere
 12 volunt: Ex eo damnandæ quòd primam fi-
 13 dem reiecerint. Simul autem etiam otiosæ
 discunt circumire domos: imò nō solùm otio-
 sæ, sed etiam nugaces & curiosæ, garrientes
 14 quæ non oportet. Velim igitur iuniores nu-
 bere, liberos gignere, domum administrare,
 nullam occasionem dare aduersario ad male-
 15 dicendum. Iam enim nonnullæ deflexerunt,
 16 sequuta Satanam. Quòd si quis fidelis aut
 si qua fidelis habet viduas, eis subuenito, & nō
 17 onerato Ecclesiam, vt iis quæ verè viduæ sunt
 subueniat. Qui bene præfunt presbyteri, du-
 18plici honore digni habentor: maximè qui la-
 borant in sermone & doctrina. Dicit enim
 Scriptura, ^{Deut. 24.4} Boni trituranti non obligabis os.
 19 Et, ^{1. Cor. 9.9} Dignus est operarius mercede sua. Ad-
 uersus presbyterum accusationem ne admit-
 20 tito, nisi sub duobus aut tribus testibus. Eos
 qui peccant, coram omnibus argue, vt & reli-
 21 qui timeant: ^{Infra 6.15} Obtestor in conspectu Dei, & electorum Angelorū
 Domini Iesu Christi, & electorum Angelorū
 vt hæc serues, absque eo vt vnum alteri præfe-
 22 ras, nihil faciens in alteram partem declinan-
 do. Manus citò necui imposito, neque com-
 municato peccatis alienis: temetipsum purum

serua. Ne amplius esto abstemius, sed vino ¹⁹
 pauculo utere, propter stomachum tuum &
 crebras tuas infirmitates. Quorundam ho- ²⁴
 minum peccata antè manifesta sunt, præun-
 tia damnationi: quosdam verò subsequuntur:
 Itidem & bona opera antè manifesta sunt: & ²⁵
 ea quæ secus habent, occultari non possunt.

CAPVT VI.

1. Docet quid seruos deceat, 10 Quam exitiosa per-
 stis sit auaritia, 13 Et postquam obiter de diuitibus
 meminit, iterum prohibet Timoth. ne se inanibus do-
 ctinīs impediatur.

Quicumque sub iugo sunt serui, suos domi- ¹
 nos omni honore dignos ducunto, ne no-
 men Dei & doctrina blasphemetur. Qui ve- ²
 rò fideles habent dominos, ne eos despiciant
 quòd fratres sint: sed potius inseruiant, quòd ³
 fideles sint ac dilecti, vt qui sint beneficij Dei
 participes. Hæc doce & exhortare. Siquis di- ³
 uersam docet doctrinā, neq; accedit sanis ser-
 monibus Domini nostri Iesu Christi, & ei que ⁴
 secundum pietatem est doctrinæ, Is turgit
 nihil sciens, sed insanens circa quæstiones ac ⁴
 verborum pugnas: ex quibus nascitur inui-
 dia, lis, maledictiæ, suspiciones male,
 Peruersæ exercitationes hominum mente cor- ⁵
 ruptorum, & qui priuati sunt veritate, &
 quæstui habent pietatem. secede ab iis quie- ⁶
 iusmodi sunt. Est autem quæstus magnus
 pietas cum animo sua sorte contento. Nihil ⁷
 enim intulimus in mundum, videlicet nec ef-
 ferre quicquam possumus. Sed habentes ali- ³
 menta & quibus tegamur, his contenti eri-
 mus.

- 9 **mus.** Qui autem volunt ditescere, incidunt
 in tentationem & laqueū, & cupiditates mul-
 10 tas amentes & damnosas, quæ demergunt ho-
 mines in exitiū & interitiū. Siquidem radix
 omnium malorū est amor pecuniæ: quam qui-
 11 dam dum appetunt, aberrarūt à fide, & seipso-
 s transfixerunt doloribus multis. Tu verò, ho-
 mo Dei, ista fuge: sectare autem iustitiā, pieta-
 tem, fidem, charitatem, tolerantiam, lenitatē.
 12 Decerta præclarum certamen fidei: apprehen-
 de vitam æternam, cuius causa & vocatus es, &
 13 professus præclaram professionem corā mul-
 tis testibus. Denuntio tibi coram Deo qui Supr. 5. 31
 vivificat omnia, & Iesu Christo, qui ² testa- Matt. 27. 11
 tam fecit coram Pontio Pilato bonam illam Iohan. 18. 37
 14 professionem: Ut serves hæc mandata, macu-
 la & culpæ omnis expers, vsque ad illustrem il-
 lum adventum Domini nostri Iesu Christi:
 15 Quem temporibus suis ostendet ille² beatus & Supra 1. 11
 solus Princeps, Rex regū & Dominus domi- Apoc. 17. 14
 16 norum: Qui solus habet immortalitatem, lu- & 19. 16
 cem habitans inaccessam, ³ quæ vidit nemo ho- Iohan. 1. 18
 17 minum, neque videre potest: cui honor & ro-
 bur æternum. Amen. Iis qui divites sunt in
 hoc seculo, denuntia ne efferatur animo, ⁴ neq; Mar. 4. 19
 18 spem ponant in divitiis incertis, sed in Deo vi- Luc. 12. 15
 19 vo, qui præbet nobis omnia copiosè ad fruen-
 dum: Ut aliis beneficiant, ut divites sint ope-
 20 ribus bonis, faciles ad ⁵ impartendū, faciliis cō-
 21 uictus: Recondentes sibiipsis ⁶ fundamentum Matth. 4. 7
 bonum in posterum, ut apprehendant æternā & 6. 20
 vitam. Timothee, depositū serua, & auersa-
 re profanos de rebus inanibus clamores, & op-
 positiones falsò nominatæ scientiæ. **Quam**

nonnulli præ se ferentes, circa fidem aberrarunt
à scopo. Gratia sit tecum. Amen.

Ad Timotheum prior, missa fuit Laodi-
cea, quæ est metropolis Phry-
giæ Pacatianæ.

EPISTOLA PAULI APOSTOLI AD TIMO.

T H E V M

posterior.

CAPVT I.

1. Laudata fide Timothei. 6. vt in munere sibi cõmisso
fideliter pergat, eum hortatur. 8. Et ne propter sua vin-
cula 13. aut aliorum defectiones labascet, u. de suo Ap-
postolatu gloriatur 14. & depositi custodiam illi com-
mendat. 16. Laudat etiam Onesimum.

Ad. 22. 3

PAVLVVS Apostolus Iesu Christi per vo-
luntatem Dei, secundum promissionē
vitæ quæ est in Christo Iesu, Timotheo
dilecto filio, gratia, misericordia, pax à Deo
Patre, & Christo Iesu Domino nostro. Gra-
tiam habeo Deo, cui seruiō à maioribus cum
pura conscientia, vt assiduam tui memoriam
teneo in precibus meis nocte ac die. Deside-
rans te videre, memor tuarum lacrymarum,
vt gaudeo replear. Reuocans in memoriam
eam quæ in te est non simulatam fidem, quæ
habitauit prius in auia tua Loide, & matre
tua Eunice: persuasus sum autem quod in te
quoque. Quam ob causam suggero tibi vt
exuscites donum Dei quod est in te per im-
positionem manuum mearum. Non enim dedit
nobis

- nobis Deus spiritum timiditatis, sed roboris
 8 & charitatis, & sanitatis animi. Ne igitur te
 pudeat testimonij Domini nostri, neq; te pu-
 deat mei, qui sum captiuus ipsius: sed esto par-
 ticeps afflictionum Euangelij, ex potētia Dei:
 9 Qui seruauit nos, & vocauit ² uocatione san- 1. Cor. 1. 1
 cta: non ex operibus nostris, sed ex suo pro-
 posito, & gratia, quæ data quidem est nobis in
 Christo Iesu ² ante tempora secularia: Sed Rom. 6. 25
 10 parafacta nunc est per illustrem illum aduen- Ephes. 1. 4
 tū seruatoris nostri Iesu Christi, qui & mor- Coloss. 1. 25
 tem aboleuit, & uitam in lucem produxit ac Tit. 1. 2
 11 immortalitatem per Euangelium. ² Cuius 1. Tim. 2. 7
 constitutus sum ego præco & Apostolus, ac
 12 doctor Gentium. Quam ob causam & hæc
 patior, neque erubescō: noui enim cui credide-
 rim, & mihi persuasum est eum posse deposi-
 13 tum meum in illum diem seruare. Exemplar
 teneto sanorum sermonum, quos à me audisti
 cum fide & charitate quæ est in Christo Iesu.
 14 Præclarum depositum serua per Spiritum san-
 15 ctum qui inhabitat in nobis. Nosti hoc, auer-
 satos me fuisse omnes qui sunt in Asia: ex quib.
 16 est Phygellus & Hermogenes. Præstet mise-
 ricordiam Dominus Onesiphori familie: quo-
 17 niam sepe me recreauit, & catenam meam non
 17 erubuit. Imò quum esset Romæ, studiosissi-
 18 mē quæsiuit me, & inuenit. Det ei Dominus
 ut inueniat misericordiam apud Dominum in
 die illo. quam multa etiam Ephesi submini-
 strarit, tu optimè nosti.

CAPVT II.

1. Ut perseverantiam in militia Christiana commen-
det 3 similitudines sumit 4. a militibus, 6 & ab a-
gricolis. 10 Vincula sua sanctis vsui esse declarat. 14
Inde monet Timoth. vt sermonem veritatis recte dis-
pertat 17 & reproborum exempla fugiens. 22 mor-
desse omnia agat.

TV igitur, fili mi, corroborare per gratiam
quæ est in Christo Iesu. Et quæ audisti à
me inter multos testes, hæc committe fide-
libus hominibus, qui sint idonei ad alios quo-
que docendos. Tu igitur feras laborem vt
bonus miles Iesu Christi. Nemo qui militat,
implicatur vitæ negotiis, vt ei placeat à quo
delectus est miles. Quod si certet etiam ali-
quis, non coronatur nisi legitimè certauerit.
Agricolam oportet prius laborando fructus
percipere. Considera quæ dico. Det igitur tibi
Dominus intelligentiam in omnibus. Me-
mento Iesum Christum resurrexisse ex mor-
tuis, factum ex semine Dauid, secundum Eu-
angelium meum: In quo, velut facinorosus,
affligor vsque ad vincula: sed sermo Dei non
est vincus. Ideo omnia sustineo propter e-
lectos, vt & ipsi salutem consequantur quæ est
in Christo Iesu, cum gloria æterna. Fides
est hic sermo. Nam si cum eo mortui sumus,
cum eo etiam viuemus: Si toleramus, etiam
cum eo regnabimus: si abnegamus, & ille ab-
negabit nos: Si infidi sumus, ille tamen fi-
dus manet: negare seipsum non potest. Hæc
suggere, obtestans coram Domino, ne verbo-
rum pugnas sequantur: quod nullam adfert
utilitatem, imò auditores subuertit. Stude
tibi ipsum probatum sistere Deo, operariū qui non
erubescat, & qui rectè sermonem veritatis se-
cet.

Rom. 6. 5

Matth. 10. 33

Marc. 8. 38

Rom. 3. 31

& 9. 6

16. cet. Profanos autem de rebus inanibus clamores cohibe: ad maiorem enim procedent impietatem. Et sermo eorum depascet ut grana: ex quibus est Hymenæus & Philetus:
17. Qui circa veritatem aberrarunt à scopo, dicentes resurrectionem iam esse factam: & subvertunt quorundam fidem. Solidum tamè fundamentum Dei stat, habens sigillum hoc, *No-*nit Dominus, qui sint sui: &, *Discedat ab iniustitia* omnis, qui nominat nomen Christi.
20. Ceterùm in magna domo non tantùm sunt vasa aurea & argentea, sed etiam lignea ac ter-
Rom. 9 27
 stacea: & alia quidem ad decus, alia verò ad dedecus. Siquis igitur seipsum ab his expurgarit, erit vas ad decus, sanctificatum, & accõ-
 modum vñibus Domini, & ad omne opus bonum comparatum. Iuueniles autem cupiditates fuge: sed sectare iustitiam, fidem, chari-
1. Cor. 1. 2
 tatem, pacem cum iis qui inuocant Domi-
1. Tim. 1. 4
 num ex puro corde. Stultas autem & ineru-
& 4. 7
 tidas quæstiones reiice, sciens eas gignere pug-
Tit. 3. 9
 nas. Seruum autem Domini non oportet pugnare, sed placidum esse erga omnes, aptum ad docendum, tolerantem malos. Cum lenitate erudientem eos qui contrario animo sunt affecti: ecquando det eis Deus vt resipiscentes agnoscant veritatem: Et elapsi ex diaboli laqueo, à quo captiui tenentur, mentis sanitatem recipiant ad præstandam illius voluntatem.

CAPVT III.

1. Prædicat quam infesta piis tempora imminant: 9 sed fiducia victoriæ 10 animat eum ad certamen, 14 exercitacionem, sanæ doctrinæ. p. ius commendans

Illud

1. Tim. 4. 1

2. Per. 1. 3

Iud. 18

Exod. 7. 11

2. Per. 1. 20

Illud autem scito, fore ut extremis diebus
 instent tempora molesta. Erunt enim ho-
 mines sui amantes, auari, gloriosi, superbi, ma-
 ledici, parentibus immorigeri, ingrati, impuri,
 Charitatis expertes, nescij fœderis, calumnia-
 tores, intemperantes, immites, minimè amantes
 bonorũ, Proditores, præcipites, inflati, volu-
 ptatũ amãtes poti⁹ quàm amãtes Dei. Habêtes
 formã pietatis, sed q̄ vim eius abnegarint. istos
 igitur auersare: Ex his enim sunt isti qui irre-
 punt in familias, & captiuas ducunt muliercu-
 las, onustas peccatis, actas cupiditatibus va-
 riis. Semper discentes, sed quę nunquam ad
 cognitionem veritatis venire possint. Quę
 admodum autem Iannes & Iambres resistērũt
 Mosi, ita & hi resistunt veritati, homines men-
 te corrupti, reprobi circa fidem. Sed non pro-
 cedent amplius: nam amentia istorum euidentis
 erit omnibus, ut & illorum fuit. Tu verd̄ as-
 sequutus es doctrinã meam, vitę meę ratio-
 nem, propositum, fidem, lenitatem, charitatẽ,
 tolerantiam: Persequutiones, afflictiones
 quę mihi acciderunt Antiochię, Iconij, Ly-
 stris: quas persecutiones sustinuerim: sed ex
 omnibus erupuit me Dominus. Sed & omnes
 qui volunt piẽ viuere in Christo Iesu, perse-
 quutionem patientur. Improbi autem ho-
 mines & impostores procedent in peius, tum
 seducetes alios, tum seducti ipsi. At tu per-
 mane in iis quę didicisti, & quę tibi concredita
 sunt, sciens à quo didiceris: Te quę à puero
 sacras literas nouisse, quę te possunt sapientem
 reddere in salute, per fidem quę est in Christo
 Iesu. Tota Scriptura diuinitus est inspira-
 ta,

ra, & utilis ad doctrinam, ad redargutionem,
 17 ad correctionem, ad institutionem quæ est in
 iustitia. Ut perfectus sit homo Dei, ad omne
 opus bonum perfectè instructus.

CAPVT IIIII.

1 Obtestatur eum vt maxime Euang. prædicet in tam
 deplorato tempore, 6 Sibi in propinquo esse moriẽ,
 8 sed ita vt quasi victor ad gloriosum triumphum pro-
 peret. 10 Tandem accersendi Timothei. necessitatem,
 11 ex præfenti suo statu ostendit.

1 **O**bstestor igitur ego coram Deo & Domino
 Iesu Christo, qui iudicaturus est viuos &
 mortuos in illustri illo suo aduentu & regno
 suo. Prædica sermonem, in sta tempestiuè, in-
 2 temp. stiuè: argue, obiurga, exhortare cum o-
 3 mni lenitate & doctrina. Nam erit tempus
 quum sanam doctrinam non tolerabunt: sed
 auribus prurientes, ipsi sibi pro suis cupiditati-
 4 bus coaceruabunt doctores: Et à veritate qui-
 dem aures auertent, ad fabulas verò conuertentur.
 5 At tu vigila in omnibus, perfer, opus per-
 age euangelistæ, ministerij tui plenam fidem fa-
 6 cito. Nam ego iam libor, & tempus meæ re-
 7 solutionis instat. Certamen illud præclarum
 decertavi, cursum consummaui, fidem seruaui.
 8 Quod superest, reposita est mihi iustitiæ coro-
 na, quam reddet mihi Dominus in illo die, iu-
 stus ille iudex: non solùm autem mihi, sed
 & omnibus qui expetiuerint illustrem illum i-
 9 psum aduentũ. Stude venire ad me citò. Nam
 10 Demas me reliquit, amplexus præfens seculum,
 & profectus est Thessalonicam: Crescens in
 11 Galatiam, Titus in Dalmatiam. 2 Lucas mecum

est solus. Marcum assumptum adduc tecum: 1
 est enim mihi perutilis ad ministerium. Por- 12
 rō Tychicum misi Ephesum: Penulam quam 13
 reliqui Troade apud Carpum, adfer quum ve- 14
 nies, & libros, maximè membranas. Alexan- 14
 der faber ærarius multa mala mihi exhibuit:
 reddat ei Dominus secundum facta ipsius.
 Quem & tu caue: vehemēter enim restitit ser- 15
 monibus nostris. In prima mea defensione 16
 nemo mihi adfuit, sed omnes me deseruerunt:
 (ne illis imputetur.) Sed Dominus mihi ad- 17
 fuit, & corroborauit me, vt per me fieret fides
 præconi; quod audirent omnes Gentes: & ere- 18
 ptus fui ex ore leonis. Et eripiet me Domi- 18
 nus ab omni opere malo, seruabitque regno
 suo cœlesti: cui gloria in secula seculorum.
 Amen. Saluta Priscam & Aquilam, & Ono- 19
 siphori familiam. Erastus mansit Corinthi: 20
 Trophimum autem reliqui Mileti ægrotan-
 tem. Stude venire ante hyemem. Salutat te 21
 Eubulus & Pudēs & Linus & Claudia & fra-
 tres omnes. Dominus Iesus Christus sit cum 22
 spiritu tuo. Gratia eius sit vobiscum. Amen. 23

Supra 16

Scripta est Roma posterior ad Timotheum,
 qui primus Ephesi ordinatus fuit Episco-
 pus, quum Paulus iterum sifteretur
 Cæsari Neroni.

EPISTO

EPISTOLA PAULI

APOSTOLI AD

TITVM.

CAPVT I.

1. Docens quales oporteat Ministros eligere 10 similit
 ostendit quomodo vaniloquis os obturare oportet. 12
 Hac occasione perstringit Cretensium mores, 14 ac lu-
 dicos qui in rebus externis sanctitatem locabant.

1 **P**AVLVVS seruus Dei, Apostolus autem
 Iesu Christi secundum fidem electorum
 Dei, & agnitionem veritatis quæ est se-
 2 cundum pietatem, Ad spem vitæ æternæ, quæ
 promisit Deus ille mentiri nescius ^{ante tem-} Rom. 16. 23
 3 pora secularia, patefecit autem temporibus
 suis: ^{Videlicet sermonem illum suum, per} Ephes. 3. 9
 prædicationem ^{quæ concredita est mihi ex} Coloss. 1. 26
 mandato seruatoris nostri Dei: Tito germano ^{1 Pet. 1. 20}
 4 filio in communi fide. Gratia sit tibi, miseri-
 cordia, & pax à Deo Patre, & Domino Iesu
 5 Christo seruatore nostro. Huius rei gratia
 reliqui te in Creta, vt quæ reliqua sunt pergas
 corrigere, & constituas oppidatim presbyte-
 6 ros, sicut ego tibi mandavi: ^{Siquis est incul-} 2 Tim. 3. 3
 patus, vnus vxoris vir, liberos habens fideles,
 non obnoxios crimini luxus, vel qui non sint
 7 refractarij. Oportet enim episcopum inculpatum
 esse tanquam Dei dispensatorem, non sibi per-
 tinaciter placentem, non iracundum, non vinosum,
 8 non percussorem, non turpiter lucri cupidum: Sed
 hospitalem, bonorum amatorem, temperantem, iustum,
 9 piuum, continentem, Tenacem fidelis illius

sermonis qui ad doctrinam facit, vt possit etiã
 exhortari per doctrinam sanam, & contradicen-
 tes conuincere. Sunt enim multi refractarij, & 10
 vaniloqui, & mentiũ deceptores, maximè ij qui
 sunt ex Circuncisione. Quib. oportet os ob- 11
 turare: qui totas domos subuertunt, docentes
 quæ non oportet, turpis lucri gratia. Dixit 12
 quidam ex ipsis proprius ipsorũ propheta, Cre-
 tentes semper mendaces, in alæ feræ, ventres pi- 13
 gri. Testimoniũ hoc est verum, quam ob cau- 14
 sam eos redarguito præcisè, vt sani sint in fide:
 2. Tim. 1.4 Non attendendo Iudaicis fabulis, & manda- 15
 Rom. 14.20 tis hominum auersantium veritatẽ. 2 Omnia 15
 quidem pura puris: pollutis autem & infideli-
 bus nihil est purum, sed polluta est eorũ mens
 & conscientia. Deum profitentur se scire, sed 16
 factis negant, quum sint abominandi, & rebel-
 les, & ad omne opus bonum reprobi.

CAPVT II.

2. Personarum & ætatum præscribens officia, & iubet
 vt de moribus doceat Ecclesiam: 11 & a sine redem-
 ptionis arguuntur, 12 quem dicit esse studium pie
 & recte viuendi.

AT tu loquere, quæ decent sanam doctrinã, 1
 Vt senes sobrij sint, venerandi, temperantes, 2
 sani fide, charitate, tolerantia. Anus itidem vt 3
 sint habitu qui sanctimoniam deceat, non ca-
 lumniatrices, non vino multo seruietes, ho-
 nestatis magistræ: Vt ad sapientiam instru- 4
 ant adolescentulas, vt maritos suos diligant, vt
 Ephes. 5.23 liberos ament, Vt temperantes sint, puræ, do- 5
 mi manentes, bonæ, 2 subiectæ suis viris: ne ser-
 mo Dei blasphemetur. Adolescentes itidem 6
 adhor-

- 7 adhortare vt sint temperantes. Per omnia tei-
 8 psum præbens exemplar bonorum operum, in
 9 doctrina, integritatem, grauitatem, Sermonē
 10 sanum, qui damnari non possit: vt qui se ex ad-
 11 uerso opponit, erubescat, nihil habens quod de
 12 vobis dicat mali. ^{Ephef. 6. 3} Seruos hortare vt suis do-
 13 mini subiciant sese, vt in omnibus sint eis ac-
 14 cepti: non responsatores, Nihil interuertentes,
 15 sed omnem bonam fidem ostendentes, vt
 16 doctrinam Seruatoris nostri Dei ornent in o-
 17 mnibus. ^{Colos. 3. 22} Illuxit enim gratia illa Dei salutife-
 18 ra omnibus hominibus: Erudiens nos vt ab-
 19 negata impietate & mundanis cupiditatibus,
 20 temperanter & iuste & piè viuamus in præsen-
 21 ti seculo: Expectantes beatam illam spem &
 22 illustrem illum aduentum gloriæ magni illius
 23 Dei ac Seruatoris nostri, nempe Iesu Christi,
 24 Qui dedit semetipsum pro nobis, vt redimeret
 25 nos ab omni iniquitate, & purificaret sibi ipsi
 26 populum peculiarem, studiosum bonorum o-
 27 perum. Hæc loquere, & exhortare, & argue cū
 28 omni imperio. nemo te despiciat.

CAPVT III.

1 Generaliter nunc vult omnes moneri vt placide co-
 2 lant ordinem politicum: 3 & memores sint vitæ pri-
 3 stine. 7 vt iustificationem communem ex gratia esse
 4 exiliment. 9 Quod si quis contentiosus his reclamet,
 5 illum iubet omitti.

- 1 S Vggere ^{Rom. 13. 1} ipsos vt sese subiciant principatibus
 2 ac potestatibus, vt obtemperent, vt ad omne
 3 opus bonum sint parati: Ne cuius famam læ-
 4 dant, vt sint à pugnis alieni, moderati, omnem
 5 exhibentes lenitatem erga quosuis homines.

1. Cor. 6. 11

Nam⁷ eramus quondam & nos amentes, rebel-
les, errantes, seruientes cupiditatibus ac volu-
ptatibus variis, in malitia & inuidia degentes,
odiosi, alij alios odio prosequētes. Sed post-
quam bonitas & erga homines amor apparuit

2. Tim. 1. 9

seruatoris nostri Dei, ⁸ Non ex operibus iu-
stis quæ fecerimus nos, sed ex sua misericordia
seruauit nos per lauacrum regenerationis, &
renouationem Spiritus sancti: Quem effu-
dit in nos copiosè per Iesum Christum serua-
torem nostrum: Vt iustificati ipsius gratia, ⁹
hæredes efficeremur secundum spem vitæ æter-
næ. Fides est hic sermo, & hæc volo te affir-
mare, vt studeant bona opera tueri qui credi-
derunt Deo: id est quæ sunt honesta & homi-
nibus vtilia. ¹⁰ Stultas autem quæstiones & ge-
nealogias, & contentiones ac pugnas legales

2. Tim. 1. 4.

& 4. 7

2. Tim. 2. 23

cohibe: sunt enim inutiles & vanæ. Hereticum ¹¹
hominem post vnã & alterã admonitiõem
reiciç: Vt qui noris euersum esse eum qui sit
eiusmodi, & peccare, vt qui suo præiudicio sit
condemnatus. Quum misero Artemã ad te, ¹²
aut Tychicum, stude venire ad me Nicopolin:
nam illic decreui hybernare. Zenam legispe-
ritum & Apollo sedulò deducito, nequid illis ¹³
desit. Discant autem nostri bona opera tueri
ad necessarios vsus, vt nõ sint infrugiferi. Sa-
lutant te qui mecum sunt omnes. Saluta eos ¹⁴
qui diligunt nos in fide. Gratia Dei sit cum o-
mnibus vobis. Amen.

Ad Titum, qui primus Cretensium Ecclesie
ordinatus fuit Episcopus, scripta ex
Nicopoli Macedonia.

EPL

EPISTOLA PAVLI APOSTOLI AD PHILEMONEM:

CAPVT I.

1. Paulus argumentum humile hic tractans, suo tamen more sublimis ad Deum euehitur. S Fugituum seruum & iurem Philemoni remittens, pro illo deprecatur veniam: & grauiter de equitate Christiana cõcionatur.

1 PAVLVVS captiuus Christi Iesu, & Timotheus frater, Philemoni dilecto & adiutori nostro, Et Apphiæ dilectæ, & Archippo commilitoni nostro, & quæ domus tua est Ecclesiæ: Gratia sit vobis & pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo. *1. Thess. 1. 2. 2. Thess. 1. 3.*

2 Gratias ago Deo meo, semper mentionem tuam faciens in precibus meis, Quod audiam tuam charitatem ac fidem quam habes erga Dominum Iesum & erga omnes sanctos: Vt communicatio fidei tuæ efficax fiat, vt agnoscatur quicquid boni est in vobis per Christum Iesum.

3 Gaudium enim habemus multum, & consolationem super dilectione tua, quod viscera sanctorum refocillata sunt per te, frater. Quapropter quanuis multam in Christo libertatem habeam mandandi tibi quod officij tui est,

4 Tamen propter charitatem potius precor, quam talis sim, nempe Paulus senex, nunc autem etiam captiuus Iesu Christi: *Coloss. 4. 9* Precor autem pro filio meo quæ genui in vinculis meis Onesimo: Quondam tibi inutili, nunc verò tibi & mihi perutili: quæ remisi. Tu autem cum, id est viscera mea, excipe. Quæ ego cupiebam apud me retinere, vt pro te ministraret mihi in vinculis

EPIST. PAULI AD PHILEM.

CAP. I.

Euangelij. Sed absque tua sententia nihil vo-¹⁴
 lui facere, ne velut ex necessitate sit beneficium
 tuum, sed spontaneum. Nam mirum ni seces-¹⁵
 sit ad tempus, vt perpetuum eum reciperes:
 Nō iam vt seruum, sed amplius quā seruum,¹⁶
 fratrem dilectum, maximè mihi: quanto autem
 magis tibi & in carne & in Domino? Itaque si¹⁷
 putas nostra esse communia, excipe eum tan-
 quam me. Quòd si quid læsit te, aut debet, hoc¹⁸
 mihi imputato. Ego Paulus scripsi mea ma-¹⁹
 nu, ego dependam: vt ne dicam tibi, te etiam te-
 ipsum mihi insuper debere. Et iam, frater, hūc²⁰
 ego fructum abs te consequar in Domino: re-
 focilla mea viscera in Domino. Scripsi tibi,²¹
 confusus fore vt auscultes, vt qui norim te etiā
 amplius quā dico facturum esse. Simul au-²²
 tem etiam para mihi hospitium: spero enim
 me per preces vestras donandum vobis. Salu-²³
 tant te, Epaphras, (meus in captiuitate propter
 Iesum Christum socius.) Marcus, Aristar-²⁴
 chus, Demas, Lucas, adiutores mei. Gratia²⁵
 Domini nostri Iesu Christi sit cum spiritu ve-
 stro. Amen.

Ad Philemonem missa fuit Roma
 per Onesimum ser-
 uum.



EPISTO.

EPISTOLA AD
HEBRAEOS.

CAPVT I.

1. Ut ostendat doctrinam a Christo allotam primas tenere, quia sit omnium Prophetarum clausula. 4. nominat in illum supra Angelos esse: 10. & varijs Scrip. testimonijs longe omnibus præcellere probat.

- 1 **D**EVS multis vicibus multisque modis olim loquutus Patribus per Prophetas, vltimis diebus hisce loquutus est nobis
 2 per Filium, Quem constituit heredem omnium: per quem etiam mundum condidit. ^{Sap. 7. 26} ^{Col. 1. 15} ^{Qui}
 3 illum sit splendor gloriae, & character personae illius, sustineatque omnia verbo illo suo potente, purgatione peccatorum nostrorum per se ipsum facta, sedit ad dextram maiestatis illius
 4 excelsissima: Tanto praestantior factus Angelis, quanto excellentius praë illis sortitus est nomen. Nam cui dixit vnquam Angelorum, ^{Psal. 2. 7} ^{infr. 5. 5} ^{2. Sam. 7. 14} ^{L. Par. 22. 10} ^{1. Cor. 15. 9} ^{Psal. 97. 7} ^{Psal. 104. 5} ^{Psal. 45. 7}
 5 Filius meus es tu, ego hodie genui te? Ac rursum, ^{Ego ero ei pater, & ipse erit mihi filius}
 6 Rursum autem quum inducit primogenitum in orbem terrarum, dicit, ^{Et adorent eum omnes Angeli Dei.} Et de Angelis quidem dicit, ^{Qui Angelos suos facit spiritus, & ministros suos, ignis flammam: Ad Filium autem, Thronus tuus, Deus, in seculum seculi: virga recta, virga regni tui. Dilexisti iustitiam & odisti iniquitatem: propterea vnxit te Deus, Deus tuus, oleo exultationis vltra consortes tuos. Et, Tu in initio Domine terram fundasti: & opera ma-}
 7 ^{num}

CAP. II.

EPISTOLA AD

tuam tuarum sunt caeli. Ipsi peribunt, tu autē
 permanes: & omnes vt vestimentum veterascēt:
 Ac velut amictum circumuolues eos, & muta-
 buntur: tu autem idem es, & anni tui non defi-
 cient. Ad quem autem Angelorum dixit vn-
 quam, ¹ Sede ad dextram meam, vsquedum po-
 suero inimicos tuos scabellum pedum tuorum?
 Nonne omnes sunt ministratores spiritus, qui
 ministerij causa mittuntur propter eos qui ha-
 redes erunt salutis?

Psal. 110. 1
 1. Cor. 15. 25
 Intra 10. 13

CAPVT II.

1. Inde infert, Christi doctrinæ solidam audientiam debere
 ei, 9 & cum nobis fratris loco in carne nostra propo-
 nit, vt libentius nos totos illi tradamus.

Propterea oportet nos eo magis attendere ijs
 quæ audiuimus, nequando perfluamus. Et
 enim si per Angelos dictus sermo fuit firmus, o-
 mnisq; transgressio & contumacia iustam mer-
 cedis retributionem retulit, Quomodo nos
 effugiemus si tantam neglexerimus salutem?
² quæ quum primū enarrari cœperit per ipsum
 Dominum ab ijs qui ipsum audierant, fuit no-
 bis confirmata: Testimonium illis præbente
 Deo & signis & prodigijs, varijsq; virtutibus,
 & Spiritus sancti distributionibus, pro sua vo-
 luntate. Non enim Angelis subiecit mundum
 illum futurum, de quo loquimur. Testatus est
 autem quidam alicubi dicens, ³ Quid est homo,
 vt memor sis eius: aut filius hominis, vt eum re-
 spicias? Fecisti eum paulisper inferiorem An-
 gelis: gloria & honore coronasti eum, & con-
 stituisti eum super opera manuum tuarum.
⁴ Cor. 15. 27 ⁵ Omnia subiecisti sub pedibus eius. Enimvero
 pec

Intra 16. 29

Psal. 8. 5

4. Cor. 15. 27

per hoc quod ei subiecit omnia, nihil omisit
 quod non sit ei subiectum: at nunc nondum
 9 videmus ei omnia esse subiecta. Sed Iesum illum
 cernimus gloria & honore coronatū, qui ² pau- Philipp. 1. 8.
 lis per fuit inferior Angelis factus, propter mor-
 tis perpeſſionem: vt beneficio Dei pro omnibus
 10 mortem gustaret: Decebat enim vt ipse pro-
 pter quē sunt hæc omnia, & per quem sunt hæc
 omnia, multos filios in gloriam adducendo,
 principem salutis ipsorum per afflictiones con-
 11 ſecraret. Nam & qui ſanctificat & qui ſanctifi-
 cantur, ex vno sunt omnes: quam ob cauſam
 12 non erubescit Fratres ipsos vocare, Dicens,
² Annuntiabo nomen tuum fratribus meis, in Pſal. 7. 2. 23
 13 medio Eccleſiæ tibi hymnos canam. Et rur-
 ſum, ² Ego fretus ero ipſo. Et iterum, ² Ecce ego Pſal. 18. 3
 14 & pueri quos mihi dedit Deus. Quoniam igi- Eſa. 8. 18
 tur pueri participes sunt carnis & sanguinis, ipse
 quoque conſimiliter particeps factus est eorun-
 dem, ² vt per mortem aboleret eum qui mortis
 15 imperium habet, hoc est diabolus: Et liberos
 redderet quotquot metu mortis, per omnem vi-
 16 tam obnoxijerant ſeruituti. Non enim vide-
 licet Angelos aſſumpſit, ſed ſemen Abrahæ aſ-
 17 ſumpſit. Vnde debuit per omnia fratribus ſi-
 milis fieri, vt miſericors eſſet & fidelis Pontifex
 in ijs quæ apud Deum agenda forent, ad expi-
 18 andum peccata populi. Nam ex eo quod per-
 peſſus fuit quum tentatus eſt, poteſt & ijs qui
 tentantur ſuccurrere.

CAPVT III.

1. Nunc oſtendit quanto inferior ſit Moſes Chriſto. 5. 6.
 nempe quantum diſtat ſeruus a domino. 7. Inde ex
 hortationes minimeque aduſcet ex Davidis reſſimonio,
 S. h. quis

S. si quis vel contumaciter repugnet: 12. vel ad obser-
quendum sit tardior.

Num. 12. 7

Psal. 95. 8
Infr. 4. 7

Vnde fratres sancti, vocationis cælestis parti-
cipēs, considerate Apostolum & Pontificem
professionis nostræ Christum Iesum: Fidelem
ei qui ipsum constituit: vt & Moses fidelis fuit
in tota domo ipsius. Tanto nanque amplior
gloria præ Mose hic dignus est habitus, quanto
maiorē habet honorem is qui construxit do-
mum quàm domus ipsa. Omnis enim domus
construitur ab aliquo: porro qui condidit o-
mnia hæc, Deus est. Et Moses quidem fidelis
fuit in tota domo ipsius, vt famulus, ad testifi-
canda quæ post dicenda erant: At Christus, vt
filius, domi suæ præest: cuius domus sumus
nos, si fiduciam & spem illam de qua gloriamur,
ad finem vsque firmam tenuerimus. Quapro-
pter sicut dicit Spiritus ille sanctus, Hodie si
vocem eius audieritis, Ne obdurate corda ve-
stra, sicut in exacerbatione, in die tentationis il-
lius in deserto. Vbi tentauerunt me patres ve-
stri, probauerunt me, & viderunt opera mea qua-
draginta annis. Quapropter in sensus sui
tioni isti: & dixi, Semper errat corde, neq;
nouerunt vias meas. Itaque iuravi in ira mea,
Si introibunt in requiem meam. Videte, fra-
tres, nequando sit in vlllo vestrâ cor malum &
infidèle, deficiendo à Deo viuo. Sed exhorta-
mini alij alios quotidie, quoad appellatur dies
hodiernus: nequis ex vobis induretur fraude
peccati. Christi enim participes facti sumus, si
modò principium illud quo sustentamur, fir-
mum tenuerimus ad finem vsque: Interim dum
dicitur, Hodie si vocem eius audieritis, ne ob-
durate

16 durate corda vestra, vt in exacerbatione. Nam
 quidam quum audissent, exacerbauerunt Domi-
 num: non omnes tamen ijs qui exierant ex AE-
 17 gypto per Moysen. Quibus autem insensus fuit
 quadraginta annis? nonne ijs qui peccauerant,
 18 quorum corpora conciderunt in deserto? Qui-
 bus autem iurauit non ingressuros in requiem
 19 suam, nisi ijs qui non obedierant? Et videmus
 non potuisse ingredi propter incredulitatem.

CAPVT IIII.

1. Adhortationem comminationi admiscet, ne quemad-
 modum patres, requie sibi oblata priuentur, ii. sed in
 eam ingredi fudeant. 14. li. de initium sacri tractandi de
 sacerdotio Christi.

1 **M**eruemus igitur nequando derelicta pro-
 missione introcundi in requiem eius, vide-
 2 atur aliqui ex vobis fuisse frustratus. Etenim
 nobis euangelizarum est sicut & illis: at non
 profuit illis auditus sermo, vt qui fidei mixtus
 3 non fuerit ipsis qui audierant. Introimus enim
 in requiem nos qui credidimus, sicut dixit, *Ita. Psal. 95. 11*
 que iuravi in ira mea, si ingressuri sint in requi-
 em meam: licet operibus à iactis fundamentis
 4 mundi perfectis. Ita enim dixit quodam in loco
 de septimo die, *Et requieuit Deus die septimo Gen. 2. 2*
 5 ab omnibus operibus suis. Et hic rursus, *Si Deut. 5. 14*
 6 introibunt in requiem meam. Quia igitur re-
 liquum est, vt aliqui introcant in eam, & quibus
 prius annuntiatum fuit, non introierunt pro-
 7 pter incredulitatem: Rursus quendam praefi-
 nit diem, Hodie, apud Dauidem dicens tanto
 post tempore (prout dictum est) *Hodie si vo- Supra. 3. 7*
 cem eius audieritis, ne obdurate corda vestra.
 Nam

Nam si eos Iesus in requie collocasset, nequa-⁸
 quam de alio posthac die loquutus fuisset. Ita-⁹
 que reliquus est aliquis sabbatismus populo
 Dei. Nam qui ingressus est in requiem ipsius,¹⁰
 & ipse ab operibus suis, quemadmodum
 & suis Deus. Studeamus igitur ingredi in illam
 requiem, nequis in idem incidat contumacia
 exemplum. Viuus est enim sermo Dei & effi-¹¹
 cax & penetrantior quouis gladio ancipiti: ac
 pertingit vsque ad diuisionem animæ simul ac
 spiritus, compagumque & medullarum, & di-
 iudicat cogitationes & conceptiones cordis.
 Nec est vlla res creata quæ non manifesta sit in
 conspectu ipsius: imò omnia sunt nuda & pa-¹²
 tentia oculis eius, quicum nobis est negotium.
 Habentes igitur Pontificem magnum qui pe-¹³
 netrauit celos, Iesum Filium Dei, teneamus
 hanc professionem. Non enim habemus Pon-¹⁴
 tificem qui non possit affici sensu infirmitatum
 nostrarum: sed tentatum in omnibus similiter,
 absque peccato. Accedamus igitur, cum fiducia
 ad thronum gratiæ, vt consequamur misericor-¹⁵
 diam, & gratiam inueniamus ad opportu-¹⁶
 num auxilium.

CAPVT V.

1. Primo docet quòd nam sit summi pontificis officium
 6. Secundo, Christum a Deo nostrum pontificem con-
 stitutum esse, 7. & vere restituisse quæ summi Pontificis
 erant.

NAm omnis Pontifex ex hominibus assumi-
 tur, & pro hominibus constituitur in ijs quæ
 apud Deum agenda sunt, vt offerat donaria &
 victimas pro peccatis. Qui quantum satis est
 possit miserari vicem ignorantium & aberran-
 antium.

2. num: quod & ipse circumdatus sit infirmitatibus:
 3. Et propter hanc debeat, sicut pro populo, ita &
 4. pro seipso offerre victimam pro peccatis. Neque;
 sibi ipsi quisquam sumit hunc honorem, sed qui
 5. vocatur à Deo, sicut & Aaron. Ita & Christus 1. Paral. 23. 13
 non sibi hunc honorem tribuit, ut fieret Pontifex,
 sed is qui dixerat ei, ² Filius meus es tu, ego Psal. 2. 7
 6. hodie genui te. Sicut & alibi dicit, ² Tu es Sa- Supra. 4. 5
 cerdos in aeternum, secundum ordinem Melchisedec. Psal. 110. 4
 7. sedec. Qui in diebus carnis suae, quum deprecations & supplicationes apud eum qui poterat
 ipsum servare à morte, cum clamore valido & lacrymis obtulisset, & exauditus esset ex metu,
 8. Quavis Filius esset, tamen ex his quae passus est didicit obedientiam: Et consecratus, factus est
 9. autor salutis aeternae omnibus qui ipsi auscultant: Cognominatus à Deo Pontifex secundum
 10. ordinem Melchisedec. De quo nobis multa sunt dicenda, eaque difficilia explicatu: quando
 11. quidem segnes facti estis auribus. Vos enim quos oportuit pro temporis ratione doctores
 12. esse, rursus opus est doceri quae sint elementariorum eloquiorum Dei: factique estis in quibus la-
 13. cte sit opus, & non solido cibo. Enimvero cui cum lacte res est, is rudis est sermonis iustitiae:
 14. (infans enim est.) Sed adultorum est solidus cibus, eorum videlicet qui propter habitum, sensus habent exercitatos ad discretionem boni ac mali.

CAPVT VI.

2. Hebraeorum puerilem ignaniam perstringens, 4. Vera denuntiatione eos terret, 7. & mature proficiens di studium excitat, 10. meliora de ipsis sperans 13. Abraham exemplum citat, 17. Fidemque verbo iunxam 19. anchorae comparat.

Quapropter

Quapropter omisso qui in Christo rudes in-
 choat sermone, ad perfectionem feramur:
 non iacentes rursus fundamentum respiscen-
 tia ab operibus mortuis, & fidei in Deum: Ba-
 ptismatum doctrina, ac manuum impositionis,
 & resurrectionis mortuorum, & iudicij eterni.
 Atque id faciemus, si quidem permiserit Deus.
 Infr. 10. 26 ² Nam fieri non potest, ut qui semel fuerint il-
 lustrati, gustauerintque donum cælestis, & par-
 ticipes facti fuerint Spiritus sancti, Gustave-
 rintque bonum Dei verbum, ac virtutes futuri
 seculi: Si prolabantur, ut denuo renouentur
 per respiscenciam, ut qui rursus crucifigant si-
 bimetipsis Filium Dei, & ad ignominiam expo-
 nant. Nam terra quæ imbrem sæpius in se ve-
 nientem combiberit, & progenuerit herbam ac-
 commodam eis per quos excolitur, recipit be-
 nedictionem à Deo: At quæ profert spinas &
 tribulos, reprobata est, & maledictioni affinis:
 cuius exitus tendit ad exustionem. Sed persua-
 simus nobis de vobis, dilecti, istis meliora, & cū
 salute coniuncta, etiamsi ita loquamur. Non
 enim iniustus est Deus, ut obliuiscatur operis
 vestri, & laboriosæ charitatis quam exhibuistis
 ipsius nomini, ut qui ministraueritis sanctis, &
 ministraretis. Cupimus autem, ut vnusquisque u-
 vestrum idem ostendat studium ad plenam spei
 persuasionem ad finem usque: Ut ne sitis se-
 gnes, sed imitatores eorum qui per fidem ac pa-
 tientiam obtinent promissam hereditatem.
 Deus enim pollicitus Abraham, quum non pos-
 set per quenquam maiorem iurare, iurauit per
 seipsum. Dicens, ² Certè benedicens benedi-
 cam tibi, & multiplicans multiplicabo te. Atq; 15
 ita

ita quum patienter expectasset, assequutus est
 16 promissum. Nam homines quidem per eum
 iurant qui sit maior, atque iisdem omnis con-
 trouerſiæ finis, est iusiurandum ad confirma-
 17 tionem adhibiturum. Quam in re Deus volens ex
 abundantia hereditibus promissionis ostendere
 immutabilitatem consilij sui, fideiussit iureiu-
 18 rando: Vt per duas res immutabiles, in quibus
 fieri non potest, vt mentitus sit Deus, validam
 consolationem habeamus nos, qui cursum eò
 corripuimus, vt spem propositam obtineamus.
 19 Quam velut animæ anchoram habemus tutam
 ac firmam, & ingredientem vsque in ea quæ sunt
 20 intra velum. Quò præcursor pro nobis ingres-
 sus est Iesus, secundum ordinem Melchisedec,
 Pontifex factus in æternum.

CAPVT III.

i. Hactenus ipsos stimulant, vt attente expendere
 quæ in Melchisedec considerata sunt, 15. in quibus
 similis sit Christus: 20. In summa cur cedere Lex Eu-
 angelio debeat.

1 **N**am hic Melchisedec rex erat Salem, Pon- Gen. 14. 18
 tifex Dei altissimi, qui occurrit Abrahamæ re-
 2 uertenti à eade regum, & benedixit ei: Cui & dec-
 imas ex omnibus impartitus est Abraham: qui
 primùm quidem ex interpretatione dicitur rex
 iustitiæ, deinde verò etiam rex Salem: quod est
 3 rex pacis. Sine patre, sine matre, sine genere: nec
 initium dierum, neque vitæ finem habens: sed
 assimilatus Filio Dei, manet Sacerdos in per-
 4 petuum. Spectate verò quantus hic fuerit, cui
 etiam decimas spoliatorum dedit Abraham, p. a.
 5 triarcha. Et ij quidem qui sunt ex filijs Leui,

Numb. 18. 21

sacerdotio fungentes, ⁵ præceptum habent de
 cimarum accipiendarum à populo secundum
 Legem, hoc est à fratribus suis, licet egressis ex
 lumbis Abrahæ. Is verò cuius genus ad illos non ⁶
 refertur, decimas accepit ab Abraham, & haben-
 ti promissiones benedixit. Porrò sine vlla con- ⁷
 trouersia, id quod minus est, ab eo quod maius
 est, benedicitur. Atque hîc quidem homines
 qui moriuntur, decimas accipiunt; illic au-
 tem is, de quo testatum est quòd viuat. Et ⁹
 (vt ita loquar) in Abraham decimatus est et-
 iam ipse Leui, qui decimas solet accipere. Nam ¹⁰
 is adhuc in lumbis patris erat, quum occurre-
 ret Abrahæ Melchisedec. Porrò si consum- ¹¹
 matio per Leuiticum Sacerdotium erat, (nam
 sub hoc sancita Lex est populo) quid amplius
 erat opus alium exoriri Sacerdotem secundum
 ordinem Melchisedec, nec secundum ordinem
 Aaronis dici? Mutato igitur Sacerdotio, ne- ¹²
 cesse est, vt Legis quoque mutatio fiat. Nam ijs ¹³
 de quo hæc dicuntur, ad aliam tribum pertinet,
 de quo nullus attendit altari. Palàm est enim ¹⁴
 è tribu Iuda exortum esse Dominum nostrum:
 cuius tribus respectu nihil de Sacerdotio lo-
 quutus est Moses. Idque etiam magis patet ex ¹⁵
 eo quòd ad instar Melchisedec exoritur Sacer-
 dos alius. Qui non ex Lege, cuius mandatum ¹⁶
 fit carnale, factus est sacerdos, sed ex vi indissol-
 ubilis vitæ. Testificatur enim ad hunc modum ¹⁷
 dum, ¹⁸ Tu es Sacerdos in æternum, secundum
 ordinem Melchisedec. Nam mandatum præ-
 cedens abrogatur, quòd nullis viribus sit prædi-
 tum & inutile. Nihil enim sanctificauit Lex. ¹⁹
 sed adscita spes melior, per quam appropinqua-
 mus

Psal. 110. 4
 Supra. 5. 7

20 mus Deo. Et quatenus non absque iureiuran-
 21 do. Nam illi quidem, citra iusiurandum Sa-
 cerdotes facti sunt : hic verò cum iureiurando,
 per eum qui dixit ei, ² Iuravit Dominus, & non Psal. no. 4
 pœnitebit eum, Tu es Sacerdos in æternum, se-
 22 cundùm ordinem Melchisedec. Tanto po-
 23 tioris fœderis sponsor factus est Iesus. Et illi
 quidem, plures facti sunt sacerdotes, quòd mors
 24 prohiberet eos permanere: At iste propterea
 quòd in æternum manet, perpetuum habet Sa-
 25 cerdotium. Vnde & seruire prorsus potest
 eos qui per ipsum accedunt ad Deum, semper
 26 viuens, vt interpellet pro eis. Talis enim nos
 decebat Pontifex, pius, innocens, impollutus,
 segregatus à peccatoribus, & sublimior cælis fa-
 27 ctus: Cui non sit quotidie necesse, quemad-
 modum illis pontificibus, ² prius pro peccatis Leuit. 16. 41
 proprijs victimas offerre, deinde pro peccatis po-
 puli: id enim fecit semel quum semetipsum ob-
 28 tulit. Lex enim homines constituit pontifices
 infirmos: at sermo iurisiurandi post Legem
 concepti, Filium constituit qui in æternum est
 sanctificatus.

CAPVT VIII.

1. Quo certius probet abrogatas esse Legis ceremonie
 2s, 7. ideo institutas esse commemorat, vt cælesti proto-
 typo seruirent, 8. Ieremix locum adducit, 15. vt Veteris
 testamenti correctionem probet.

1 CÆterùm eorum quæ dicimus, hæc summa
 est, Talem nos habere Pontificem, qui con-
 sedit ad dextrâ throni maiestatis illius cælestis.
 2 Sanctuarij minister, ac veri illius tabernaculi
 3 quod fixit Dominus, & non homo. Omnis
 enim Pontifex, ad offerenda dona & victimas

constituitur: unde necesse fuit hunc quoq; habere quod offerret. Nam si esset in terra, ne Sacerdos quidem esset, manentibus illis sacerdotibus, qui secundum Legem offerunt dona. Ut qui exemplari & umbræ deseruiunt rerum caelestium, sicut diuinitus dictum est Mosis quum esset absoluturus tabernaculum, Vide enim, inquit, ut facias omnia ad exemplar quod ostensum est tibi in monte. At nunc noster ille Pontifex eo excellentius ministerium sortitus est, quo præstantioris est fœderis intercessor, quod præstantioribus promissis sancitum est. Nam si prius illud tale fuisset, ut nihil in eo posset requiri, haud quaquam fuisset secundo quaesitus locus. Nam incusans eos, inquit, Ecce dies venient, dicit Dominus, quum pagam cum domo Israël & cum domo Iuda fœdus nouum. Non secundum fœdus quod feci cum patribus ipsorum, quod die præhendi manum ipsorum, ut educerem eos ex Aegypto: nam ipsi non perseverauerunt in illo meo fœdere, & ego despexi eos, dicit Dominus. Quamobrem hoc est fœdus quod pacifcatur domui Israël post dies illos, dicit Dominus: indam Leges meas menti eorum, & cordi eorum inscribam: & ero ipsis Deus, & ipsi erunt mihi populus. Neque docebunt singuli proximum suum, & singuli fratrem suum, dicentes, Cognosce Dominum: nam omnes cognoscent me, ab eo qui pusillus fuerit inter eos, ad eum usque, qui magnus fuerit inter eos. Ero enim propitius iniquitatibus eorum & peccatis eorum: & iniquitatum ipsorum non recordabor amplius. Dum nouum dicit, antiquauit prius: porro quod antiquatur ac senescit, propè est ut euanescat.

2. Tabernaculi dispositionem, 10. & ritus Legales 16. ad veritatem in Christo exhibitam conferens, 16. concludit non iam amplius alio Sacerdote opus esse. 24. quia ipse Christus sub nouo testamento has partes impleat.

- 1 **I**gitur habebat quidem etiam prius fœdus cō-
stitutos religionis ritus, & sanctuariū mun-
danum. Tabernaculum enim constructum
fuit: prius quidem in quo erant lucernæ & men-
sa, & propositi panes, quod Sancta vocant. Post
medium autem velum erat Tabernaculū quod
4 vocant Sancta Sanctorum: Aureū habens thur-
ribulum, & Arcam fœderis vndique circumte-
ctam auro: in qua vna aurea habens manna,
& virga Aaron quæ germinauit: & Tabula
5 fœderis. ^{Num. 17. 10} Supra hanc autem Cherubim glo-
riofī, obumbrantes propitiatorium: de quibus ^{1. Reg. 8. 9}
non est nunc dicendum singularim. His autem ^{2. Paral. 5. 10}
ita ordinatis, in prius quidem Tabernaculum
quouis tempore ingrediuntur Sacerdotes qui
7 ritus obeunt. In secundum autem, semel quot-
annis solus Pontifex, non sine sanguine, quem
8 offert pro seipso & pro populi erratis. Hoc
declarante Spiritu sancto, nondum patefa-
ctam fuisse viam ad Sacrarium, priore Taberna-
culo adhuc consistente. Quod erat exemplar
9 pro tempore illo præsentī, quo dona sacrificia-
que offeruntur, quæ non possunt conscientia
10 sanctificare cultorem, In cibis duntaxat & po-
tionibus, & diuersis ablutionibus ac ritibus car-
nalibus, vsq; ad tempus correctionis imposita:
11 Adueniens autem Christus Pontifex futuro-
rum bonorum, per maius & perfectius Taber-
naculum non manufactum, id est, non huius
structu-

Leuit. 16. 14

Num. 19. 4

1. Pet. 2. 14

1. Iohan. 1. 7

Apoc. 1. 6

Luc. 1. 77

Luc. 5. 75

Rom. 5. 6

2. Pet. 3. 18

Galat. 3. 15

Exod. 24. 7

structuræ, Neque per sanguinem hircorum & vitulorum, sed per proprium sanguinem ingressus est semel in Sacrarium, æternam redemptionem nactus. Nam si sanguis taurorum & hircorum, & cinis iuuenæ aspergens inquinatos, sanctificat ad carnis puritatem: Quanto magis sanguis Christi, qui per Spiritum æternum seipsum obtulit inculpatum Deo, purgabit conscientiam vestram à mortuis operibus, ad seruiendum Deo viuo? Itaq; ob id noui fœderis mediator est, vt morte intercedente, ad redemptionem earum præuaricationum quæ fuerant sub priore Testamento, vocati, promissionem accipiant æternæ hæreditatis. Nam vbi testamentum est, mors intercedat necesse est testatoris. Testamentum enim in mortuis tantum est: quandoquidem nondum valet quæ uiuit testator. Vnde ne prius quidem illud absq; sanguine dedicatum fuit. Quum enim Moses omnia mandata secundum Legem recitasset toti populo, sumpto sanguine vitulorum & hircorum, cum aqua & lana coccina & hyssopo, simul & ipsum librum & totum populum aspersit: Dicens, Hic est sanguis testamenti quod mandauit vobis Deus. Insuper autem & Tabernaculum, & omnia vasa sacrorum, sanguine similiter aspersit. Et omnia ferè secundum Legem sanguine purificantur. & absq; sanguinis effusione non fit remissio. Itaq; necesse fuit exemplaria quidem eorum quæ sunt in cælis, hisce rebus purificari, ipsa verò cælestia potioribus, quàm hæc sint, victimis. Non enim in manufactum sacrarium ingressus est Christus, quod sit exemplar vero sacrario respondens: sed in ipsum cælum,

caelum, vt appareat nunc in conspectu Dei pro
 25 nobis. Neq; vt saepe offerat semetipsum, sicut
 Pontifex ingreditur in sacrarium quotannis cũ
 26 sanguine alieno: (Alioquin oportuisset eum se-
 pe passum fuisse à condito mundo) sed nunc se-
 mel in consummatione seculorum, ad abolendũ
 peccatum, per immolationem sui ipsius patefa-
 27 ctus est. Et sicut illud statutum est hominibus,
 28 vt semel moriantur, postea verò iudicium: Ita Rom. 6. 8
 & Christus semel oblatus, vt multorum pecca- t. Pet. 3. 18
 ta tolleret, altera vice absq; peccato conspicietur
 ijs qui ipsum expectant ad salutem.

CAPVT X.

1. Legis sacrificia inde colligit infirma fuisse, 2. quia quot
 annis repetebantur: 5. Christi vero hostiam vnicam esse
 se, & perpetuam 6. Davidis testimonio probat. 19. Hinc
 exhortationem subiiciens, 29. seuerè ijs minatur qui
 Christi gratiam abiecerint. 36. postremo tolerantiam,
 37. quæ ex fide nascitur commendat.

1 **L**Ex enim vmbra obtinens futurorum bo-
 norum, nõ expressam formam rerum, ijs ho-
 stijs quas singulis añis easdem assiduè offerunt,
 2 nõquam potest accedentes sanctificare. Alioqui
 nõ desissent offerri, propterea quòd qui sa-
 crificassent, ac semel purgati essent, nullorum
 3 peccatorum amplius essent sibi conscij. Atqui
 in istis repetita fit mentio peccatorum quotan-
 4 nis. Non enim potest sanguis taurorum &
 5 hircorum auferre peccata. Quapropter ingre-
 diens mundum, dicit, Sacrificium & oblatio. Psal. 40. 7
 6 nem nolüisti, corpus autem aptasti mihi. Ho-
 locautomata & hostiam pro peccato nõ appro-
 7 basti: Tunc dixi, Ecce adsum (in capite libri
 scriptum est de me) vt faciam, Deus, voluntatem
 L14 tuam:

tuam: Quum superius dixisset, Sacrificium & 8
 oblationem & holocausta & hostiam pro
 peccato noluisti, neque approbasti (quæ iuxta
 Legem offeruntur.) Tunc dixit, Ecce adsum, 9
 vt faciam, Deus, voluntatem tuam. Tollit pri-
 us, vt posteriori statuatur. Quæ voluntate sanctifi- 10
 cati sumus, per oblationem corporis Iesu Chri-
 sti semel factam. Omnis igitur Sacerdos adstat 11
 quotidie operans, & easdem sapius offerens ho-
 stias, quæ nunquã possint auferre peccata. Hic 12
 verò vna pro peccatis oblata victima, in perpetu-
 um² sedet ad dextram Dei: Id quod superest 13
 expectans, donec inimici ipsius, scabellum pe-
 dum eius fiant. Vnica enim oblatione consecra- 14
 uit in perpetuum eos qui sanctificantur. Testi- 15
 ficatur autem nobis & ipse Spiritus sanctus: nã
 posteaquam prædixit, Hoc est fœdus quod pa- 16
 cisca cum ijs post dies illos, dicit Dominus, In-
 dam leges meas cordibus eorum, & eorum in- 17
 tibus eas inscribam: Et peccatorum atque in-
 iquitatum ipsorum non recordabor amplius.
 Porro vbi est horum remissio, non est amplius 18
 oblatio pro peccato. Quum igitur, fratres, ha- 19
 beamus libertatem ingrediendi Sacrarium per
 sanguinem Iesu, Ea via quam dedicauit nobis 20
 recentem & viam per velum, hoc est per car-
 nem suam: Quumque habeamus Sacerdotem 21
 magnum, præfectum domui Dei: Accedamus 22
 cum vero corde, & certa persuasione fidei, puris
 cordibus à conscientia mala: Et abluto corpore 23
 aqua pura, teneamus confessionem spei nō vacil-
 lantem: (fidelis enim est qui promissit.) Et obser- 24
 uemus alij alios, vt nos acuamus ad charitatē &
 bona opera: Non deserentes aggregationem 25
 nostri

Supr. i. 13

Psal. no 2

1. Cor. 15. 25

Supr. i. 13

1. Cor. 31. 33

Rom. 11. 27

Supr. 8. 8

nostri mutuum, sicuti mos est quibusdam, sed
 adhortantes alij alios: idque eo magis quòd vi-
 26 detis illum diem appropinquare. Nam si vi-
 tro peccauerimus post acceptam cognitionem
 veritatis, nō adhuc pro peccatis reliqua est ho-
 27 stia: Sed horrenda quædam expectatio iudicij,
 & ignis feruor, qui deuoraturus est aduersa-
 28 rios. Qui contempserit Moysi Legem, absque
 misericordia ex duorum aut trium testimo-
 29 nio moritur: Quanto (putatis) acerbior sup-
 plicio dignus censēbitur, qui Filium Dei con-
 culcarit, & sanguinem Fœderis, per quem fue-
 rat sanctificatus, profanum duxerit, & Spiritū
 30 gratiæ contumelia affecerit? Nouimus enim
 eum qui dixit, Meum est vlcisci, ego repen-
 dam, dicit Dominus. Et rursum, Dominus in-
 31 dicabit populum suum. Horrendum est inci-
 dere in manus Dei vivi. Reuocate verò in me-
 32 moriam superiores dies, quibus postquam il-
 lustrati fuistis, ingens certamen afflictionum
 33 sustinulistis. Partim quidem, dum & cū pro-
 bris & cum oppressionibus in theatrum estis
 producti: partim verò, dum locij facti estis co-
 34 rum qui in eo statu versantur. Nam & de vin-
 culis meis mecum doluistis, & direptionem
 facultatum vestrarum cum gaudio accepistis:
 vt qui sciretis vos habere apud vos potio-
 35 rem substantiam in cœlis, & quæ permaneat. No-
 igitur abiicite fiduciam vestram, quæ magnam
 36 habet præmij retributionem. Nam patientia
 vobis est opus, vt vbi voluntatem Dei præstite-
 37 ritis, reportetis promissionem: Adhuc enim
 tantillum, tantillum, inquam, & qui venturus
 38 est, veniet, neque tardabit. Iustus autem ex
 Habac. 2. 4
 Rom. 1. 7
 Galat. 3. 11

fide uiuet: at si quis se subduxerit, non probat eum animus meus. At nos non ijs sumus qui nos subducamus ad exitium, sed qui credamus ad animæ salutem.

CAPVT XI.

i. Tractat vsque ad finem cap. non aliunde salutem adpros esse patres, quicunque ab initio mundi Deo probati fuerunt, quam ex fide: ut sciant Iudæi hac sola se colari patribus in sanctam unitatem.

Gen. 1. 1
Iohann. 1. 10
Gen. 4. 4
Math. 23. 35

Gen. 5. 24
Eccles. 44. 17
& 49. 16

Gen. 6. 13
Eccles. 44. 17

Gen. 12. 4

Est autē fides, illud quod facit ut extent quæ sperantur, & quod demonstrat quæ non uidentur. Ob eam enim testimonio sunt ornati maiores. Per fidem intelligimus constructum fuisse mundū uerbo Dei, ut quæ cernimus non sint ex apparentibus facta. Abel per fidē, maioris pretij sacrificium obtulit Deo quam Cain: per quā testimonium obtinuit quoddam esse iustus, testimonium perhibente Deo de donis eius: & per hanc mortuus adhuc loquitur. Per fidem Enoch fuit translatus, ne uideret mortem: nec fuit inuentus, propterea quoddam transfulerat eum Deus. priusquam enim transferretur, testimonium obtinuerat quoddam placuisse Deo. Atqui fieri non potest ut sine fide quisquam ei placeat. nam qui accedit ad Deum, hunc credere oportet esse Deum, & præmia largiri iis qui ipsum requirunt. Per fidem diuinitus admonitus Noë de iis quæ nondum uidebantur, ueritus, apparauit arcam ad seruandam domum suam: per quam arcam condemnauit mundum, & eius quæ ex fide est iustitiæ factus est hæres. Per fidem uocatus Abraham auscultauit Deo, ut abiret

in

- in locum quem accepturus erat in heredita-
 9 tem: & exiit, nesciens quò esset venturus. Per
 fidem commoratus est in terra promissã ut a-
 liena, commoratus in tabernaculis cum Isaac
 & Iacob coheredibus eiusdem promissionis.
 10 Expectabat enim urbem habentem fundamen-
 11 ta, cuius artifex & conditor est Deus. Per fi-
 dem & ipsa Sara vim ad concipiendum semẽ Gen. 17. 19, & 21. 5
 accepit, ac præter ætatis rationem peperit:
 quòd fidelem iudicavit eum qui promiserat,
 12 Quapropter & ex vno eoque iam emortuo na-
 ti sunt posterì, quanta est astorum cœli mul-
 titudo & quasi arena illa innumerabilis quæ
 13 est ad oram maris. Secundum fidem mortui
 sunt isti oēs, non adepti promissã, sed eminus
 ea conspicati, postquam credidissent, & am-
 plexi essent, ac professi fuissent se hospites &
 14 aduenas esse in terra. Nam qui hæc dicunt,
 15 palàm ostendunt se patriam querere. Quòd
 si illius memores fuissent ex qua exierant, ha-
 16 buissent tempus ad reuertendum: Nunc au-
 tem meliorem expetunt, hoc est cœlestẽ: qua-
 propter non erubescit ipse Deus, vocari Deus
 17 eorum. parauerat enim eis urbem. Abraham Gen. 12. 10
 quum tentaretur, obtulit Isaac per fidem, vni- Eccl. 4. 4. 15
 genitum, inquam, illum obtulit is qui promissio-
 18 nes exceperat. Ad quem dictum fuerat, In Gen. 21. 12
 19 Isaac vocabitur tibi semen: Quum illud secum Rom. 9. 7
 perpendisset, Deum vel à mortuis excitare pos-
 se: vnde etiam illũ similitudine quadã recepit. Gen. 27. 27. & 19
 20 Per fidem de futuris benedixit Isaac filio Ia- Gen. 41. 13
 21 cob & Esau. Per fidem, Iacob moriens sin-
 gulis filiis Ioseph benedixit, & adoravit ba- Gen. 47. 31
 22 culo innixus. Per fidem, Ioseph moriens
 de Gen. 50. 24

de egressione filiorum Israel meminit, deque
 ofsis suis mandauit. ²Per fidem, Moyses quū
 natus esset, occultatus est mēses tres à parenti-
 bus suis, quōd viderent venustum esse puerulū:
 & non timuerunt ³ediētum regis. Per fidem, ⁴
⁵Moyses iam grandis reuuit vocari filius filie
 Pharaonis: Potius eligens simul malis affici
 cum populo Dei quā temporariis commodis
 peccati frui. Maiores arbitratus diuitias pro-
 brum Christi, quā Aegyptiorum thesauros.
 Incuebarur enim in ⁶premiij largitionem. Per ⁷
 fidem reliquit Aegyptum, nihil timens iram
 regis: nam vt qui videret eum qui est inuisibi-
 lis, ita forti animo fuit. Per fidem ⁸peregit
 pascha & effusionem illam sanguinis, ne qui
 perimebat primogenita, ipsos tangeret. Per fi-
 dem ⁹transierunt rubrum mare veluti perfic-
 cam terram: cuius facto periculo Aegyptij ab-
 sorpti sunt. Per fidem ¹⁰moenia Iericho conci-
 derunt, cū ea circuiuissent ad dies septem.
¹¹Per fidem, Rahab meretrix illa non perit vnā
 cum iis qui non obedierant, ¹²quum pacificè ex-
 cepisset hospicio exploratores. Et quid pra-
 terea loquor? deficiet enim me tempus comme-
 morātem de ¹³Gedeone, ¹⁴de Barac, & ¹⁵Sampso-
 ne, ¹⁶& Iephte, ¹⁷& Dauide, & Samuele, ac Pro-
 phetis: Qui per fidem debellarunt regna, ex-
 ercuerunt iustitiam, assequuti sunt promissio-
 nes, occluserunt ora leonū: Extinxerunt vim
 ignis, effugerunt acies gladij, validi facti sunt
 ex imbecillis, effecti sunt robusti in bello, ex-
 ercitus exterorum in fugam verterunt: Mulie-
 res acceperunt ex resurrectione mortuos suos:
 alij verò distenti sunt neglecta liberatione, vt
 portio-

Exod. 2. 21

Act. 7. 21

Exod. 1. 16

Exod. 2. 11

Exod. 12. 22

Exod. 14. 11

Ios. 6. 20

Ios. 6. 25

Ios. 2. 1

Iudic. 6. 11

Iudic. 13. 24

Iudic. 4. 5

Iudic. 11. 1, &

12. 17

1. Sam. 1. 18, &

13. 14

- 36 potioſiorem reſurrecciónem nanciſcerentur. Alij rursus ludibria & flagella ſunt experti, inſulper & vincula & carcerem. Lapidati ſunt, diſſecti ſunt, tentati ſunt, gladio caſi occubuerunt: oberrauerunt cum ouillis & caprinis pellibus: 38 deſtituti, oppreſſi, malè habiti. Quibus indignus erat mundus: in deſertis errantes, & montibus ac ſpeluncis & cauernis terrę. Atque omnes hi teſtimonium adepti per fidem, non 40 obtinuerunt promiſſum: Quòd Deus de nobis melius quiddam prouiderat, ne abſque nobis conſecrarentur.

CAPVT XII.

1. Non modo ab eorũ patrum quos recitauit exemplis hortatur ad patientiam & conſtantiam, 3 ſed etiam ab exemplo Chriſti: 11 Non recte æſtimatum ut caſtigationes Dei, ex præſenti carnis noſtrę ſenſu.

- 1 **P**Roinde nos quoque, cum târa nos circumſter teſtium nubes, abiecto omni pondere, & peccato ad nos circuncingēdos procliui, cõſtanter propoſitum nobis ſtadiũ decurramus: 2 Inruētes in fidei ducem ac perfectorem Ieſum, qui vice ſibi propoſiti gaudiij pertulit crucem, ignominia contempta, & ad dextram throni Dei conſedit. Reputate igitur quis ille ſit qui 3 ralem ſuſtinuit à peccatoribus aduerſus ſeſe contradictionem, ne animis deficientes, fatiſcatis. Nondum ad ſanguinem vſque reſtitutiſtis, aduerſus peccatum decertantes: Et obliuieſtis exhortationis, quæ vobis tanquam filiis loquitur, 4 Fili mi, ne negligito caſtigatiõnem Domini, neque deficias animo quum ab

Rom. 6. 4.
Coloſſ. 3. 8
Ephel. 4. 24
1. Pet. 2. 1

Prou 5. 13

eo argueris. Quem enim diligit Dominus ca- 6
 stigmat, & flagellat quemcunque filium recipit.
 Si castigationē sustinetis, Deus sese vobis of- 7
 fert vt filiis (quis enim est filius quem non ca-
 stiget pater?) Quòd si estis absque castigatio- 8
 ne, cuius participes sunt omnes, nempe spurij
 estis, & non filij. Deinde corporum nostro- 9
 rū patres habuimus castigatores, & eos reueri-
 ti sumus: annō multo magis subiiciemur Pa-
 tri spirituum, & viuemus! Nam illi ad pau- 10
 cos dies, prout ipsis videbatur, nos castigabant:
 hic autem ad commodum nostrum, vt parti-
 cipes simus sanctimonie ipsius. Omnis autē 11
 castigatio in præsens quidem non videtur esse
 gaudij, sed tristitię: at postea fructū tranquillū
 iustitię reddit iis qui per eam fuerint exercita-
 ti. Quapropter manus remissas & genua so- 12
 luta surrigite: Et rectas orbitas facite pedibus 13
 vestris, ne quod claudum est abducatur à via,
 sed vt sanetur potius. Pacem sectamini cum 14
 omnibus, & sanctimoniam, sine qua nemo vide-
 bit Dominum: Prospicientes ne quis deficiat 15
 à gratia Dei: nequa radix amara suppullulans
 obturbet, & per hanc inquinentur multi. Ne- 16
 quis sit scortator, aut profanus, velut Esau,
 qui vnico edulio vendidit suum ius primoge- 17
 niti. Scitis enim eum etiam postea, quum
 vellet hæreditario iure benedictionem assequi,
 reprobaturum fuisse. non enim reperit pœniten-
 tia locum, quamuis cum lachrymis benedi- 18
 ctionem illam exquisisset. Non enim accessi-
 stis ad contrectabilem montem, & incensum
 ignem, acturbinem & caliginem, & procellā:
 Tubāq; sonitum & vocem verborum: quā qui 19
 audie-

- audierant, ²deprecati sunt ne amplius sibi fieret sermo. (Non enim ferebāt quod im-
²⁰rabatur, ³Si vel bestia tetigerit montem, lapi-
²¹dabitur, aut iaculo configetur. Et Moses (a-
²²deo terribile erat visum quod apparebat) dixit,
²³Expauēfactus sum ac tremebundus.) Sed ac-
²⁴cessistis ad montem Sion, & ciuitatem Dei vi-
²⁵ui, Hierusalem cœlestem, & myriadas Angelo-
²⁶rum, Conuentum & concionem primogeni-
²⁷torum qui conscripti sunt in cœlis, & iudicem
²⁸vnīuersorum Deum, & spiritus iustorum cō-
²⁹secratorum, Et ad noui Testamenti media-
³⁰torem Iesum, & sanguinem asperisionis, præ-
³¹stantiora loquētem quā loqueretur sanguis
³²Abel. Videte ne aspernemini eum qui loqui-
³³tur. nam si illi non effugerunt qui auersaban-
³⁴tur eum qui loquebatur Dei nomine in terra,
³⁵multo magis nos, si eum qui de cœlis est auer-
³⁶semur, Cuius vox tunc concussit terram: nūc
³⁷autem denuntiauit, dicens, ³⁸Adhuc semel ego
³⁹concutiam non solum terram, sed etiam cœ-
⁴⁰lum. Porro illud, Adhuc semel, declarat in-
⁴¹stabilium rerum, vt puta factitiarum, a motio-
⁴²nem: vt maneant quæ sunt stabilia. Quapro-
⁴³pter regnum assumentes quod concuti nō po-
⁴⁴test teneamus gratiā: per quam ita seruamus
⁴⁵Deo, vt ei placeamus cū reuerentia & religione.
⁴⁶Etenim ⁴⁷Deus noster, consumens ignis est. Deut. 4. 24

CAPVT XIII

¹ Præceptiones addit non tantum quæ ad mores, 7 sed
 etiam quæ ad doctrinam pertinent.

- ¹ Fraternalis charitas maneat. ² Hospitalitatis Rom. 12. 10
² ne sitis immemores: ³ per hanc enim quidam 1. Pet. 4. 9
³ in scij exceperunt Angelos hospitio. Gen. 18. 31, &
19. 3
 mores

EPISTOLA AD

CAP. XIII.

mores estote victorum, tanquam vnâ cum illis victoribus qui malis premuntur, ac si ipsi quoque corpore afflicti essetis. Honorabile est inter quosuis coniugium, & cubile impolutum: scortatores autem & adulteros damnabit Deus. Sint mores alieni ab auaritia: sitis contenti presentibus. dixit enim ipse, Non te deseram, neque te derelinquam. Ad eod vt confidenti animo dicamus, Dominus mihi auxiliator: nec timebo quid faciat mihi homo. Memores estote ductû vestrorum, qui loquuti sunt vobis sermonem Dei: quorum imitamini fidem, considerantes qui fuerit exitus conuersationis ipsorum. Iesus Christus heri & hodie idem est, & in secula. Doctrinis variis & peregrinis ne circumferimini. bonum enim est gratia constabiliri cor, non cibus, quibus non sunt adiuti qui in ipsis versati sunt. Habemus altare ex quo non habent ius edendi qui tabernaculo deseruiunt. Quorum enim animalium sanguis infertur pro peccato in sacrarium per Pontificem, horum corpora exuritur extra castra. Quapropter & Iesus, vt sanctificaret populum per proprium sanguinem, passus est extra portam. Exeamus igitur ad eum extra castra, opprobrium eius portantes. Non enim habemus hic citam ciuitatem, sed futurâ inquirimus. Per ipsum igitur assidue offeramus Deo sacrificium laudis, id est fructum laborum contentium nomini eius. Beneficentiae verò & communicationis ne obliuiscimini: talibus enim victimis delectatur Deus. Obedite ducibus vestris, & obsecundate. Iant enim ipsi pro animabus vestris, tanquam ratio-

Iosuei. 5

Psal. 118. 6

Leuit. 4. 11, &
6. 30, & 16.
27

Mich. 2. 10

Osee 14. 3

rationem redditori: vt cum gaudio hoc faci-
 ant, & non gementes. id enim est vobis inuti-
 18 le. Orate pro nobis: confidimus enim nos
 bonam conscientiam habere, vt qui in omni-
 19 bus cupiamus honestè conuersari. Amplius
 autem obsecro vos vt id faciatis, vt celerius re-
 20 stituar vobis. Deus verò pacis autor, qui ma-
 gnū illum cuius per sanguinem scederis
 aeterni pastorem, Dominum nostrum Iesum à
 21 mortuis reduxit, Perficiat vos in omni ope-
 re bono, ad præstandam ipsius voluntatem,
 efficiens in vobis quod acceptum sit in con-
 spectu suo, per Iesum Christum: cui sit glo-
 22 ria in secula seculorum. Amen. Precor au-
 tem vos, fratres, sufferte sermonem conso-
 23 lationis: etenim breuibus scripsi vobis. Sci-
 rote fratrem nostrum Timotheum solutum
 esse, cum quo (si celerius venerit) visam vos.
 24 Salutate omnes duces vestros, & omnes san-
 25 ctos. Salutant vos Itali. Gratia sit cum o-
 mnibus vobis. Amen.

Ad Hebræos scripta est ex Italia
 per Timotheum.



EPISTOLA CATHOLICA IACOBI APOSTOLI

CAPVT I.

4: Discrit de patientia, 6 de fide, 10 de animi motu desita ad diuites. 13. Deinde ostendit tentationes ad malum, non ex Deo esse, 17 quum omnis boni author sit. 21 Qualiter recipiendus sit sermo vitæ.

IACOBUS Dei ac Domini Iesu Christi seruus, duodecim tribubus dispersis, salutem. Pro summo gaudio ducite, fratres mei, quod tines in tētationes varias incideritis: Illud scientes, probationem fidei vestræ parere patientiam. Caterum patientia opus perfectum habet, ut sitis perfecti & integri, ita ut nihil desit. Quod si cui vestrum deest sapientia, postulet a Deo qui dat eam omnibus benignè, nec exprobrat: & dabitur ei. Sed postulet eam fide nihil disceptans: nam qui disceptat, similis est fluctu maris qui ventis agitur & iactatur. Ne igitur existimet homo ille se quicquam accepturum a Domino: Vir animo duplici, inconstans est in omnibus viis suis. Porro frater qui est abiectus, gloriatur in sublimitate sua: Contra, qui diues est, in abiectioe sui: quoniam veluti flos herbe præteribit. Nam velut exorto sole cum aestu, exaruit herba, & flos illius decidit, & spectabilis decor ipsius perit: ita & diues in viis suis marcescet. Beatus vir qui tolerat tentationem: quoniam quum probatus erit, accipiet coronam vitæ, quam promisit Dominus iis a quibus diligitur. Nemo quum tentatur, dicat

Róm. 5. 3.

Matth. 7. 7

Mar. 11. 24

Luc. 11. 9

Iohan. 14. 13.

& 16. 23

Ecd. 14. 28

Esa. 40. 6

1. Pet. 1. 14

Ibb 2. 17

dicat se à Deo tentari: nam Deus tentari malis
 14. nō potest, nec quenquā tentat. Sed vnusquis-
 que tentatur, dū à propria cupiditate abstrahi-
 15. tur & inescatur. Deinde cupiditas, posteaquā
 cōcepit, parit peccatum: peccatum verò peractū
 16. gignit mortem. Ne errate, fratres mei dilecti,
 17. Omne munus bonum & omne donum est per-
 fectum supernè, descendens à Patre luminum,
 apud quem non est transmutatio, aut conuer-
 18. sionis obumbratio. Is quia voluit, progenuit
 nos sermone veritatis, vt essemus primitiæ que-
 19. dam suarum creaturarum. Itaq; , fratres mei
 dilecti, sicut omnis homo velox ad audiendū, tar-
 20. dus ad loquendum, tardus ad iram. Nam ira
 21. viri iustitiam Dei non exequitur. Quapropter
 abiectis omnibus sordibus & excremento ma-
 litiæ, cum lenitate recipite insitum sermonem,
 22. qui possit seruare animas vestras. Reipsa ve-
 rō præstate sermonem: nec sitis auditores so-
 23. lūm, fallentes vosmetipsos. Nam si quis audit
 sermonem, & cum non præstat, is similis est vi-
 ro consideranti faciem suam nativā in speculo.
 24. Considerauit enim seipsum, & abiit, & statim
 25. oblitus est qualis esset: At qui introspexerit
 in perfectā illam Legem libertatis, & in ea per-
 manserit, quia non fuerit auditor obliuiosus,
 26. sed effector operis, beatus erit in opere suo. Si-
 quis videtur religiosus esse inter vos, non fra-
 nans linguam suam, sed suum ipsius cor sedu-
 27. cens, huius vana est religio. Religio pura &
 immaculata apud Deum & Patrē, hæc est, in-
 uisere orphanos & viduas in afflictione ipsorū:
 & immaculatum seipsum seruare à mundo.

Prou. 17. 27

Math. 7. 23

Rom. 2. 13

1. Personarum acceptiones discrepare dicit a Christi fi-
de: 14. quam non satis est verbis profiteri, nisi 15. &
operibus misericordie & charitatis præstentis eandem,
21. Abrahæ exemplo.

Leu. 19. 15
Deut. 1. 17, &
16. 19
Prou. 24. 24
Eccle. 4. 2. 2

FRatres mei, ne cum respectu personarum
habete fidem Domini nostri Iesu Christi
gloriosi. Nam si quis in cœtum vestrum in-
grediatur aureum gestans annulũ, veste splen-
dida, ingrediatur autem & pauper cum sordida
veste. Et respexeritis ad eum qui vestem
gestat splendidam, & dixeritis ei, Tu sede hic
pulchrè: & pauperi dicatis, Tu sta illic, aut se-
de hic subter scabellum meum: Nõne disci-
men fecistis apud vos, & facti estis iudices per-
uersè deliberantes? Audite fratres mei dilecti,
nõne Deus elegit pauperes mundi huius vt
fieret diuites fide, & hæredes regni quod pro-
misit iis à quib. diligitur? Et vos contumelia
affecistis pauperem. Nõne diuites per tyran-
nidem opprimunt vos, & trahunt vos ad tri-
bunalia? Nõne blasphemant præclarum il-
lud nomen à quo estis cognominati? Si quidẽ
Legem regiam prestatis secundum Scripturã,
Diliges proximum tuum vt teipsum, bene fa-
citis: Sin verò personam respicitis, peccatum
cõmittitis, & redarguimini à Lege veluti trãs-
gressores. Quisquis enim totam Legẽ serua-
uerit, offenderit autem in vno, omnibus tene-
tur. Nam qui dixit, Ne mœcheris, dixit etiã,
Ne occidas. Quòd si non fueris mœchatus, oc-
cideris autem, factus es transgressor legis. Ita
loquimini, & ita facite vt per Legem liberta-
tis iudicandi. Nam damnatio absque miseri-
cordia

cordia erit ei qui non præstiterit misericordi-
 am: & gloriatur misericordia aduersus da-
 14 mnationem. Quæ utilitas, fratres mei, si fi-
 dem dicat aliquis habere se, opera verò non
 15 habeat? num potest fides illa eũ seruare? Quòd
 si frater aut soror nudi fuerint, & egètes quo-
 16 tidiano victu: Dicat autem eis aliquis ve-
 strũm, Abite cum pace, calefcite & saturamini:
 non tamen dederitis eis quæ sunt apta corpo-
 17 ri, quæ erit utilitas? Ita quoque fides, si opera
 18 non habeat, mortua est per se. Quinimo di-
 cet aliquis, Tu fidem habes, & ego opera ha-
 beo: ostende mihi fidem tuam ex operibus
 tuis, & ego ostendam tibi ex operibus meis fi-
 19 dem meam. Tu credis Deum vnum esse: rectè
 20 facis: & dæmonia credunt, & horrescunt. Vis
 verò nosse, homo vane, fidem illam quæ est
 21 absque operibus, mortuam esse? Abraham pa-
 ter ille noster nõnne ex operibus iustificatus
 est, quum obtulisset Isaac filium suum super Gene. 22. 10.
 22 altare? Vides fidem administram fuisse ope-
 rum ipsius, & ex operibus fidem perfectam fu-
 23 isse? Itaque impleta est Scriptura quæ di-
 cit, Credidit autem Abraham Deo, & im- Gen. 15. 6
 putatum est ei ad iustitiam, & amicus Dei Rom. 4. 3
 24 vocatus est. Videtis igitur ex operibus iu- Gal. 3. 6
 stificari hominem, & non ex fide tantũ?
 25 Similiter autem etiam Rahab illa merc- Iosue 2. 6
 trix, annon ex operibus iustificata est, quum
 26 excepisset nuncios, & alia via emisisset? Nam
 sicut corpus absque spiritu mortuum est,
 ita & fides illa quæ est absque operi-
 bus, mortua est.

2. Vt doceat linguam homini Christiano esse coercendam fidei & charitatis sancte repagulis, & commoda & incommoda quæ ab ea procedunt ostendit: 15 & quid humana sapientia 17 à cœlesti distet.

Eccle. 14. 1, &
19. 17, & 25. 11

NE sitis multi magistri, fratres mei, scientes fore vt grauius iudicium auferamus. In multis enim labimur omnes. Siquis in sermone non labitur, hic perfectus est vir, vt qui possit frano moderari totum etiam corpus. Ecce, equis frana in ora immittimus vt obediant nobis, & totum corpus eorum circumagimus: Ecce, naues quoque, quum tantæ sint, & à ventis sauis agantur, circumaguntur à minimo gubernaculo quocunque libido gubernatoris voluerit: Ita & lingua pusillum membrum est, & magna iactat. Ecce exiguus ignis quantam materiam incendit! Lingua etiam flamma est, & mundus iniquitatis: ita inquam lingua constituta est inter membra nostra, maculans totum corpus, inflammans orbem conditum, & inflammata à gehenna. Omnis enim natura & ferarum & volucrum, serpentiumq; & marinorum, domatur, & domita est à natura humana: Linguam aut nullus hominū domare potest. malū est quod coercere nō possis: plena est veneno mortifero. Per ipsam benedicim⁹ Deo & Patri, & per ipsam maledicimus hominibus qui ad similitudinē Dei cōditi sunt. Ex eodem ore procedit benedictio & maledictio. Non oportet fratres mei, hæc ita fieri. Nunquid fons ex eodē foramine manat dulcē & amarā aquā? Nunquid potest, fratres mei, ficus oleas edere, aut vitis ficus? ita nullus fons falsam & dulcē aquam

- 13 aquã potest edere. Quis sapiens & sciẽtia præ-
 ditus est inter vos? demonstrat ex bona cõuer-
 satione opera sua, cũ mansuetudine sapientia.
 14 Quod si inuidiã amaram habetis, & irritationẽ
 in corde vestro, ne gloriãmini, & ne mendaces
 15 estote aduersus veritatẽ. Non est enim ista sa-
 pientia supernè descendens: sed terrena, anima-
 16 lis, demoniaca. Vbi enim inuidia est & irrita-
 17 tio: ibi tumultuatio & omne opus prauũ. Que
 autem supernè est sapientia, primũ quidẽ pu-
 ra est, deinde pacifica, moderata, tractabilis, ple-
 na misericordiã & fructuum bonorũ, absq; di-
 18 iudicatione, sine simulatione. Fructus autem
 iustitiã cum pace seritur pacificis.

CAPVT III.

1. Enumerat incommoda quæ ex carnis operibus pro-
 ueniunt. 7 Animi submissionem, 8 subiungit & re-
 purgationem, 9 a superbia 10 detractatione, 14
 & ab obliuione proprię infirmitatis

- 1 Vnde bella & lites inter vos? nõne hinc, ni-
 mirũ ex voluptatib. vestris, quæ militant in
 2 mēbris vestris? Cõcupiscitis, & nõ habetis: in-
 uidetis, & studiosè affectatis, nec potestis asse-
 qui: pugnat & bellatis, non tamen obtinetis,
 3 propterea quod nõ petitis. Petit, & nõ acce-
 pit, eo quod malè petatis, vt in voluptates ve-
 4 stras insumatis. Adulteri & adulteræ, nescitis
 amicitia mũdi, inimicitia esse cũ Deo? Quicũq;
 ergo voluerit amicus esse mũdi, inimicus Dei
 5 cõstituitur. An putatis Scripturã inaniter dice-
 re, Ad inuidiã fertur spirit⁹ q habitat in nobis?
 6 Sed maiore offert gratiã, quia dicit, ²Deus sup. Prou. 3. 24
 7 bis resistit, modestis aut dat gratiã. ¹Subiicite 1. Pet. 9. 5
 igit vos Deo, resistite diabolo, & fugiet à vobis. Ephes. 4. 27

1. Pet. 5. 6

Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis: emundate manus, vos peccatores: & purificate corda, vos duplices animo. Affligimini & lugete, & flete. risus vester in luctum conuertatur, & gaudium in mœrorẽ. Sum-

Rom. 14. 4

mittite vos in conspectu Domini, & extollet vos. Ne alij aduersus alios loquimini fratres: quilibet oquitur contra fratrem, quique damnat fratrem suum, loquitur contra Legem, & damnat Legem. quòd si damnas Legem, nõ es obseruator Legis, sed iudex. Vnus est Le-

1. Cor. 4. 19.

gislator qui potest seruare & perdere: tu quis es qui iudicas alium? Age nunc, qui dicitis, Hodie vel cras ibimus in illam urbem, & agemus ibi annum vnum, & mercabimur, & lucrabimur: Qui ignoratis quid futurum sit postero die. quæ est enim vita vestra? vapor enim est qui ad exiguum tempus apparet, & deinde euanescit. Pro eo quod dicere debuis-
tis, Si Dominus voluerit, & vivamus, faciemus hoc aut illud. Nunc autem gloriamini de arrogantia vestra: omnis eiusmodi gloria-
tio mala est. Igitur qui nouerit rectè facere, nec facit, hic peccato tenetur.

CAPVT V.

1. Diuini iudicii seueritatem diuitibus denuntiat, enumerata eorum superbia, 7 vt pauperes audientes diuitũ infelicem exitum, 8 æquo animo afflictiones, 11 vt Job, 14. etiam quam infirmantur, ferant.

Agite nunc diuites, flete, vluantes super miseris vestris superuenturis. Diuitie vestre putrefacte sunt, vestimenta vestra obnoxia tinea facta sunt: Aurum & argentum vestrum

vestrum ærugine vitiatum est : & ærugo eorum
 testabitur aduersum vos, & exedet carnes vestras
 velut ignis. thesaurum congregastis in ultimos
 4 dies. Ecce, merces operariorum qui messuerunt
 regiones vestras, à vobis intercepta, clamat : &
 clamores eorum qui messuerunt, in aures Do-
 5 mini Sabaoth introierunt. In delicijs vixistis
 super terram, & lasciuiistis : enutristis corda ve-
 6 stra, vt in die mactationis. Condemnastis, oc-
 7 cidistis iustum : non resistit vobis. Patientes
 igitur estote, fratres, vsque ad Domini aduen-
 tum. Ecce, agricola expectat pretiosum fructum
 terre, patienter eum expectans, dum accipiat
 8 pluuiam matutinam & serotinam. Patientes
 estote & vos, & stabilite corda vestra, quoniam
 9 aduentus Domini appropinquat. Ne in gemi-
 scite alius aduersus alium, fratres : vt ne cõdem-
 20 nemini : ecce, index ante ianuam adstat. Sumi-
 te fratres mei, pro exemplari afflictionis ac pa-
 tientia, Prophetas qui loquuti sunt in nomine
 11 Domini. Ecce, beatos pronuntiamus eos qui
 afflictionem sustinent. tolerantiam Iob audi-
 istis, & finem Domini vidistis, nam valde mise-
 12 ricors est Dominus ac commiserans. ² Ante o. Matth. 5. 34
 omnia autem, fratres mei, ne iurate neque per ce-
 lum, neque per terram, neque aliud vllum iurau-
 randum : sit autem vestrum est, est, & non, non,
 13 ne in condemnationem incidatis. Affligitur
 aliquis inter vos ? oret. a quo animo est aliquis ?
 14 psallat. Infirmatur quis inter vos ? accersat
 presbyteros Ecclesie, & orent pro eo, ² vngentes Mar. 6. 13
 15 eum oleo in nomine Domini. Et oratio fidei
 seruabit laborantem, erigetque eum Dominus.
 quòd si peccata commiserit, remittentur ei.

Confitemini alij alijs offensas, & orate alij pro
 alijs, vt sanemini. multum enim valet depreca-
 tio iusti efficac. ¹ Elias homo erat ijsdem qui-
 bus nos obnoxius, & precibus precatus est ne
 plueret; & non pluit super terram annos tres &
 sex menses. Et rursus precatus est, & cælum
 dedit pluuiã, & terra protulit fructum suum.
 Fratres, ² si quis inter vos aberrarit à veritate, &
 conuerterit eum quispiam, Sciat eum qui auer-
 terit peccatorem ab errore viæ suæ, seruaturum
 animam à morte, & obtecurum multitudinem
 peccatorum.

1. Reg. 17. 1.
 & 18. 45
 Luc. 4. 25

Matth. 18. 15

EPISTOLA CA- THOLICA PETRI APO- STOLIPRIOR.

CAPVT I.

1. Magnifice extollit Dei gratiam in Christo, 7. quæ a
 de recipitur, & spe possidetur: 13. de qua varicinati sunt
 Prophete. 13. Inde deducit exhortationem. 15. vt re-
 nuntiantes mundo 23. & priori vitæ, se Deo conformet.

PETRVS Apostolus Iesu Christi, adue-
 nis dispersis per Pontum, Galatiam, Cap-
 padociam, Asiam & Bythiniam. Dile-
 ctis ex prænotione Dei Patris ad sanctificatio-
 nem Spiritus, per obedientiam & aspersionem
 sanguinis Iesu Christi: gratia vobis & pax mul-
 tiplicetur. Benedictus Deus & Pater Domi-
 ni nostri Iesu Christi, qui ex multa sua miseri-
 cordia regenuit nos in spem viuam per resurre-
 ctionem Iesu Christi ex mortuis, In heredita-
 tem quæ nec perire potest, nec contaminari, nec
 mac-

5 marcescere, nobis in calis seruatam. Qui vir-
 tute Dei custodimur per fidem, ad salutem quæ
 6 parata est patefieri tempore vltimo. Quam
 re exultatis, tristitia paululum nunc (si opus
 7 est) in varijs tentationibus affecti: Vt explo-
 ratio fidei vestræ multo pretiosior exploratio-
 ne auri, quod perit, & tamen per ignem explo-
 ratur, comperiat vobis esse laudi & gloriæ &
 8 honori, quum patefiet Iesus Christus. Quem
 quum non videritis, diligitis: quem quum
 nunc non cernatis, ei tamen credentes, exulta-
 9 tis gaudio ineffabili & glorioso: Reportantes
 10 mercedem fidei vestræ, salutem animarum. De
 qua salute inquiserunt, & quam scrutati sunt
 Prophetæ, qui venturam in vos gratiam prædi-
 11 xerunt. Scrutantes in quem aut cuiusmodi tem-
 poris articulum prænuntius ille qui in ipsis erat
 Spiritus Christi, declararet euenturas Christo
 perperisiones, & gloriâ illas consequuturam.
 12 Quibus patefactum est eos non sibi, sed nobis
 ea administrare, quæ nunc annuntiata sunt vo-
 bis per eos, qui vobis prædicarunt Euangelium
 per emissum è caelo Spiritum sanctum, in quæ
 13 desiderant Angeli introspicere. Quapropter
 succincti lumbis mentis vestræ, sobrii, integrè
 sperate in eam, quæ ad vos defertur gratiam
 14 in patefactione Iesu Christi. Vt filij obedi-
 entes, qui vos non conformetis pristinis quæ
 in ignorantia vestra vigerunt cupiditatibus.
 15 Sed sicut is, qui vos vocavit sanctus est, ipsi
 quoque sancti in omni conuersatione reddami-
 16 ni. Propterea scriptum est, Sancti estote: nã ego
 17 sanctus sum. Itaque si patrem cognominatis e-
 um qui citra personarum respectum iudicat ex
 cuiusque

Luc. 1. 75

Leui. 11. 44 & 45

1. 2. & 2. 7

Deut. 10. 17

Rom. 2. 14

Gal. 2. 6

cuiusque opere cum timore versamini commo-
 rationis vestrae tempore: Vt qui sciatis vos non
 caducis rebus argēto, vel auro, fuisse redemptos
 ex vana vestra conuersatione, ex patrum tradi-
 tionibus accepta: Sed pretioso sanguine, ut
 pote agni immaculati & incontaminati, nempe
 Christi: Praeordinati quidem ante iacta mū-
 di fundamenta, patefacti verò vltimis tempori-
 bus propter vos, Qui per eum creditis Deo, qui
 excitauit eum à mortuis, & gloriam ei dedit, ut
 fides ac spes vestra in Deo esset. Animabus ve-
 stris purificatis, auscultando veritati per Spiri-
 tum, cum charitate fraterna simulationis ex-
 parte, ex puro corde alij alios diligite impense:
 Renati non ex semine mortali, sed ex immorta-
 li, per sermonem Dei viui & manentis in aeter-
 num. Nam omnis caro est, ut gramen, & o-
 mnis gloria hominis, ut flos graminis: exaruit
 gramen, & flos eius decidit. Sed verbum Do-
 mini manet in aeternum: hoc autem est verbum
 illud quod euangelizatum est vobis.

1 Cor. 6. 20
 & 7. 23
 Heb. 9. 14
 1 Iohan. 7. 1
 Apoc. 1. 5
 Rom. 16. 25
 Ephes. 3. 9
 Coloss. 2. 26
 2. Tim. 1. 19
 Tit. 1. 2
 Inf. 2. 17
 Rom. 12. 10
 Ephes. 4. 3
 Esa 40. 6
 Eccl. 14. 18
 Luc. 1. 10

CAPVT II.

i Fideles verbo Dei renatos, hortatur ad ducendam vi-
 tam quae geniturae respondeat: 6. Ac ne titubet eorum
 fides, allegat quid de Christo praedictum fuit. 11. Hortatur
 deinde ut obedientiam praestent magistratibus, 21. &
 patienter aduersa ferat Christi exemplo,

Rom. 6. 4
 Ephes. 4. 22
 Col. 3. 8
 Heb. 12. 2

Proinde deposita omni malitia & omni do-
 lo, & simulationibus & inuidentijs, & omni-
 bus obreftationibus. Vt modò nati infantes,
 lac illud sermonis sincerum expetite, ut per illud
 adolefcatis. Si quidem gustatis quòd benignus
 fit Dominus, Ad quem accedentes, qui est lapis
 viuus

- viuis , ab hominibus quidem reprobatus , apud
 5 Deū verò electus ac pretiosus : Ipsi quoq; , veluti
 viui lapides , edificemini , domus spiritualis , ^{sa.} Apo. 1. 6
 cerdorium sanctum , ad offerendum spirituales Rom. 9. 33
 6 hostias , acceptas Deo per Iesum Christū . Qua-
 propter etiam continetur in Scriptura , ^{Ecce} Isa. 28. 16
 pono in Sion lapidem in imo angulo , electum , Rom. 9. 33
 7 pretiosum : cui qui credit , non pudebit . Vobis
 igitur est honori qui creditis : immorigeris ve-
 rō , ^{lapis} quem reprobauerunt edificantes , hic Psal. 118. 22
 factus est caput anguli , & lapis offenculi , & Matth. 21. 42
 8 petra offensionis : Nempe ijs qui offendunt
 ad sermonem ^{immorigeri} , ad quod etiam cō- Isa. 8. 14
 9 diti fuerunt . ^{Vos autem} , genus electum , re- Rom. 9. 33
 gale sacerdotium , gens sancta , populus quem si- Exod. 19. 6
 bi Deus , vt proprium vendicat : vt virtutes pre-
 dicetis illius qui vos vocauit & tenet in admi-
 10 rabilem suam lucem . ^{Qui quondam eratis non} Osee. 2. 23
 populus , nunc estis populus Dei : qui non con- Rom. 2. 25
 sequuti misericordiam , nunc estis misericordi-
 11 am consequuti . Dilecti , precor vt tanquam ad-
 uena ac peregrini , abstineteis ^{à carnis cupidi-} Rom. 13. 14
 12 tatibus , quæ militant aduersus animam : ^{Et} Gal. 5. 16
 conuersationē vestram habeatis honestam in- Intra 3. 16
 ter Gentes : vt pro eo quod loquuntur aduersus
 vos velut maleficos , ^{ex bonis operibus} que spe- Matt. 5. 16
 13 tarint , glorificent Deum die visitationis . Pro-
 inde ^{subiecti} estote cuius humana ordinatio- Rom. 13. 1
 14 ni propter Dominum : siue regi , vt qui super-
 emineat : Siue praesidibus , vt qui per eum mit-
 15 laudem rectè agentium . Quoniam ita est vo-
 luntas Dei , vt bene agendo , capistro frangetis a-
 16 mentium hominum ignorantiam . Vt liberi , ac
 non

non veluti malitiæ velamē habentes libertatem,
 sed vt serui Dei. Omnes honorate, ¹⁷ fraternita-
 tem diligite. Deum timere: Regem honorate. ¹⁸
¹ Famuli, subditi estote cum omni timore do-
 minis, non solum bonis & a quibus, sed etiam pra-
 uis. ¹⁹ Hoc enim gratum est, si quis propter con-
 scientiam Dei, suffert molestias iniuste afflictus.
 Quæ enim est laus, si quum peccantes colaphis ²⁰
 cædimini, toleratis? sed si quum benefacitis, ta-
 men afflicti toleratis, hoc est gratum apud De-
 um. Nam ad hoc vocati estis: quoniam & ²¹
 Christus passus est pro vobis, relinquens vobis
 exemplar, vt insequeremini vestigia ipsius. ²² Qui
 peccatum non fecerat, nec inuentus est dolus in
 ore ipsius. Qui conuitijs affectus, non vicif. ²³
 sim conuitiatur: quum malis afficeretur, non
 minabatur, sed committebat, vindictam ei qui
 iuste iudicat. Qui peccata nostra pertulit in ²⁴
 corpore suo super lignum: vt peccatis mortui
 iustitiæ viueremus: cuius vibicibus sanati estis.
 Nam eratis velut oues errantes: sed conuersi ²⁵
 nunc estis ad pastorem & curatorem anima-
 rum vestrarum.

Eph. 5. 6
 Coloss. 3. 22
 1. Cor. 7. 10
 Eph. 5. 9
 1. Iohan. 3. 6

CAPVT III.

1. Ne mulieres Christianæ viros suos licet Ethnicos
 contemnant, 5. piarum mulierum exemplum proponit.
 8. Addit generales præceptiones, 14. vt quis a iuris
 sustineat persecutiones, 16. & intrepide respondeant
 de sua fide, 18. Idque auspicijs Christi.

Col. 3. 18
 Ephes. 4. 22

Similiter ¹ vxores subiectæ sint suis viris, vt et. ²
 iam si qui non obediunt Sermoni, per vxorū
 conuersationem absque Sermone lucrifaciant,
 Vbi spectarint cum reuerentia coniunctam ca. ²
 1. Tim. 2. 9 ³ tam conuersationem vestram. ⁴ Quarum orna-
 tus ⁵

4 nus non fit externus ille in nodis capillorum, &
 circumposito auro, vel palliorum amictu: Sed
 occultus ille cordis homo, situs in incorruptio-
 nelenis ac quieti spiritus, qui est coram Deo
 5 pretiosus. Ita enim olim & sancta illa mulie-
 res sperantes in Deo, ornabant sese, subiectæ suis
 6 viris: Sicut Sara obediuit Abrahamæ dominum Gene. 18. 12
 eum vocans: cuius factæ estis filiæ dum bene-
 facitis, etiam quum non tremmini vlllo pau-
 7 re. Viri similiter, vnâ versentur, vt scientes 1. Cor. 7. 3
 decet, vasi mulieri, vt infirmiori, tribuentes
 honorem, vtpote quum vnâ etiam hæredes
 sitis gratiæ vitæ, ne interrumpantur preces ve-
 8 stræ. Denique omnes estote concordēs, mu-
 tuo molestiarum sensu affecti, fraterna præditi
 9 charitate, misericordes, comes. Non reddent Prou. 17. 11
 res malum pro malo, aut conuitium pro conui- & 20. 22
 10 tio, sed contrâ benedicentes: vt qui sciatis vos Matth. 5. 39
 ad hoc vocatos esse, vt benedictionis hæredita- Rom. 10. 17
 11 tem possideatis. Itaque qui vult vitam diligere, 1. Thess. 4. 15
 & videre dies bonos, coërceat linguam suam à Psal. 34. 13
 12 malo, & labia sua, ne loquantur dolum. De- Esa. 1. 16
 clinet à malo, & faciat bonum: quærat pacem,
 13 & persequatur eam. Nam oculi Domini sunt
 intenti in iustos, & aures eius in deprecationem
 eorum: vultus verò Domini aduersum eos qui
 14 faciunt mala. Et quis est qui affligat vos, si
 bonitatis æmulatores fueritis? Sed & si quid Matt. 5. 10
 perpetiamini propter iustitiam, beati tamen
 estis. Ceterum timorem eorum ne timete, ne- Esa. 8. 12, & 13
 15 que turt amini: Sed Dominum Deum sancti-
 ficate in cordibus vestris. Estote autem semper
 parati ad respondendum cuilibet petenti ratio-
 nem eius speci quæ in vobis est, cum lenitate &

Rom. 7. 6
Heb. 9. 15

Gen. 6. 14
Matth. 24. 39
Luc. 17. 26

reuerentia: Conscientiam bonam habentes, vt 16
pro eo quod loquuntur aduersum vos tãquam
maleficos, pudeant qui incessunt vestram bo-
nam in Christo conuersationem. Melius enim 17
est, vt bene agentes, si ita velit Dei voluntas, ma-
lis afficiamini, quàm malè agentes. 18 Nam & 18
Christus semel pro peccatis passus fuit, iustus
pro iniustis: vt nos ad Deum adduceret, morti-
ficatus quidem carne, viuificatus autem Spiri-
tu. Per quem etiam spiritibus qui sunt in car- 19
cere profectus prædicauit, Olim immorigeris, 20
quum semel expectabat Dei patientia in diebus
Noe, quum appararetur arca, in qua pauca (id
est octo) animæ seruatae sunt in aqua. Cui nunc 21
correspondens exemplar Baptismi, nos quoque
seruat (non quo carnis sordes abijciuntur, sed
quo fit, vt bona conscientia Deum interroget)
per resurrectionem Iesu Christi, Qui est ad 22
dextram Dei, profectus in cælum, subiectis ipsi
Angelis & potestatibus ac virtutibus.

CAPVT IIII.

1. Longius profert Christi exemplum. 6. nempe ad
carnis mortificationem: 8. Charitatem in primis com-
mendans. 12. Rediit inde ad patetice doctrinam. 17. Ne-
cessè enim esse, vt initium correctionis ab Ecclésiâ fiat.

Ephes. 4. 13

Q Vum igitur Christus passus sit pro nobis
carne, vos quoque eadem cogitatione ar-
mamini, nempe quòd qui passus est in carne, de-
stitit à peccato, Vt non amplius cupiditatibus 2
hominum, sed voluntati Dei, quod reliquum
est temporis in carne uiuat. 3 Satis enim est no- 3
bis quòd antea cto vitæ tempore libidinem Gen-
tium patrauerimus, quum incederemus in pro-
teruijs,

- 4 teruijs, cupiditatibus, vinolentijs, comestationibus,
 5 bus, comotationibus, & nefarijs simulachro-
 6 rum cultibus. Quamobrem illi, non concu-
 7 rentibus vobis ad eandem luxus profusionem,
 8 peregrinari sibi videntur, blasphemantes: Qui
 9 reddituri sunt rationem ei qui paratus est ad iu-
 10 dicandum viuos & mortuos. Nam idcirco
 11 mortuis quoque prædicatum est Euangelium,
 12 vt damnarentur quidem secundum homines,
 13 id est carne, viuerent autem secundum Deum,
 14 id est Spiritu. Omnium autem finis imminet.
 15 Estote igitur sobrij & vigilantes ad adorandum.
 Ante omnia verò charitatem alij in alios pro-
 pensam habentes, nam charitas operiet multi-
 tudinem peccatorum. Hospitales estote alij
 erga alios, sine murmurationibus. Vt quisq;
 accepit donum, ita alius in alium illud submi-
 nistrans, vt boni dispensatores variæ Dei gra-
 tia. Siquis loquitur, loquatur vt eloquia Dei:
 siquis ministrat, ministret tanquam ex viribus
 quas suppeditat Deus, vt in omnibus glorifice-
 tur Deus per Iesum Christum, cui est gloria &
 imperium in secula seculorum. Amen. Cha-
 rissimi, ne tanquam hospites, exploratione illa
 per ignem, quæ sit in vobis ad vestri experimen-
 tum, percellimini, vt si peregrinum aliquid vo-
 bis accideret: Imò in eo quòd confortes estis
 afflictionum Christi, gaudete: vt & quum pa-
 tet eius gloria, gaudeatis exultantes. Si pro-
 bris afficimini in nomine Christi, beati estis:
 quoniam & gloriae & Dei Spiritus super vos re-
 quiescit: qui quod ad illos quidem attinet, blas-
 phematur: quod ad vos autem, glorificatur.
 Nequis igitur vestrum affligatur, vt homicida,

Prou. 10. 12

Rom. 12. 13

Heb. 13. 2

Rom. 12. 6

Philipp. 2. 14

Matt. 5. 10

Prou. 2. 31

aut fur, aut maleficus, aut alienarum rerum inspector. Sed si vt Christianus, ne pudeat, imo glorificet Deum hac in parte. Nam tempus est quo incipiat iudicium à domo Dei: quòd si primum incipit à nobis, quis erit finis eorum qui non parent Dei Euangelio? Et, si iustus vix feruatur, impius & peccator vbi comparebit? Itaque qui affliguntur ex voluntate Dei, tanquam fideli conditori commendent animas suas beneficiendo.

CAPVT V.

1. Seniores admonet ne imperium vsurpent in Ecclesia. 5. Iuuenibus docilitatem & modestiam commendat. 8. Sobrietatem quoque & excubias aduersus hostem trulentum.

Presbyteros qui inter vos sunt, precor ego nam presbyter, ac testis afflictionum Christi, atque idem gloria patefacienda consors, Pastore Dei gregem qui penes vos est, curam illius agentes non coacte, sed libenter: non turpiter affectantes lucrum, sed prompto animo. Neque vt dominantes cleris, sed vt qui sitis exemplaria gregis. Et quum apparuerit ille Pastorum princeps, reportabitis immarcescibilem illam gloriae coronam. Similiter iuniores subiecti estote senioribus, & omnes vicissim subiicimini. Modestia estote intus ornari nam Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Submittite igitur vos ipsos potenti manui Dei, vt vos in tempore extollat: Omni cura vestra in eum coniecta: nam illi cura est de vobis. Sobrij estote: vigilate, nam aduersarius vester diabolus, tanquam leo rugiens, obambulat, quærens quem deuoret. Cui resistite firmi per

Rom. 12. 18

Iacob. 4. 6

Iac. 4. 10

Psal. 53. 25

Sap. 12. 13

Matth. 6. 25

Luc. 12. 22

per fidem : scientes easdem afflictiones à vestra
 10 quæ in mundo est fraternitate impleri. Cate-
 rùm Deus omnis gratiæ auctor, qui vocauit nos
 ad æternam suam gloriam in Christo Iesu, pau-
 11 lis per afflictos, is inquam, absolutos vos reddat,
 stabiliat, roboret, fundet. Ipsi gloria & robur in
 12 secula seculorum. Amen. Per Sylyanum vobis
 (vt opinor) fidelem fratrem paucis scripsi, ad-
 hortans vos, & testificans hanc esse veram grati-
 13 am Dei in qua statis. Salutat vos ea quæ est
 Babylone vobiscum electa Ecclesia, & Marcus
 14 filius meus. Salutate alij alios charitatis oscu-
 lo, Pax vobis omnibus qui estis in Christo Iesu.
 Amen.

Rom. 16. 16
 1. Cor. 16. 20
 2. Cor. 13. 12
 1. Pet. 5. 14

EPISTOLA CA-
 THOLICA PETRI APO-
 STOLI POSTERIOR.

CAPVT I.

3. Postquam Dei bonitatem, 5. & fidei bona commemo-
 rauit, 6. sanctitatem vitæ illis commenda. 12. Et quo
 plus ponderis habeat monitio, 14. se iam morri viciniam
 indica. 16. Insuper etiam oculatum testem se esse asserit.

1 **S**IMEON Petrus seruus & Apostolus Iesu
 Christi, ijs qui æquè pretiosam fidem no-
 2 biscum sortiti sunt per iustitiam Dei no-
 stri & seruatoris Iesu Christi : Gratia vobis &
 pax multiplicetur per agnitionem Dei, & Iesu
 3 Domini nostri: Vtpote quû diuina vis ipsius om-
 nia nobis donarit quæ ad vitã & pietatẽ perti-
 nent, per agnitionẽ illius qui vocauit nos ad glo-
 4 riã ac virtutẽ: Ex eo quòd maxima nobis ac pre-
 tiosa

tiosa promissa donata sint, vt per hæc efficere-
 mini diuinæ confortes naturæ elapsi ex corru-
 ptione quæ est in mundo per cupiditatem. Ad 5
 hoc ipsum verò vos omni præterea collato stu-
 dio, adijcite fidei vestræ virtutem, virtuti verò
 scientiam, Scientiæ verò temperantiam, tem- 6
 perantiæ verò tolerantiam, tolerantia verò pie-
 tatem, Pietati verò animum in fratres propen- 7
 sum, animo verò in fratres propenso charita-
 tem. Hæc enim si vobis adsunt, & exuberant, 8
 non inertes nec infructuosos vos efficient ad
 Domini nostri Iesu Christi cognitionem. Nam 9
 cui hæc non adsunt, is cæcus est, nihil procul cer-
 nens, oblitus sese à veteribus peccatis suis fuisse
 purgatum. Quapropter, fratres, potius studete 10
 vocationem & electionem vestram firmam effi-
 cere: hæc enim si feceritis, nunquam impingetis.
 Ita enim copiosè subministrabitur vobis intro- 11
 itus in æternum regnum Domini nostri & ser-
 uatoris Iesu Christi. Quapropter non negligã 12
 vos de istis semper commonefacere, tametsi pe-
 riti & confirmati sitis in presenti veritate. Iu- 13
 stum enim arbitror, quandiu sum in hoc taber-
 naculo, excitare vos per commonefactionem:
 Quum sciam breui futurum, vt deponam hoc 14
 tabernaculum meum: sicut Dominus noster
 Iesus Christus declarauit mihi. Sed & stude- 15
 bo vt vos subinde post exitum meum possitis
 horum mentionem facere. Non enim arte cõ- 16
 positas fabulas sequuti, notam vobis fecimus
 Domini nostri Iesu Christi potentiam & ad-
 uentum sed vt qui oculis nostris aspeximus il-
 lius maiestatem. Acceperat enim à Deo Patre 17
 honorem & gloriam, voce ad eum delata huius-
 modi

Iohan. 21. 17

1 Cor. 1. 17 &

2. Cor. 1. 13

modi à magnifica gloria, ² Hic est ille Filius me- Matth. 17. 5
 18 us dilectus, in quo acquiesco. Et hanc vocem
 nos audiuius è cælo delatam, quum essemus
 19 vnà cum eo in monte sancto. Et habemus fir-
 missimum sermonem propheticum: cui rectè
 facitis quòd attendatis, velut lucernę splendenti
 in obscuro loco, vsquedum dies illucescat, & lu-
 20 cifer exoriatur in cordibus vestris. ² Si illud pri- 2. Tim. 3:1
 mum noueritis, nullam prophetiam Scripturæ
 21 esse proprię explanationis. Non enim libidine
 hominis allata est olim propheta, sed acti à spi-
 ritu sancto loquuti sunt sancti Dei homines.

C A P V T . I I .

1 Exponit cur hæc monuerit superius, nimirum propter
 falsos doctores, 3 quorum nefandas artes ac interitum
 describit. 12. Brutis animalibus, 17. & fontibus sine
 acuti eos comparat, 20. quod homines Deo consecra-
 tos, ad pristinam immunditiam retrahant.

1 **F**Verunt autem & pseudopropheta: in popu-
 lo: vt etiam inter vos erunt falsi doctores, qui
 subintroducent hæreses exitiales, etiam Domi-
 num qui illos mercatus est abnegâtes, accersen-
 2 tes sibi ipsi velox exitium. Et multi sequentur
 eorum exitia: per quos via veritatis blasphema-
 3 bitur. Et per avaritiã fictis sermonibus vos ne-
 gotiabuntur: quibus damnatio iam olim non
 4 otiaur, & quorum exitium non dormitat. Nã
 si ² Deus Angelis qui peccauerant non pepercit, ¹ Job. 4. 18
 sed in tartarum detrusos, catenis caliginis tradi- ¹ Iud 6
 5 dit, damnationi seruatos. Et prisco mûdo non
 pepercit, sed octauum ² Noë iustitię præconem ¹ Gen. 7. 2
 seruauit, diluuiò in mundum impiorum in-
 6 ducto: Et ciuitates Sodomorum ac Gomorrhę
 in cinerem redactas ² subuersione damnauit, fe- ¹ Gen. 19. 13
 citq;

citq; vt essent exemplar impiè victuris: Et iu. 7
 stum Lot libidinosa nefariorum conuersatio-
 ne fatigatum eripuit. (Iustus enim ille quum 8
 habitaret inter eos, in dies animam iustam in-
 iquis illorum factis, & videndo & audiendo
 excruciabatur.) Nouit Dominus pios è tératione 9
 eripere, iniustos autem in diem iudicij punien-
 dos seruare: Maximè verò eos qui carnem se. 10
 quentes, in impura cupiditate incedunt, & do-
 minatum despiciunt: qui inquam, vt sunt au-
 daces & sibi placentes, non horrent dignitates
 conuitijs incessere. Quum ipsi Angeli qui sunt 11
 robore ac potestate maiores, non ferant aduer-
 sus eas apud Dominum iudicium maledicum.
 At isti, veluti animantia rationis expertia qua 12
 naturali impetu feruntur, facta ad eum finè, vt
 capta intereant, ea vituperantes qua ignorant,
 sua ipsorum corruptela interibunt: Reputatu. 13
 ri mercedem iniustitijs, vt qui pro voluptate du-
 cant quotidianas delicias: labes ac maculae, qui
 fraudibus suis se oblectant, vobiscum epulando.
 Oculos habètes plenos adulterij, & qui à peccã. 14
 do cessare nesciant, inescantes animas instabiles,
 cor habentes ad auaritiam exercitatum, execran-
 di homines: Qui relicta recta via, aberrarunt, 15
 sequuti viã Balaam filij Bosor, qui mercedem
 iniquitatis amauit: Sed redargutionem sua 16
 transgressionis sustinuit: nam subiugis asina
 muta, humana voce loquuta, prohibuit Prophe-
 ta dementiam. Isti sunt fontes aqua carentes, 17
 nebula à turbine agitata: quibus caligo tene-
 brarum in aeternum seruata est. Nam præsumi. 18
 dam vanitatem loquendo per carnis cupiditates
 lasciuas, eos inescant, qui verè effugerant eos qui
 in

Num. 22. 23
 Iud. 11

Iud. 22

19 in errore versantur: Libertatem eis pollicen- Iohan. 8. 34
do, quum ipsi serui sint corruptionis: siquidem Rom. 6. 20
à quo quis superatus est, huic etiam in seruitutē
20 est additus. Itaq; si postquam inquinamenta Matth. 12. 41
mundi, per agnitionem Domini & Seruatoris Heb. 6. 4
Iesu Christi effugerint, his rursus implicati
superentur, facta est vltima eorum conditio de-
21 terior priore. Satius enim fuisset eis nō cogno-
uissē viam iustitiæ, quàm cognita illa, regredi à
22 sancta doctrina ipsis tradita. Sed accidit eis
quod vero prouerbio dici solet, Canis reuersus Prou. 26. 12
est ad suum ipsius vomitum: & Sus lota, ad vo-
lutabrum coeni.

CAPVT III.

1. Ostendit nō frustra hæc repeti, 2. quia sepius excitādi
sunt, 4. ob periculū quod ab illis oritur, illis impendet, 8.
Itaque pios monet ne ex carnis sensu 12. diem Domini
meritantur. 14. sed quali presentem sibi statuunt. 15. in
qua doctrina Paulum facit sibi socium & suffragatorem.

1 Hæc iam alteras vobis literas scribo, dilecti,
quibus sinceram mentem vestram per com-
2 monefactionem excito. Vt memores sitis ver-
borum quæ prædicta sunt à sanctis Prophetis,
& doctrinæ nostræ qui sumus Apostoli Domini
3 & Seruatoris: Illud primū scientes, vēturos
extremis diebus irrisores, vt qui in suis ipso- 1. Tim. 4. 1
rum cupiditatibus incedant: Et dicant, Vbi est 2. Tim. 3. 1
4 pollicitatio aduentus eius? nam ex quo die Pa-
tres obdormierunt, omnia ita permanent ab in-
5 itio creationis. Illud enim sponte ipsos latet, ce-
los iam olim exitisse per Dei sermonem, & ter-
6 ram ex aqua & in aqua consistentem. Quam-
obrem is qui tum erat mundus, aqua inundatus
7 periit: Qui verò nunc sunt cæli ac terra, eo-
dem sermone repositi, seruantur igni in diem

Nn 4 damnæ

damnationis & exitij impiorum hominum.
 Pſal. 90. 4 Vnum autem hoc ne vos lateat, dilecti, Vnum
 diem apud Dominum perinde eſſe, vt mille an-
 nos, & mille annos, vt diem vnum. Non tardat
 Dominus qui promiſit, (vt nonnulli tarditatem
 Ezech. 18. 32, hanc eſſe ducunt) ſed patiens erga nos, nolens
 & 32. u
 1. Tim. 2. 4 vltos perire, ſed omnes ad reſiſcentiam tende-
 re. Venit autem, ſicut fur in nocte, dies ille
 Mart. 24. 44 Domini, quo cæli cum ſtridore præteribunt, e-
 1. Theſſ. 5. 2 lementa verò aſtuantia ſoluentur, terraque &
 Apo. 33. 3, & quæ in ea ſunt operà exurentur. Quum igitur
 10. 15 hæc omnia ſoluantur, quales oportet eſſe vos in
 ſanctis conuerſationibus & pietatis officijs: Ex-
 peſtantes & properantes ad aduentum diei Dei,
 in quo cæli conflagrantes ſoluentur, & elementa
 Eſai. 67. 17 aſtuantia liqueſcent. Sed calos nouos ac ter-
 & 66. 22 ram nouam ſecundùm promiſſum expectamus,
 Apoc. 21. 1 in quibus iuſtitia inhabitat. Quapropter, dile-
 Rom. 2. 4 cti, hæc expectantes, ſtudetis vt immaculati & in-
 contaminati ab eo reperiamini cum pace: Do-
 miniq; noſtri patientiam, ſalutem arbitramini:
 ſicut & charus frater noſter Paulus, pro ſibi da-
 ta ſapientia ſcripſit vobis: Vt qui in omnibus
 fere epistoſis loquatur de iſtis: inter quæ ſunt
 nonnulla difficilia intellectu, quæ indocti pa-
 rumque ſtabiles detorquent, vt & reliquas Scri-
 pturas, ſuo ipſorum exitio. Vos igitur dilecti,
 qui hæc præſcitis, cauete ne illorum nefariorum
 errore abducti, excidatis à propria ſtabilitate.
 Sed creſcite in gratia & agnitioe Domini no-
 ſtri & Seruatoris Ieſu Chriſti: cui gloria
 & nunc & ad tempus ſempi-
 ternum. Amen.

EPISTOLA CA-
THOLICA IOHAN-
NIS APOSTOLI
prima.

CAPVT I.

1. Sermonem illum æternum in quo est vita, & Lux
2. annuntiare se testatur: 9 & propitium fidelibus
Deum fore, si gementes sub vitiorum onere, confugere
discant ad ipsius misericordiam.

1 **Q**UOD erat à principio, quod audiui-
mus, quod vidimus oculis nostris, quod
2 spectauimus, & manus nostræ con-
trectarunt de Sermonem vitæ: (Nam vita pate-
facta est, & vidimus, & testamur, & annuntia-
mus vobis vitam illam æternam quæ erat apud
3 Patrem, & patefacta est nobis.) Quod, in-
quam, vidimus & audiuius, id annūtiamus
vobis, vt & vos communionem habeatis no-
biscum: & communio nostra fit cum Patre &
4 cum Filio eius Iesu Christo. Et hæc scribi-
mus vobis, vt gaudium vestrum sit plenum.
5 Hoc est igitur nuntium quod audiuius ex Iohan. 8. 12
ipso, & renuntiamus vobis, Deum lucem esse,
6 nec tenebras in eo esse vllas. Si dixerimus nos
societatem habere cum eo, & in tenebris ince-
7 dimus, mentimur, nec sincerè agimus. Quòd
si in luce incedimus, sicut ipse est in luce, com-
munionem habemus cum eo mutuat, & san- Heb. 9. 28
guis Iesu Christi Filij eius purgat nos ab omni 1. Pet. 1. 19
8 peccato. Si dixerimus nos peccatum nō ha- Apoc. 2. 5
bere, nos ipsos fallimus, & veritas in nobis non 1. Reg. 3. 46
9 est. Si confiteamur peccata nostra, fidelis est 2. Paral. 6. 36
& iustus, vt remittat nobis peccata nostra, & Prou. 10. 9
Nn 5 purget

purget nos ab omni iniquitate. Si dixerimus ¹⁰
nos non peccasse, mendacem facimus eum, &
sermo eius non est in nobis.

CAPVT II.

1. Proposito Christo mediatore & aduocato, 3 docet
in vite sanctimoniam suam esse Dei cognitionem, 12
quam cuiusvis ætatis & conditionis hominibus com-
munem facit, 14. modo vni Christo adhzereant. 17
Tandem vbi ad contemptum mundi hortatus est, 18
suadet Antichristos fugiendos esse, 24. inhærendum
autem agniti veritati.

Fllioli mei, hæc scribo vobis, ne peccetis. ¹
Quod si quis peccarit, aduocatū apud Patrē
habemus, Iesum Christum iustum. Et ipse ²
est propitiatio pro peccatis nostris: nec pro no-
stris solum, sed etiam pro totius mundi pec-
catis. Et per hoc scimus nos eum nosse, si mā- ³
data ipsius obseruamus. Qui dicit, Noui eum, ⁴
& mandata eius non seruat, mendax est, & in
eo veritas non est: Qui autem seruat sermo- ⁵
nem eius, verè in hoc charitas Dei expleta est:
per hoc scimus nos in ipso esse. Qui dicit se in ⁶
eo habitare, debet, sicut ille ambulauit, ita &
ipse ambulare. Fratres, nouam doctrinam non ⁷
scribo vobis, sed doctrinam veterem, quam vi-
delicet habuistis iam inde à principio. Vetus
hæc doctrina, sermo ille est quem audistis iam
inde à principio. Econtrariā doctrinam no- ⁸
uam scribo vobis, quod verum est in ipso, & in
vobis, quia tenebræ prætereunt, & vera illa lux
iam lucet. Qui dicit se in luce esse, & fratrem ⁹
suum odit, in tenebris est vsque adhuc. Qui ¹⁰
diligit fratrem suum, in luce manet, & offendi-
culum in eo non est: Qui autem odit fratrem ¹¹
suum,

Intra 3.14

suum, in tenebris est, & in tenebris ambulat: &
 nescit quæ eat, quia tenebræ oculos ipsius ob-
 12 cæcarunt. Scribo vobis, filioli, quoniam re-
 missa sunt vobis peccata propter nomen eius.
 13 Scribo vobis, patres, quoniam nostis eum qui à
 principio est. Scribo vobis, adolescentes: quo-
 niã Malum illum vicistis. Scribo vobis pueru-
 14 li, quoniam nostis Patrem. Scripsi vobis pa-
 tres, quoniam nostis eum qui est à principio.
 Scripsi vobis adolescentes, quia fortis estis, &
 verbum Dei habitat in vobis, & illum Malum
 15 vicistis. Ne diligite mundum, neque ea que in
 mundo sunt. si quis diligit mundũ, nõ est cha-
 16 ritas Patris in eo. Quoniã quicquid est in mũ-
 do, cupiditas carnis & libido oculorum, & fa-
 ctus vitæ, non est ex Patre: sed ex mundo est.
 17 Porro mundus præterit, & cupiditas ipsius: qui
 verò præstat voluntatem Dei, manet in aternũ.
 18 Pueruli, vltimum tempus adest: & sicut au-
 distis antichristum venturum, etiam nunc an-
 tichristi multi cœperunt esse: vnde scimus vlti-
 19 mum tempus adesse. E nobis egressi sunt,
 sed non erant ex nobis: nam si fuissent ex
 nobis, permansissent vtrique nobiscum, sed
 hoc factum est vt patefieret non omnes esse ex
 20 nobis. At vos vnctionem habetis à Sancto il-
 21 lo profectam, & nostis omnia. Non scripsi vo-
 bis idcirco quodd veritatem ignoretis: sed quia
 eam nostis, & nullum mendacium ex veritate
 22 esse. Quis est mendax nisi qui negat Iesum
 Christum: hic est antichristus, negans Patrẽ &
 23 Filium. Quisquis negat Filiũ, is ne Patrẽ qui-
 24 dem habet. Quod igitur audistis à principio,
 in vo-

in vobis maneat. si in vobis manserit quod au-
 distis à principio, vos quoque in Filio & Patre
 manebitis. Hæc autem illa est promissio quã 25
 ipse pollicitus est nobis, nẽpe vita illa æterna.
 Hæc scripsi vobis de iis qui seducunt vos. Sed 26
 vnctio quam vos accepistis ab eo, manet in vo- 27
 bis, nec necesse habetis vt quisquã doceat vos:
 verum sicut eadem vnctio docet vos de omni-
 bus, quæ & verax est, & nõ mendax: & sicut do-
 cuit vos, manebitis in eo. Nunc igitur, filio- 28
 li, manete in eo: vt quum patefactus fuerit, ha-
 beamus fiduciam, neque pudeamus coram
 eo in ipsius aduentu. Si scitis eum iustum 29
 esse, nostis quicumque exercet iustitiam, ex i-
 pso natum esse.

CAPVT III.

i. Inestimabilem diuinæ adoptionis honorem contem-
 mendans, 7 testandam esse bonis operibus, vitæ no-
 uitæ em docet: 14 Cuius certum symbolum est cha-
 ritas. 19 Deinde fiduciam, 22 & Deinuocatio-
 nem subnequit.

Videte qualem charitatem dedit nobis Pa- 1
 ter, nempe vt filij Dei vocemur. propterea
 mundus non nouit nos, quia non nouit eum.
 Charissimi, nunc filij Dei sumus: sed nondum 2
 patefactum est, quod erimus. scimus autẽ fore
 vt quum ipse patefactus fuerit, similes ei simus:
 quoniam videbimus eum sicuti est. Et quis- 3
 quis habet hanc spem in eo sitam, purificat se,
 sicut & ille purus est. Quisquis committit 4
 peccatum, etiam Legem transgreditur: nam
 peccatum est Legis transgressio. Et scitis illũ 5
 patefactum esse vt peccata nostra tolleret, &
 pecca-

Esa. 43. 6, &

9. 1

1. Pet. 2. 22. 24

6 peccatum in eo non esse. Quisquis in eo ma-
 net, non peccat: quisquis peccat non vidit eū.
 7 neque nouit eum. Filioli, nemo vos seducat.
 qui exercet iustitiam: iustus est, sicut ille iu-
 8 stus est. ¹ Qui committit peccatum, ex dia- Iohan. 8. 44
 bolo est: quoniam à principio diabolus pec-
 cat. ad hoc patefactus est Filius Dei, vt dis-
 9 soluat opera diaboli. Quisquis natus est ex
 Deo, peccatum non committit: quoniam
 semen ipsius in eo manet: nec potest pecca-
 10 re, eo quòd ex Deo natus est. Per hoc ma-
 nifesti sunt filij Dei & filij diaboli, quisquis
 non exercet iustitiam, non est ex Deo, & qui
 11 non diligit fratrem suum. ² Quoniam hoc Ioh. 13. 34, &
15. 12
 est nuncium quod audistis à principio, vt di-
 12 ligamus alij alios. Non sicut ³ Cain, qui ex il- Gen. 4. 8
 lo malo erat, & occidit fratrem suum. Cuius
 autem rei gratia occidit eum? quia opera eius
 13 mala erant, fratris autem eius iusta. Ne mi-
 14 remini, fratres mei, si odit vos mundus. Nos
 scimus nos translatos esse ex morte, ad vitam,
 quia diligimus fratres: qui non diligit fratrem,
 15 manet in morte, ⁴ Quisquis odit fratrem suum, Supr 2. 19
Leuit. 19. 17
Ioh. 15. 13
Ephes. 5. 2
 homicida est: & nostis nullum homicidam ha-
 16 bere vitam æternam in se manentem. ⁵ Per hoc
 cognouimus charitatē, quòd ille animam suā
 pro nobis posuit: nos igitur debemus pro fra-
 17 tribus animas ponere. ⁶ Qui verò habuerit Luc. 3. 11
 mundanas facultates, & viderit fratrem suum
 egentem, & clauserit viscera sua corā eo, quo-
 18 modo charitas Dei manet in eo? Filioli mei,
 ne diligamus verbo, neque lingua solūm, sed
 19 opere & veritate. Et per hoc cognoscimus
 nos ex veritate esse, & coram ipso secunda redde-
 mus

Matt. 21. 22
 Joh. 11. 7. &
 10. 23
 Ius. 24
 Joh. 6. 29. &
 17. 3
 Iohan. 3. 24.
 & 15. 10

mus corda nostra. Nam si nos condemnet cor-
 nostrū, potentior est Deus corde nostro, & no-
 uit omnia. Charissimi, si cor nostrum nos non
 condemnet, fiducia habemus apud Deum: Et
 quicquid petierimus, accipimus ab eo: quoniam
 præcepta eius custodimus, & ea quæ ipsi placet
 facimus. Hæc est igitur eius doctrina, ut cre-
 damus nomini Filij eius Iesu Christi, & dili-
 gamus alij alios, sicut mandauit nobis. Nã qui
 seruat eius mandata, in eo habitat, & ipse in eo:
 & per hoc nouimus eum habitare in nobis, nẽ-
 pe ex Spiritu quem nobis dedit.

CAPVT III.

1. Vbi quædã inferuit de probandis spiritibus, 4. quã
 alij ex mundo, 5. alij ex Deo loquuntur, 7. ad Char-
 ritatem redit, 11. 19. & Dei exemplo ad fratrum
 amorem hortatur.

Dilecti, ne cuius spiritui credite: sed proba-
 te spiritus an ex Deo sint: nam multi pseu-
 doprophetae uenerunt in mundum. Ex hoc cog-
 noscite Dei Spiritum. Quicumque spiritus con-
 fitetur Iesum Christum in carne uenisse, ex Deo
 est. At quicumque spiritus non confitetur Ie-
 sum Christum in carne uenisse, ex Deo non est:
 sed hic est ille spiritus Antichristi, de quo au-
 distis eum uenturum fuisse, & iam nunc in mũ-
 do esse. Vos ex Deo estis, filioli, & uicistis eos,
 quoniam potentior est, qui est in uobis, quã
 qui in mũdo est. Ipsi è mundo sunt, ideo mũ-
 dana loquuntur, & mũdus eos audit. Nos ex
 Deo sumus: qui nouit Deum, audit nos: quoniam non est
 ex Deo, non audit nos: ex hoc cognoscimus spi-
 ritum ueritatis & spiritum erroris. Dilecti di-
 ligamus alij alios. nã charitas ex Deo est: quis
 quis

Ioh. 8. 47

Quis diligit, ex Deo natus est, & nouit Deum.
 8 Qui non diligit, non nouit Deum: nam Deus
 9 est charitas. Per hoc patefacta est charitas Dei Iohan. 3. 16
 in nobis, quòd Filium illum suum vnigenitum
 10 misit Deus in mundum, vt viuamus per eum. In
 hoc est charitas, nò quòd nos dilexerimus De-
 um, sed quòd ipse dilexerit nos, & miserit Filiũ
 suum vt esset propitiatio pro peccatis nostris.
 11 Dilecti si Deus nos ita dilexit, debemus & nos
 12 alii alios diligere. Deum nemo spectauit vn- Ioh. 1. 12
 quã. si diligamus alij alios, Deus in nobis habi- 1. Tim. 6. 16
 13 tat, & charitas eius expleta est in nobis. Per
 hoc cognoscimus nos in eo habitare, & ipsum
 14 in nobis, quòd de Spiritu suo dedit nobis. Nos
 verò spectauimus & testamur Patrem misisse
 15 Filium qui esset seruator mundi. Quisquis
 confessus fuerit Iesum esse Filium Dei, Deus
 16 in eo habitat, & ipse in Deo. Et nos cognoui-
 mus & credidimus charitatem quã habet Deus
 in nobis. Deus charitas est: & qui manet in cha-
 17 ritate, in Deo manet, & Deus in eo. Per hoc
 expleta est charitas in nobis, vt fiduciã habea-
 mus in die iudicij. quòd qualis ille est, tales &
 18 nos sumus in hoc mundo. Metus non est in
 charitate: expleta charitas foras eicit me-
 rum. quoniam metus cauciatum habet. qui
 autem metuit, non est perfectus in charita-
 19 te. Nos diligimus eum, quoniam ipse prior
 20 dilexit nos. Siquis dixerit, Diligo Deũ, & fra-
 trem suum oderit, mendax est. qui enim non
 diligit fratrem suum quem vidit, Deum quem
 21 non vidit, quomodo potest diligere? Et hoc
 mādatum habemus ab eo, vt qui diligit Deũ, Iohan. 13. 34
 diligat & fratrem suum. & 15. 12

1. Ostendit fraternū amorē & fidem esse res coniunctas.
 10 Nullam autem haberi posse fidem Deo, nisi creden-
 do in Christū. 14 Hinc certa est inuocatio: 16 vt pro
 fratribus etiam valeant preces nostræ.

Quisquis credit Iesum esse Christū, ex Deo 1
 natus est: & quisquis diligit genitorem di-
 liget etiam eum qui ex eo genitus est. Per hoc 2
 cognoscimus nos diligere filios Dei, quū nos
 Deum diligimus, & mandata eius seruamus.
 Matth. 12. 30 ²Hæc est enim charitas Dei, vt mandata eius 3
 seruemus: & mandata eius grauiā non sunt.
 Quoniam quicquid natum est ex Deo, vincit 4
 mundum: & hæc est victoria quæ vicit mun-
 dum, nempe fides nostra. Quis est qui vincit 5
 mundum, nisi qui credit Iesum esse Filium
 Dei? Hic ille est qui venit per aquam & san- 6
 guinem, nempe Iesus Christus: nō per aquam
 solūm, sed per aquam & sanguinem: & spiri-
 tus is est qui testificatur spiritum veritatem esse:
 Nam tres sunt qui testificantur in cœlo, 7
 Pater, Sermo, & Spiritus sanctus: & hi tres v-
 num sunt. ⁸Et tres sunt qui testificantur in 8
 terra, Spiritus & aqua, & sanguis: & hi tres in
 vnum consentiunt. Si testimonium homi- 9
 num accipimus, testimonium Dei maius est:
 nam hoc est testimonium Dei quod testifica-
 tus est de Filio suo. Qui credit in filium Dei, 10
 habet testimonium in seipso: qui non credit
 Deo, mendacem eum fecit, quia nō credidit te-
 stimonio quod testificatus est Deus de Filio
 suo: Est autem hoc testimoniū, nempe quod 11
 vitam æternam dedit nobis Deus: & hæc vita
 in Filio eius est, Qui habet Filium, habe 12
 vitam:

vitam: qui non habet Filium Dei, vitam non
 13 habet. Hæc scripsi vobis qui creditis in no-
 men Filij Dei: vt sciatis vos vitam æternam
 14 habere, & vt credatis in nomen Filij Dei. Et
 hæc est fiducia quam apud Deum habemus,
 15 ipsum, siquid petierimus secundum volun-
 tatem eius, nos audire. Quod si scimus eum
 16 audire nos, quicquid petierimus, scimus nos
 habere petitiones quas ab eo petimus. Si
 quis viderit fratrem suum peccare peccato
 quod non est ad mortem, petet, & dabit ei vi-
 tam: peccâtibus dico non ad mortem. Est pec-
 17 catum ad mortem: non pro illo dico vt ro-
 get. ^{Matth. 12. 31} Omnis iniquitas peccatum est: sed est
 18 peccatum quod non est ad mortem. Scimus
 quod quisquis natus est ex Deo, non peccat:
 sed qui genitus est ex Deo, conseruat seipsum,
 19 & Malus ille non tangit eum. Scimus nos ex
 Deo esse, & mundum totum in malo iace-
 20 re. Sed scimus Filium Dei venisse, & de-
 disse nobis mentem vt cognoscamus illum. ^{Luc 24. 45}
 qui verax est: & sumus in verace illo, in Filio
 eius Iesu Christo. hic est verus Deus, &
 21 vita æterna. Filioli, cauete
 vobis ab idolis.

Amen.



EPISTOLA
EPISTOLA IO
HANNIS SECVNDA.

2. Inscibitur hæc Epist. eximie ac præstanti dignitate
Foemine, 4 quæ filios in Dei timore recte educatos
habebat. 6 Hæc orat vt in charitate Christiana perse-
ueret 7 ne in Antichristos incidat: 10 qui potius eos
omnino vitet.

PRESBYTER electæ domina, & libe-
ris eius, quos ego verè diligo, nec ego so-
lus, sed & omnes qui norunt veritatem:
Propter veritatem quæ permanet in nobis, &
nobiscum erit in æternum. Sit vobiscum gra-
tia, misericordia, pax à Deo Patre, & à Domi-
no Iesu Christo Filio Patris, cum veritate &
charitate. Gaudius sum valde quodd inue-
nerim ex filiis tuis qui integrè incedant, sicut
mandatum accepimus à Patre. Et nunc ro-
go te, domina, non vt mandatum nouum scri-
bens tibi, sed quod habuimus à principio, vt
diligamus alij alios. Hæc autem est charitas, 6
vt incedamus secundum doctrinam eius. Hæc
est doctrina, vt sicut audistis à principio, ita in
eo ambuletis. Nam multi impostores in-
gressi sunt in mundum, qui non confitentur
Iesum Christum venisse in carne. Qui est eius-
modi, impostor est & antichristus. Attendite 8
vobis ipsis ne perdamus quæ operati sumus: sed
vt mercedē plenā recipiamus. Quisquīs trans- 9
greditur, nec manet in doctrina Christi, Deū
non habet: qui manet in doctrina Christi, hic
& Patrē & Filiū habet. Si quis venit ad vos, & 10
hanc doctrinā non adfert, ne recipite eū do-
mum,

Ioh. 15. 12

Rom. 16. 17

num, nec Aue ei dicite: Qui enim dicit illi Aue, communicat operibus eius malis. Quum multa haberem vobis scribenda, nolui charta & atramento: sed spero me venturum ad vos, & præsentem præsentibus loquuturū, vt gaudium nostrum sit completum. Salutant te filij sororis tuæ electæ. Amen.

EPISTOLA IOHANNIS TERTIA.

1 Hospitalitatem Gai laudat. 9 & Diotrephis petulantiam accusans: 10 Gaium monet vt benefaciendo perseveret. 12 Postremo Demetrium commendat.

SENIOR Gaio dilecto, quem ego verè diligo. Dilecte, in primis opto vt prosperè agas & valeas, sicut prosperè agit anima tua. Gaudisus sum enim valde quum venissent fratres, & testimonio suo cōmendassent integritatem tuam, prout tu integrè incedis. Mātius istis gaudium non habeo, quum videlicet audio filios meos integrè incedere. Dilecte, fideliter agis quicquid facis erga fratres & erga peregrinos, Qui testimonio suo cōmendarunt charitatē tuā in conspectu Ecclesiæ: quos rectè facies si prosequutus fueris vt Deo dignū est. Nam pro nomine eius profecti sunt, nihil accipiētes à Gentibus. Nos ergo debemus recipere huiusmodi, vt administri simus veritati. Scripsi Ecclesiæ: sed qui primatū inter eos ambit Diotrephes, nō recipit nos. Propterea, si venero suggeram ipsius facinora quæ facit, verbis improbis garriens in nos: qui que etiam his non contentus, neque ipse recipit fratres,

& qui volunt recipere prohibet, & ex Ecclesia eiicit. Dilecte, ne imitare quod malum est, sed 11
quod bonum est. qui bene facit, ex Deo est. qui
autem malè facit, Deum non vidit. Demetrio 12
testimonium redditum est ab omnibus, & ab
ipsa veritate: sed & nos testimonium perhibe-
mus, & nostis testimonium nostrum verum
esse. Multa possem scribere, sed nolo atramē- 13
to & calamo tibi scribere: Spero autem fore vt
statim te videam, & vt coràm loquamur. Pax 14
tibi. Salutant te amici. Saluta amicos no- 15
minatim.

EPISTOLA CA- THOLICA IVDÆ APOSTOLI:

3. Admonet pios vt sibi caueant ab eo hominum genere
4 qui ex Christi gratia lasciuiendi prætextum captant.
5 quos non impune laturos eius gratiæ contemptum.
6, 7 tribus exemplis demonstrat: 14. & vaticinium
Enoch profert. 20 Modum denique piis ostendit, quo
omnes eorum machinas dilicere queant.

IVDAS Iesu Christi seruus, frater autem Ia- 1
cobi, vocatis, à Deo Patre sanctificatis, &
Iesu Christo seruatis. Misericordia vobis 2
& pax & charitas multiplicetur. Dilecti, quū 3
omne studium adhibeam vt scribam ad vos de
communi salute, necesse habui vobis scribere,
ad vos hortandos vt decertetis pro fide que se-
mel tradita est sanētis. Nam subreperūt qui- 4
dam homines, prius iam olim descripti ad hęc
damnationē, impij, qui Dei nostri gratiā trans-
ferunt ad lasciuiam, & solum illum herū Deū
ac

ac Dominum nostrum Iesum Christum negant.
 § Volo autem vos istorum commonefacere, vt
 qui semel hoc sciatis, Dominum, quum popu-
 lum ex Aegypto liberasset, rursus eos qui non
 6 credebant perdidisse. Et Angelos qui non Num. 14. 17
 seruata sua origine reliquerunt suum domici- 2. Pet. 2. 4
 lium, iudicio magni illius diei vinculis eter-
 nis sub caligine referuasse. Sicut Sodoma & Gen. 19. 24
 Gomorrha & his finitimae ciuitates, simili mo-
 do atque illae scortatae, & carnem alienam se-
 ctatae, propositae sunt exemplo, ignis aeterni
 8 poenam sustinentes. Similiter tamen & isti so-
 piti, carnem quidem pollunt: dominatum vero
 9 reiciunt, & dignitates conuiciis incessunt. At
 Michael archangelus, quum aduersus diabo-
 lum certans disceptaret de corpore Moysis, non
 ausus est illi impingere notam maledicti, sed
 10 dixit, Increpet te Dominus. At isti, quae non
 nouerunt, ea conuiciis incessunt: quae vero na-
 turaliter, vt animantia rationis expertia, sciunt,
 11 in iis corrumpuntur. Vae ipsis: nam via Cain Gen. 4. 8
 ingressi sunt, & deceptione mercedis, qua de- Num. 22. 21
 ceptus fuit Balaam, effusi sunt, & contradi- 2. Pet. 2. 15
 ctione Core perierunt. Hi sunt macularum
 instar in agapis vestris, dum vobiscum conui-
 uantur, absque ullius metu seipfos pascentes,
 12 nubes aqua carentes, ventis circumactae: arbo- Num. 16. 1
 res emarcescunt, in frugiferae, bis emortuae, eradica- 1. Pet. 2. 17
 13 te. Vndae maris efferatae, despumantes sua i-
 pforum dedecora: stella erraticae, quibus caligo
 14 tenebrarum in aeternum seruata est. Prophe-
 tauit autem etiam de istis septimus ab Adam
 Enoch dicens, Ecce venit Dominus cum san-
 15 ctis millibus suis, Vt ferat iudicium aduer-
 sus

EPIST. IVDÆ

sus omnes, & redarguat quicumq; ex ipsis sunt
 impij, de factis omnibus quæ impiè patrarint,
 de quæ omnibus duris quæ loquuti fuerint ad-
 uersus ipsum peccatores impij. Hi sunt mur- 16
 muratores, queruli, in cupiditatibus suis in-
 cedentes: & quorum os loquitur prætumida,
 admirâtes personas utilitatis gratia. Vos au- 17
 tem dilecti, memores estote verborû quæ præ-
 dicta fuerunt ab Apostolis Domini nostri Iesu
 Christi: Quod videlicet dixerunt vobis, in 18
 extremo tẽpore futuros irrisores qui in impijs
 suis cupiditatibus incedant. Hi sunt qui sei- 19
 pfos segregant, animales, Spiritum non habẽ-
 tes. Vos autem dilecti, sanctissimæ vestræ fi- 20
 dei superstruẽtes vos ipsos, per Spiritum san-
 ctum orantes, Alij alios in charitate Dei cõ- 21
 seruate, expectâtes misericordiam domini no-
 stri Iesu Christi in vitam æternam. Et alios 22
 quidem habito delectu commiseramini: A- 23
 lios verò terrore seruate, ex flamma rapientes,
 odio habentes vel eam tunicam quæ à carnis
 contactu fit maculata. Cæteràm ei qui po- 24
 test vos seruare à peccato immunes, & statue-
 re in cõspectu gloriæ suæ inculpato cum exul-
 tatione: Id est soli sapienti Deo seruatori 25
 nostro, gloria & magnificentia & robur
 & potestas, nunc & in omnia
 secula Amen.

Psal. 17. 10

1. Tim. 4. 1

2. Tim. 3. 1

2. Pet. 3. 3



A P O.

APOCAL. IOHANNIS 282
APOCALYPSIS
IOHANNIS THEO.
LOGI

CAPVT I.

1. Indicat doctrine genus quod hic tractatur, 8 nempe illius qui est principium & finis, 12 Deinde septem calat laborum & stellarum 20 mysterium explicat.

1 **A**POCALYPSIS Iesu Christi, quam
dedit ipsi Deus, vt indicaret seruis suis
is quæ oporteat fieri citò: is verò mis-
sam per Angelum suum, seruo suo Iohanni si-
gnificauit: Qui testificatus est sermonē Dei,
& testimonium Iesu Christi, & quęcunq; vi-
dit. Beatus qui legit, & beati qui audiunt ver-
ba prophetię huius: & seruant ea quę in ea scri-
pta sunt: tempus enim propè est. Iohannes se-
ptem Ecclesiis quę sunt in Asia: Gratia sit vobis
& pax à Qui est, & Qui erat, & Qui venturus
est: & à septē Spiritibus qui in conspectu thro-
nieius sunt: Et à Iesu Christo, qui est fidus
ille testis, primogenitus ille ex mortuis, ac
princeps regum terrę: qui dilexit nos, & lauit
nos à peccatis nostris per sanguinem suum:
Et fecit nos reges & sacerdotes Deo & Patri
suo, ei, inquam, gloria & robur in secula secu-
lorum. Amē. Ecce, venit cum nubibus, & vi-
debit eum omnis oculus, etiam qui eum trans-
fixerunt: & plangent corā eo omnes tribus ter-
rę, etiā, amē. Ego sum A & Ω, id est principiu
& finis: dicit Dominus, Qui est, & Qui erat, &
Qui venturus est, ille, inquam, omnipotens. E-
go Iohannes, qui & frater vester sum, & socius

Exod. 13. 14

Psal. 89. 38

1. Cor. 15. 21

Col. 1. 18

Heb. 9. 14

1. Pet. 1. 19

1. Iohan. 1. 9

1. Pet. 2. 5

Esa. 3. 14

Matth. 24. 1

Iud. 1. 4

inira 21. 9, &

3

In afflictione & regno & tolerantia Christi Iesu, eram in insula quæ vocatur Patmos, propter sermonem Dei & testimonium Iesu Christi. Fui autem Spiritu correptus die Domini. 10
 co, & audiui à tergo vocem magnam tanquam tubæ, Dicentis, Ego sum A & Ω, primus ille 11
 & vltimus: & Quod vides scribe in libro, & mitte septem Ecclesiis quæ sunt in Asia, Ephesi & Smyrnæ, & Pergami, & Thyatiræ, & Sardibus, & Philadelphiæ, & Laodiceæ. Cōuer- 12
 sus sum igitur vt viderem vocem quæ loquuta erat mecum. Conuersus autem vidi septē candelabra aurea. Et in medio septem candelabrorum quendam similem Filio hominis, indutum talari veste, & præcinctum ad mamillas zona aurea. Caput autem eius & capilli erant 14
 candidi vt lana alba, tanquam nix: & oculi eius vt flamma ignis. Pedes autē eius similes chalcobano, velut in fornace ardentes: & vox illius tanquam vox aquarum multarum. Habebat autem in dextra sua stellas septem: & ex ore eius anceps gladius prodibat: & facies eius qualis sol in suo vigore lucet. Quum autem 17
 vidissem eum, cecidi ad pedes eius veluti mortuus: tum imposuit mihi dextram suam, dicēs mihi, Ne metue: ego sum primus & vltimus. Et qui viuo, sed fui mortuus, & ecce viuo in 18
 secula seculorum. amen. & habeo clauēs inferorum & mortis. Scribe quæ vidisti, & quæ 19
 sunt, & quæ posthac sunt futura: Mysteriū 20
 septem stellarum quas vidisti in dextra mea, & septem candelabra aurea. Septem stellæ Angeli sunt septem Ecclesiarum: & candelabra septem quæ vidisti, septem Ecclesiæ sunt,

CAPVT II.

1. Iubetur Iohannes scribere quæ Dominus necessaria nouerat Ecclesijs 2. Ephesiorum, 8. Smyrnenſum, 12. Pergamenorum, 18. Thyatirenſium: 25. vt quæ ab Apoſtolis acceperunt, teneant.

1 **A**ngelo Ephesiſinæ Eccleſiæ ſcribe, Hæc dicit qui tenet ſeptem ſtellas in dextra ſua, qui ambulat inter ſeptem candelabra aurea. Noui opera tua, & laborem & tolerantiam tuam, & quod non poſſis ſerre malos, & exploraris eos qui ſe dicunt Apoſtolos eſſe, & nō ſunt: & comperisti eos eſſe mendaces. Et onere preſſus fuiſti, & ſuſtines: & propter nomen meum laboraſti, & non es defatigatus. Sed habeo aliquid aduerſum te, quod charitatem tuam primam o-miſeris. Memor eſto itaque vnde excideris, & reſpice, & priora opera facito: ſin minus, veniam aduerſum te cito, & mouebo candelabrum tuū à loco ſuo, niſi reſipueris. Sed hoc habes, quod odisti facta Nicolaitarum, quæ & ego odi. Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Eccleſijs, Victori dabo edere ex arbore vitæ quæ eſt in medio paradisi Dei. Angelo verò Smyrnenorum Eccleſiæ ſcribe, Hæc dicit primus ille & vltimus qui fuit mortuus & viuit: Noui opera tua & afflictionem & paupertatem, (ſed diues es) & blaſphemiam eorum qui ſe dicunt Iudæos eſſe, & non ſunt, ſed ſynagoga Satanae. Nihil metue eorum quæ paſſurus es: ecce, futurum eſt vt mittat diabolus aliquos ex vobis in carcere, vt exploremini: & habebitis afflictionem dierum decem. Eſto fidelis vſque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Eccleſijs, Victor non lædetur à morte ſecunda. Angelo verò Pergamenſis

Ecclesie scribe, Hec dicit qui habet romphæam
 illam vtrinque acutam. Noui opera tua: & vbi ¹³
 habites, nempe vbi thronus est Satana: & quod
 teneas nomen meum, neq; negasti fidem meam,
 etiam ijs diebus quibus Antipas martyr ille me-
 us fidelis trucidatus est apud vos, vbi Satanas
 habitat. Sed habeo aduersum te pauca, quod ¹⁴
 habeas istic qui teneant doctrinam ² Balaam,
 qui docuit Balac obijcere offendiculum coram
 filijs Israël, vt ederent ex ijs quæ simulachris
 immolantur, & scortarentur. Ita habes etiam ¹⁵
 qui teneant doctrinam Nicolaitarum: quod
 odi. Respice: sin minus, veniam aduersum te ¹⁶
 cito, & pugnabo cum illis gladio oris mei. Qui ¹⁷
 habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclē-
 sijs, Victori dabo edere ex Manna illo abscondi-
 to, & dabo illi calculum album, & in calculo
 nomen nouum scriptum, quod nemo nouit nisi
 qui accipit. Angelo verò Thyatirensis Ecclesie ¹⁸
 scribe, Hec dicit Filius Dei qui habet oculos tā-
 quam flammam ignis, & cuius pedes sunt simi-
 les chalcilibano: Noui opera tua & charitatem, ¹⁹
 & subministrationem, & fidem, & tolerantiam
 tuam, & opera tua, & vltima plura prioribus.
 Sed habeo aduersus te pauca, quod permittis ²⁰
 mulierem Iezabel, quæ se dicit prophetissam, do-
 cere & seducere seruos meos, vt scortentur, & e-
 dant ex ijs quæ simulachris immolantur. Et de- ²¹
 di illi tempus, vt respiceret à scortatione sua: &
 non respuit. Ecce, ego abijciam eam in lectum: ²²
 & eos qui adulterium committunt cum ea, in
 afflictionem maximam, nisi respuerint ab ope-
 ribus suis. Et filios eius interficiam morte, sci. ²³
 entq; omnes Ecclesie me esse ² feruatorem re-
 num &

Nume. 24. 14
 & 25. 1

i. Sam 16. 3
 Pfal. 7. 10
 Ierem. 11. 20.
 & 17. 19

- num & cordium: & dabo unicuique; vestrum secundum opera sua. Vobis autem dico reliquis Thyatirensibus, Quicumque non habent doctrinam hanc, neque cognouerunt profunditates Sathanae, ut aiunt: non imponam vobis aliud onus.
- 25 Tamen id quod habetis, tenete quousque; veniam.
- 26 Nam si quis vicerit, & custodierit ad finem usque; opera mea, dabo ei potestatem in Gentes. ^{Et} PEL. 2. 9 reget eas virga ferrea: & tanquam vasa fictilia conterentur. sicut & ego accepi à Patre meo: Et
- 28 dabo ei stellam matutinam. Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesijs.

CAPVT III.

1. Sequitur Epistola quinta ad pastores Eccles. Sardienensium, 7. Philadelphensium. 14. & Laodicensium, 16. Ne tepidi sint, 20. sed gloriae Dei promouendae operam dent.

- 1 **A**ngelo autem Ecclesiae quae est Sardibus scribe, Haec dicit qui habet septem Spiritus Dei & septem stellas, Noui opera tua, nempe quod
- 2 dicaris viuere, sed mortuus sis. Esto vigilans, & confirma reliqua moribunda: non enim inueni
- 3 opera tua plena coram Deo. Memento igitur quae acceperis & audieris: serua igitur & respice. Quod si non vigilaueris, veniam ad te ^{tan-} Infr. 16. 15
- 4 ^{quā} fur, neque intelliges qua hora veniam ad te. 1. Theff. 5. 2
- 4 Habes tamē aliquot capita etiam Sardibus quae non inquinantur vestimenta sua, ideoque; incedet
- 5 mecum albari: digni enim sunt. Qui vicerit, amicietur vestimentis albis: neque; delebo nomen eius
- 6 ex libro vitae, sed profitebor nomen eius coram Infra, 20. 12
- 7 Patre meo, & coram Angelis eius. Qui habet aurem, & 21. 27
- 7 audiat quid Spiritus dicat Ecclesijs. Angelo verò Phil. 4. 4
- Phi.

Philadelphienſis Eccleſiæ ſcribe, Hæc dicit Sanctus & Verax ille, qui habet clauem Dauidis: qui aperit, & nemo claudit: & claudit, & nemo aperit: Noui opera tua: ecce, propoſui tibi 8
 oſtium apertum, nec quiſquam poteſt claudere illud: quia nonnullam habes virtutem, & ſeru-
 uaſti ſermonem meum, neque abnegaſti nomen meum. Ecce, præbebo eos qui ſunt ex ſynago- 9
 ga Satanae, id eſt, eorum qui dicunt ſe Iudæos eſſe, nec ſunt, ſed mentiuntur: ecce, inquam, faci-
 am ut veniant & adorent ante pedes tuos, & ſciant quod ego dilexi te: Quoniam ſeru-
 aſti 10
 ſermonem tolerantiae meae, ego quoque te liberabo ex tempore tentationis, quod venturum eſt in orbem vniuerſum, ad explorandos incol-
 las terra. Ecce, venio cito, tene quod habes, ut 11
 nemo accipiat coronam tuam. Siquis vicerit, 12
 faciam ut ſit columna in templo Dei mei, nec foras egredietur amplius: & inſcribam ei nomen Dei mei, & nomen ciuitatis Dei mei, id eſt, noue
 Hieruſalem, quae deſcendit à caelo à Deo meo, & nomen meum nouum. Qui habet aurem, au- 13
 diat quid Spiritus dicat Eccleſiis. Angſto verò 14
 Laodicenſium Eccleſiæ ſcribe, Hæc dicit Amen, teſtis ille fidelis, & verax, principium opificij Dei: Noui opera tua, nempe te, neque frigi- 15
 dum eſſe, neque ſeruidum: vtinam frigidus eſ- ſes aut ſeruidus. Itaq; quoniam tepidus es, nec 16
 frigidus nec ſeruidus, futurum eſt, ut te euomam ex ore meo. Nam dicis, Diues ſum, & ditatus 17
 ſum, & nullius egeo. Neque noſti te eſſe erum- noſum, & miſerabilem, & pauperem, & cæcum, & nudum. Conſulo tibi, ut emas à me aurum 18
 igni exploratum, ut diues fias: & veſtimenta al-
 ba,

ba, vt induaris, nec appareat dedecus nuditatis tuæ: & collyrio inungas oculos tuos, vt videas.

- 19 ² Ego quoscunque amo, arguo & castigo: pmu. ¹ Proh. 7. 12
 20 lare igitur ac respisce. Ecce, sto ad ostium, & Feb. 12. 5
 pulso: si quis audierit vocem meam, & aperuerit ostium, ingrediar ad eum, & cœnabo cum eo, &
 21 & ipse quoque mecum. Si quis vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo, vt & ego vici, &
 22 sedeo cum Patre meo in throno eius. Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesijs.

CAPVT III.

1. Alianarratur visio 3. diuinæ maiestatis gloriam cōtinens: 8. quæ a quatuor animalibus. 10. & viginti quatuor senioribus celebratur.

- 1 **P**ost hæc vidi, & ecce, ostium apertum in celo: & vox prima quam audiui tanquam tube loquentis mecum, dicebat, Ascende huc, & ostendam tibi quæ oporteat fieri postea. Statim igitur fui correptus à spiritu: & ecce, thronus positus erat in celo: & quidam throno infidebat. Porro qui sedebat, aspectu similis erat lapidi iaspidi & sardio: & in circuitu throni erat iris aspectu similis smaragdo. Et in circuitu sedis, sedilia vigintiquatuor: & super sedilia vidi vigintiquatuor Senes sedentes, amictos vestibus albis, & habentes super capita sua coronas aureas. Prodibant autem è throno fulgura & tonitrua & voces: & septem lampades igneæ ardentes ante thronum, quæ sunt septem Spiritus Dei. Erat etiam ante thronum mare vitreum simile crystallo: & in medio throni & in circuitu throni quatuor animalia plena oculis antè & retro.
 7 Animal autem primum erat simile leoni, & secundum

secundum animal simile vitulo, & tertium animal habens faciem velut homo, & quartum animal simile aquilæ volanti. Et quatuor animalia 8
singula per se habebant alas senas in circuitu, & intus plena erant oculis, die ac nocte sine intermissione dicentia, Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus omnipotens, Erat, & Est, & Venturus est. Et quum tribuebant illa anima- 9
lia gloriam & honorem & gratiarum actionem ei qui throno insidebat, illi, inquam, viuenti in secula seculorum, Procedebant vigintiquatuor 10
Senes ante illum insidentem throno, & adorabant illum viuentem in secula seculorum, & ab-
ijciebant coronas suas ante thronum, dicentes, *Infr. 5. 12* Dignus es Domine, qui accipias gloriam & honorem & virtutem: quia tu creasti omnia, & propter voluntatem tuam sunt, & creata sunt.

CAPVT V.

1. Librum septem sigillis obsignatum. 3. quem nemo aperire poterat. 6. Agnus ille Dei 9. Dignus qui aperiat. 12. omnium celestium voce decantatur.

DEinde vidi ad dextrâ eius qui insidebat throno, librum scriptum intus & à tergo, obsignatum sigillis septem. Et vidi Angelum fortem predicantem voce magna, Quis est dignus qui aperiat librum, & soluat eius sigilla? Nemo 3
autem poterat neque in celo, neque in terra, neque subter terram, aperire librum, neque eum inspicere. Flebam igitur ego multum, quod 4
nemo dignus inuentus esset qui aperiret & legeret librum, nec qui eum inspiceret. Tum 5
vnus ex Senibus dicit mihi, Ne fletio: ecce, vicit Leo ille ex tribu Iuda, stirps Dauidis, vt aperiat librum,

6. librum, & soluat septem eius sigilla. Aspexi igitur, & ecce inter thronum & quatuor animalia, & inter senes, Agnus stans tanquam mactatus, habens cornua septem, & oculos septem, qui sunt septem Spiritus Dei missi in omnem terram. Is venit & accepit librum ex dextra eius
 7 qui throno insidet. Quumq; accepisset librum, quatuor illa animalia, & viginti quatuor illi Senes ceciderunt coram Agno, habentes singuli citharas, & phialas aureas, plenas suffituum: quæ
 9 sunt preces sanctorum. Et cecinerunt canticum nouum, dicentes, dignus es qui accipias librum, & aperias eius sigilla: quonia mactatus es, & redemisti nos Deo per sanguinem tuum, ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione: ^{Supr. 1. 6} Et fecisti ^{1. Pet. 2. 9} nos Deo nostro reges & sacerdotes: & regnabimus super terram. Tum aspexi, & audiui in circuitu throni & animalium & Senum, vocem Angelorum multorum, ^{Dan. 7. 10} numero millies centies mille, & decies centies mille: Dicentes voce magna, Dignus est Agnus ille mactatus qui accipiat virtutem & diuitias, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem: Sed & omnem creaturam quæ in caelo est, & quæ super terram & sub terra, & in mari, & quæ in eis sunt omnia, audiui dicentia, Sessori throni & Agno benedictio, & honor, & robur, in secula seculorum. Quatuor aut animalia dicebant, Amen. & viginti quatuor Senes ceciderunt in facies suas, & adorarunt cum qui viuit in secula seculorum.

CAPVT VI.

1. Aperit Agnus primum Libri sigillum, 2. secundum. 5. tertium 7. quartum. 9. quintum. 12. & sexum: Quibus apertis, cædes, famas, pestis, sanctorum querele, terremotus, & varia cæli prodigia oriuntur. 10.

Postea aspexi, quum aperuisset Agnus pri-
 mum ex sigillis, & audiui vnum ex quatuor
 animalibus dicens, tanquam vocem tonitruī,
 Veni & vide. Aspexi igitur, & ecce aderat equus
 albus: & qui insidebat ei, habebat arcum, & data
 est ei corona, & prodijt vincens, & vt vinceret.
 Quumq; aperuisset sigillum secundum, audiui
 secundū animal dicens, Veni & vide. Et prodijt
 alius equus rufus: & ei qui insidebat super eū, da-
 tum est, vt tollat pacem è terra, vt alij alios ma-
 cētent: datumq; est ei gladius magnus. Et quū ape-
 ruisset sigillum tertium, audiui tertium animal
 dicens, Veni & vide. Aspexi igitur, & ecce, equus
 niger aderat: & qui insidebat ei, habebat stete-
 ram in manu sua. Et audiui vocem in medio
 quatuor animalium dicentem, Choenix tritici
 denario, & tres choenices hordei denario: & vi-
 num & oleum ne leseris. Quumq; aperuis-
 set sigillum quartum, audiui vocem quarti ani-
 malis dicentem, Veni & vide. Tum aspexi, &
 ecce aderat equus pallidus, & eius quæ insidebat
 ei, nomen erat Mors, & infernus sequebatur eā:
 dataq; est eis in quadrantem terræ potestas
 rucidandi gladio, & fame, & morte, perq; ter-
 restres feras. Quum verò aperuisset sigillum
 quintum, vidi sub altari animas eorum qui ma-
 cētati fuerant propter verbum Dei, & propter te-
 stimonium quod tuebantur. Clamabant au-
 tem voce magna, dicentes, Vsquequo domine,
 quū sanctus es & verax, non iudicas ac vindicas
 sanguinem nostrum de ijs qui habitant in terra?
 Tum datae sunt singulis stolæ albæ, & dictum
 est eis, vt requiescerent adhuc paululum tem-
 poris, vsquequo compleantur etiam conserui
 eorum,

7 eorum, & fratres eorum qui trucidandi sunt si-
 12 cut & ipsi. Deinde aspexi quum aperuisset figil-
 lum sextum, & ecce terram otus magnus factus
 est: & sol factus est niger, vt saccus cilicinus, &
 13 & luna tota facta est, vt sanguis: Et stellæ à cælo
 ceciderunt in terram, sicut ficus abijcit grossos
 14 suos quum vento magno concutitur. Et cælum
 abscessit sicut liber qui conuoluitur: & omnes
 15 montes & insulæ à suis locis motæ sunt: Et re-
 ges terræ, proceres, & diuites, & tribuni, & po-
 tentes, omnesq; tum serui tum ingenui abscon-
 16 derunt se in speluncis & in petris montium: Et
 dixerunt montibus et petris, ¹ Cadite super nos, Esaï. 2. 16
 abscondite nos à cōspectu eius qui insidet thro- Osee. 10. 2
 17 no, & ab ira Agni: Nam venit dies ille magnus Luc. 20. 30
 iræ illius: & quis poterit stare?

CAPVT VII.

1. Grassantes in orbe Angeli, 2. inhibentur donec Bles-
 cti Domini, 5. ex omnibus tribubus signentur, 13. De-
 inde eorum qui Christi causâ persecutionem sustinuer-
 erunt, 16. felicitas 17. & gaudium describitur.

1 **P**ostea vidi quatuor Angelos insistentes qua-
 tuor angulis terræ, tenentes quatuor ventos
 terræ, ne flaret ventus super terram, neque super
 2 mare, neque in vllam arborem. Et vidi alterum
 Angelum ascendentem ab ortu solis, habentem
 sigillum Dei viui: qui clamauit voce magna
 quatuor Angelis quibus datum est nocere terræ
 3 & mari, Dicens, Ne nocete terræ, neque mari,
 neque arboribus, quoad usq; obfirmemus seruos
 4 Dei nostri in frontibus suis. Et audiui nume-
 rum obfirmatorum: centum quadragintaqua-
 tuor millia erāt obfirmata ex omnibus tribubus

filiorum Israël. Ex tribu Iuda, duodecies mil-
 le obfignata : ex tribu Ruben , duodecies mille
 obfignata : ex tribu Gad, duodecies mille obfi-
 gnata : Ex tribu Afer, duodecies mille obfigna- 6
 ta : ex tribu Nephtali, duodecies mille obfigna-
 ta : ex tribu Manaffe , duodecies mille obfigna-
 ta : Ex tribu Simeon, duodecies mille obfigna- 7
 ta : ex tribu Leui, duodecies mille obfignata : ex
 tribu Iffachar, duodecies mille obfignata : Ex 8
 tribu Zabulon, duodecies mille obfignata : ex
 tribu Ioseph , duodecies mille obfignata : ex
 tribu Benjamin, duodecies mille obfignata. Post 9
 ea aspexi, & ecce , aderat turba multa, quam nu-
 merare nemo poffit, ex omnibus gentibus & tri-
 butibus & populis & linguis : stabâtq; ante thro-
 num & in confpectu Agni, amicti stolis albis : &
 palmæ in manibus eorum. Et clamabant voce 10
 magna, dicentes, Salus à Deo nostro est, fedente
 fuper thronum, & ab Agno. Omnes autem An- 11
 geli stabant in circuitu throni & Senum & qua-
 tuor animalium : & procubuerunt in conspe-
 ctu throni in facies vas, & adorauunt Deum, Di- 12
 centes, Amen : benedictio, & gloria, & fapiëntia,
 & gratiarum actio, & honor, & virtus, & robur
 Deo nostro in fecula feculorum. Amen. Tum 13
 me compellauit vnus ex Senibus, dicens mihi,
 Ifti qui amicti sunt stolis albis, quïnam sunt, &
 vnde venerunt? Et dixi ei, Domine, tu nofti. 14
 Et dixit mihi, Hi sunt qui venerunt ex afflictio-
 ne magna, & lauerunt stolas fuas, ac dealbarunt
 in fanguine Agni. Ideo sunt ante thronum 15
 Dei, & feruiunt ei die ac nocte in templo eius :
 & qui infidet throno, habitabit cum eis. Non 16
 efurient amplius neque fitient amplius : nec in
 eos

17 eos incidet sol neque ullus aestus. Quoniam
 Agnus qui in medio throni est, pascet eos & de-
 ducet ad viuos fontes aquarum: & absterfus
 est Deus omnem lacrymam ab oculis eorum. Esa. 25. 3
Infr. 21. 4

CAPVT VIII.

1. Septimo sigillo aperto, 3. offeruntur Sanctorum preces per suffitus. 6. procedunt septem Angeli cum tubis: 7. & quatuor primis clangentibus ignis decidit. 8. mare turbatur, 10. 11. aquæ amarescunt, 12. & stellæ obtenebrantur.

1 **P**orro quum aperuisset sigillum septimum,
 factum est silentium in caelo, media ferme
 2 hora. Et vidi septem illos Angelos qui adstant
 3 coram Deo, quibus datæ sunt septem tube. Tum
 alius Angelus venit, & stetit ante aram, habens
 thuribulum aureum: & dati sunt ei suffitus
 multi, vt offerret cum precibus Sanctorum omni-
 um, super altare aureum quod est ante thronum.
 4 Ascendit autem fumus suffituum cum precibus
 Sanctorum, de manu Angeli ad conspectum Dei.
 5 Deinde accepit Angelus thuribulum, & im-
 pleuit illud igne altaris, abiecitque in terram: &
 facta sunt tonitrua & voces & fulgura & terra-
 6 motus. Et septem Angeli qui habebant septem
 7 tubas, preparauerunt se, vt clangerent. Pri-
 mus igitur Angelus claxit, & facta est grando
 & ignis, mista sanguine, projectaq; sunt in ter-
 ram: & tertia pars arborum exusta est, & omne
 8 foenum viride exustum. Deinde secundus An-
 gelus claxit, & quasi mons magnus igne ardens
 projectus est in mare: factaq; est tertia pars ma-
 9 ris, sanguis. Et mortua est tertia pars creaturarum
 quæ erant in mari, animantia dico: & tertia pars
 10 nauium perierunt. Tunc Angelus tertius claxit,

& cecidit è cælo stella magna, ardens velut fax, ceciditq; in tertiam partem fluminum, & in fontes aquarum. Nomen autem stelle dicitur Abfinthium: versa est igitur tertia pars aquarum in absinthium: & multi homines mortui sunt ex aquis, quòd amara facta essent. Deinde quartus Angelus claxit, & percussa est tertia pars solis, & tertia pars luna, & tertia pars stellarum, ita vt obscuraretur tertia pars eorum, & diei nõ luceret pars tertia, & noctis similiter. Et vidi, & audiui vnum Angelum volantem per medium cæli, dicentem voce magna, Va, va, va incolis terræ, à reliquis sonis tubæ trium illorum Angelorum qui clangent.

CAPVT IX.

1. Quinto Angelo clangere, 3. locustæ vastatrices prædeunt. 13. Sextus autem clangens 16. equites educit, 20. humanum genus deuastantes.

TVM quintus Angelus claxit, & vidi stellam è cælo cecidisse in terram, cui data est clavis putei abyssi. Aperuit igitur puteum abyssi: & ascendit fumus putei, vt fumus fornacis magne: & obscuratus est sol & aër à fumo putei. E fumo autem exierunt locustæ in terram: dataque est illis potestas qualem habent potestatem terrestres scorpionum. Et ipsis est dictum ne læderent gramen terræ, neque viride quicquam, nec vllam arborem: sed tantùm homines qui non habent signum Dei in frontibus suis. Datum autem est eis non vt occidant eos, sed vt crucientur illi menses quinque, sitq; cruciatus eorum, vt cruciatus scorpionum quum percusserit hominem. Ita que per eos dies homines quærent mortem, sed non

Supra 6. 16
Esa. 2. 19
Osee. 10. 8

non inuenient eam: & desiderabunt mori, sed
 7 fugiet mors ab eis. ²Figurae autem locustarum Sap. 16.9
 similes erant equis paratis ad praelium, erantque
 super capita earum tanquam coronae similes auro,
 8 & facies earum ut facies hominum. Et habebant
 capillos, ut capillos mulierum: & dentes earum, ut
 9 leonum erant. Habebant etiam loricas, ut lori-
 cas ferreas: & sonitus alarum ipsarum, ut soni-
 tus curruum, equis multis currentibus ad bel-
 10 lum. Sed & habebant caudas similes scorpio-
 num, erantque aculei in caudis earum: & earum
 11 potestas erat nocere hominibus menses quinque.
 Habent autem sibi impositum regem, Angelum a-
 byssi, cui nomen Hebraice Abaddon, Grece au-
 12 tem Apollyon, id est, perdens. Vae vnum abiit,
 13 & ecce veniunt adhuc duo vae postea. Tum sex-
 tus Angelus clauit, & audiui vocem quandam
 ex quatuor cornibus altaris aurei quod est ante
 14 oculos Dei, Dicentem sexto Angelo qui habe-
 bat tubam, Solue quatuor illos Angelos vinctos
 15 ad magnum Euphratis flumen. Soluti sunt igitur
 quatuor illi Angeli, parati ad horam & diem
 & mensem & annum, ut occidant tertiam par-
 16 tem hominum. Eratque numerus equestris
 exercitus bis millies centena millia: nam audi-
 17 ui numerum eorum. Itemque vidi equos per-
 visionem: & ipsorum sessores habentes thora-
 ces igneos & hyacinthinos & sulphureos: erant
 autem capita equorum, ut capita leonum: & ex
 ore ipsorum prodibat ignis, & fumus & sul-
 18 phur. Ab his tribus occisa est tertia pars ho-
 minum, nempe ab igne, & fumo, & sulphure,
 19 quae prodibant ex ore ipsorum. Potestas eorum
 in ore eorum est, & in caudis eorum: nam caudae

Psal. 115. 4,
& 113. 15

eorum similes sunt serpentibus, habentes capita per quæ nocent. Porro reliqui homines qui non sunt occisi his plagis, non resipuerunt ab operibus manuum suarum, vt ne adorarent demonia, & simulacra aurea & argentea & area & lapidea & lignea, quæ neque videre possunt, neque audire, neque ambulare: Neque resipuerunt ab homicidijs suis, neque à beneficijs suis, neque à scortatione sua, neque à furtis suis.

CAPVT X.

1. Alius apparet Angelus amictus nube, 2. libellum apertum tenens, 3. in clamar: S. & Iohanni, 9. oraculi iussu. deuorandum tradit.

TVM vidi alium Angelum fortem descendentem de caelo, amictum nube: in cuius capite erat iris: facies autem eius erat, vt sol, & pedes eius, vt columnæ igneæ. Habebatque in manu sua libellum apertum: & posuit pedem suum dextrum super mare, sinistrum autem super terram: Clamauitque voce magna, sicut leo rugit: & quum clamasset, loquuta sunt septem tonitura voces suas. Et quum loquuta fuissent septem tonitrua voces suas, ego scripturus eram: sed audiui vocem de caelo dicentem mihi, Obsigna quæ loquuta sunt septem tonitrua, & ne ea scribas. Et Angelus quem vidi stantem super mare & super terram, sustulit manum suam ad caelum, Et iurauit per eum qui viuit in secula seculorum, qui creauit caelum & ea quæ sunt in eo, & terram & ea quæ in ea sunt, & mare & ea quæ in eo sunt, tempus non fore amplius: Sed in diebus vocis septimi Angeli,

Angeli, quum cœperit clangere, consumman-
 dum esse mysterium Dei, sicut annuntiauit ser-
 uis suis Prophetis. Et vox quam audieram è
 cœlo, rursus loquuta est mecum, & dixit, Abi,
 & accipe libellum illum apertum qui est in ma-
 nu Angeli stantis super mare & super terram.
 Abij igitur ad Angelum, dicens ei, vt daret mihi
 libellum. Et dixit mihi, Accipe & deuora eum:
 & amaritudinem adferet ventri tuo, sed in ore
 tuo erit dulcis tanquam mel. Accepi igitur li-
 bellum è manu Angeli, & deuorauit eum, eratq;
 in ore meo dulcis tanquam mel: sed quum de-
 uorassẽ eum, amaruit venter meus. Tum dixit
 mihi, Oportet te iterum prophetare coram po-
 pulis gentibus, linguis, & regibus multis.

CAPVT XI.

1. Templum metiri iubetur. 3. Dominus testes duos ex-
 citat, 7. quos a bestia taniatos 9. nemo terre mandat,
 11. Deus autem in vitam reuocatos. 12. ad cœlum euocat,
 13. Terrentur impij. 15. Et septimi Angeli tuba, reurre-
 ctionis. 18. & iudicij nuntia describitur.

Datus est autem mihi calamus similis virgæ:
 adstititq; Angelus, dicens, Surge & metire
 templum Dei & altare, & eos qui adorant in eo.
 Sed atrium quod extra templi est, exclude, & ne
 metiaris illud: nam datum est Gentibus: & Vr-
 bem sanctam calcabunt mensibus quadraginta.
 3 duobus. Sed dabo illam duobus testibus meis,
 qui prophetabunt diebus mille ducentis sexa-
 4 ginta amicti sacco. Hi sunt duæ oleæ & duo
 candelabra in conspectu Domini terræ posita.
 5 Quod si quis velit eis nocere, ignis prodit ex ore
 ipsorum qui deuoret inimicos eorum: nam
 si quis velit eis nocere, ita oportet eum occidi.

Hi habent potestatem claudendi cælum, ne plu- 6
 et diebus prophetiæ ipsorum : & potestatem ha-
 bent super aquas, cõuertendi eas in sanguinem :
 & percutiendi terram in omni plaga quoties-
 cunq; voluerint. Porro quum finierint suum 7
 testimonium, bestia ascendens ex abyssò, geret
 aduersus eos bellum, & vincet & occidet eos.
 Et cadauera eorum iacebunt in plateis vrbis ma- 8
 gne, quæ vocatur spiritualiter Sodoma & Aegy-
 ptus, vbi & Dominus noster crucifixus est. Et 9
 videbunt homines ex tribubus & populis &
 linguis & gentibus cadauera eorum per tres dies
 & dimidium, & cadauera eorum non finent po-
 ni in monumentis. Et incolæ terræ gaudebunt 10
 super illis, & lætabuntur : & munera mittent a-
 lij alijs, quòd hi duo Prophetæ cruciarint terræ
 incolas. Sed post dies tres & dimidium spiri- 11
 tus vitæ à Deo prodicens ingredietur in illos :
 stabuntq; erecti in pedes suos, & timor magnus
 cadet super eos qui ipsos spectarunt. Deinde au- 12
 dierunt vocem magnam de cælo, dicentem ipsis,
 Ascendite huc. Ascenderuntque in cælum per
 nubem : & viderunt illos inimici eorum. Fa- 13
 ctusque est in illa hora terramotus magnus, &
 decima pars Vrbs cecidit, & occisa sunt in ter-
 ramotu capita hominũ septies mille : & reliqui
 territi sunt, & dederunt gloriam Deo cæli. Va 14
 secundum abiit, & ecce vix tertium veniet citò.
 Septimus igitur Angelus claxit, & factæ sunt 15
 voces magnæ in cælo, dicentes, Facta sunt regna
 mûdi, regna Domini nostri, & Christi eius, qui
 regnabit in secula seculorũ. Tũ viginiquatuor 17
 illi Senes qui in cõspectu Dei sedet in sedilib. su-
 is, ceciderunt in facies suas, & adorarunt Deum,
 Dicen-

- 17 Dicentes, Gratias agimus tibi Domine Deus
omnipotens, Qui es, & Qui eras, & Qui ven-
18 turus es: quia adeptus es potestatem tuam ma-
gnam, & regnum iniuisti: Et iratae sunt Gen-
tes, & aduenit ira tua: & tempus mortuorum,
vt iudicentur, & des praemium seruis tuis pro-
phetis, & sanctis, & timentibus nomen tuum,
paruis & magnis: & perdas eos qui perdunt
19 terram. Tunc apertum est templum Dei in
caelo, & visa est Arca foederis eius in templo e-
ius: & facta sunt fulgura & voces, & tonitrua,
& terramotus, & grando magna.

CAPVT XII.

1. Mulieris 2 parturientis signum apparet, 4 cuius fi-
lio insidiatur Draco, 7 qui a Michaelle deuictus 9
deicitur. 13 Et quo magis vincendus excluditur, eo a-
crius suas non desinit multiplicare veritas.

- 1 **V**isum est autem signum magnum in caelo:
Mulier amicta sole, sub cuius pedibus erat
luna: & in capite corona stellarum duodecim:
2 Vterum ferens, clamabat parturiens, & crucia-
3 batur vt pareret. Visum est autem aliud fi-
gnum in caelo, & ecce, adfuit draco magnus
rufus, habens capita septem & cornua decem:
4 & in capitibus suis diademata septem. Cu-
ius cauda trahebat tertiam partem stellarum
caeli, quas abiecit in terram. Stetit autem is dra-
co ante mulierem parituram, vt quum pepe-
5 risset, filium eius deuoraret. Peperit autem
filium masculinum, recturum omnes Gentes vir-
ga ferrea: & raptus est filius eius ad Deum & ad
6 thronum eius. Mulier verò fugit in solitudi-
nem, vbi habet locum paratum à Deo, vt illic

pascant eam diebus mille ducentis sexaginta.
 Et factum est pręlium in cęlo: Michael & An- 7
 geli eius pręliabantur cum dracone, & draco
 pugnabat & Angeli eius: Sed nō obtinuerūt, 8
 neque locus eorum amplius inuētus est in cę-
 lo. Et proiectus est draco ille magnus, serpēs 9
 ille antiquus qui vocatur diabolus & Satanās,
 qui seducit totum terrarum orbem: proiectus
 inquam, est in terram, & Angeli eius cū eo pro-
 iecti sunt. Et audiui vocem magnam dicen- 10
 tem in cęlo. Nunc facta est salus & virtus, &
 regnum Dei nostri, & potestas Christi eius:
 quia deiectus est accusator fratrum nostrorū,
 qui accusabat eos ante conspectum Dei nostri
 die ac nocte. Sed ipsi vicerunt eum propter 11
 sanguinem Agni & propter sermonem testi-
 monij sui: & animę suę prodigi fuerunt vsque
 ad mortem. Propterea letamini cęli, & qui 12
 habitatis in eis. Væ incolis terrę & maris: nam
 descendit diabolus ad vos, irę magnę plenus, vt
 qui sciat se paululum temporis habere. Quñ 13
 igitur vidisset draco se proiectum esse in terrā,
 prosequutus est mulierem quę pepererat ma-
 sculum. Sed datę sunt mulieri alę duę aqui- 14
 lę magnę, vt volet à conspectu serpentis in de-
 sertum, in locum suñ, vt alatur ibi per tempus
 et tēpora, et dimidium temporis. Eiecit autē 15
 serpens ex ore suo post mulierem, aquam tan-
 quam flumen, vt eam faceret rapi à flumine:
 Sed succurrit terra mulieri, aperuitque terra 16
 os suum, et absorbuuit flumē quod eiecerat dra-
 co ex ore suo. Iratus est igitur draco aduer- 17
 sus mulierem, et abiit vt gereret bellum cum
 reliquis ex semine eius, custodientibus mādata
 Dei

Dei, et habentibus testimonium Iesu Christi.

18 Stetitque super arenam maris.

CAPVT XIII.

1. Describitur Bestia illa multiceps, 8 quæ maximam mundi partem in idololatram seducit, 11 quæ ab alia bestia ascendente 15 confirmatur.

1 **T**VM vidi bestiam è mari ascendentem, quæ habebat capita septem et cornua decem: et super cornua eius erant decem diademata, et
 2 super capita eius nomen blasphemie. Eratque hæc bestia quam vidi, similis pardo, et pedes eius vt pedes vrſi, et os eius vt os leonis: dedit autem ei draco virtutem suam, et thronũ suũ,
 3 et potestatem magnam. Et vidi vnum ex capitibus eius quasi lethaliter cæsum: sed ipsius plaga lethalis curata est: et admirans vniuersa
 4 terra, sequuta est bestiam. Ex adorarunt draconem qui dedit potestatem bestie, et adorarunt bestiam dicentes, Quis similis bestie? quis
 5 poterit pugnare cum ea? Datumque est ei os loquens magna et blasphemias: et data est ei
 6 potestas agendi menses quadragintaduos. Aperuit igitur os suum ad blasphemiam aduersus Deum, vt conuitiis afficeret nomen eius, et tabernaculum eius, et eos qui in cælo habitant.
 7 Sed et datum est ei bellum gerere cum sanctis, et eos vincere: et data est ei potestas in omnem
 8 tribum, et linguã, et gentẽ. Itaq; adorabunt eã omnes incolæ terre quorum non sunt scripta nomina in libro vite Agni illius mactati, iam
 9 inde à iactis mundi fundamētis. Siquis habet
 10 aurem audiat. Siquis in captiuitatem ducit, in captiuitatem abibit: ^{Gen. 9. 6} ^{Matth. 26. 52} siquis gladio occiderit, oportet

oportet eum gladio occidi. hic est patientia & fides sanctorum. Deinde vidi aliam bestiam ¹¹ ascendentem e terra, habentem cornua duo similia Agni: sed loquebatur vt draco. Ea vero ¹² potestatem prioris bestie omnē exercet in conspectu eius: & facit vt terra & ipsius incola adorent bestiam illam primam, cuius curata fuerat plaga lethalis. Editque signa magna, ¹³ aded vt etiam ignem faciat e celo descendere in terram, in conspectu hominum. Et sedu- ¹⁴ cit incolas terrae, propter signa quae datum est ei vt faciat in conspectu bestiae: dicens incolis terrae, vt faciant imaginem bestiae quae gladio vulnerata fuit, sed reuixit. Datumque est ¹⁵ ei vt animaret imaginē bestiae, vt etiam loquatur imago bestiae, & faciat vt quicumque non adorarint imaginem bestiae, occidantur. Sed ¹⁶ & facit vt omnes, parui & magni, diuites & pauperes, liberi, & serui accipiant characterem in manu sua dextera, aut in frontibus suis: Et ¹⁷ nequis possit emere aut vendere, nisi qui habeat characterem aut nomen bestiae, aut numerū nominis eius. Hic sapientia est. Qui intelli- ¹⁸ gentia praeditus est, computet numerum bestiae. numerus enim hominis est: & numerus eius, sexcenta sexaginta sex.

CAPVT XIII.

1. Agno stante super montem Sion, 4 vna cum castis suis cultoribus, 6 Angelus vnus Euangelium nuntiat. 8 Alius Babylonis casum praedicit. 9 Tertius Bestiam vitari monet. 13 Vox e caelo beatos illos pronuntiat qui Domini causa moriuntur. 16 Mittitur post ea falx Domini in messem, 18 & vindemiam.

Tum

1 **T**um aspexi, & ecce, aderat Agnus stans super montem Sion, & cum eo centum quadragintaquatuor millia, habentia nomen Patris eius scriptum in frontibus suis. Et audiui vocem de caelo tanquam vocem aquarum multarum, & tanquam sonum tonitruui magni: & vocem audiui citharædorum pulsantiũ citharas suas, Et canentium quasi canticum nouum ante thronũ, & ante quatuor animalia, & Senes: neque quisquam poterat discere canticum illud, nisi illa centum quadragintaquatuor millia, ij videlicet qui empti sunt de terra. Hi sunt qui cum mulieribus non sunt inquinati: virgines enim sunt. hi sequuntur Agnum quocunque ierit: hi empti sunt ex hominibus, primitiæ Deo & agno sacrae: Et in quorum ore non est inuētus dolus: sunt enim inculpati ante thronum Dei. Deinde vidi alium Angelum volantem per medium caeli habentem Euangelium aeternum, vt euangelizaret incolis terræ, & omni genti, & tribui, & linguæ, & populo. Dicentem magna voce, **2** **T**imete Deũ, & ei tribuite gloriam: nam venit hora iudicij eius: & adorare eum qui fecit caelum & terram & mare & fontes aquarum. **3** **E**t alius Angelus sequutus est, dicens, **C**ecidit, cecidit Babylon, vrbs illa magna, quia vinũ iræ scortationis suæ potadum præbuit omnibus gentibus. Et tertius Angelus sequutus est illos, dicens voce magna, Siquis adorauerit bestiam & imaginem eius, & acceperit charactere in fronte sua, aut in manu sua, Bibet hic quoque ex vino iræ Dei, ex mero inquam, infuso in poculum iræ ipsius: & cruciabitur igne

Psal. 149. 6

Act. 14. 15

Esa. 21. 9

Ierem. 51. 8

Ios. 18. 2

igne & sulphure in conspectu Angelorū san-
 ctorum, & ante conspectum Agni. Et fumus 11
 cruciatus eorum ascendet in secula seculorū:
 nec habebunt requiem die nec nocte qui ado-
 rant bestiam & imaginem eius, & si quis acce-
 perit characterem nominis eius. Hic toleran- 12
 tia sanctorum est: hic qui obseruant mandata
 Dei & fidem Iesu. Tunc audiui vocem è cœ- 13
 lo, dicentem mihi, Scribē, Beati posthac mor-
 tui, inquam, qui Domini causā moriuntur.
 Etiam, dicit Spiritus: quoniam requiescunt à
 laboribus suis, & opera eorum sequuntur eos.
 Aspexi autem, & ecce aderat nubes candida: & 14
 super nubem sedebat quidam similis homini,
 habens in capite suo coronā auream, & in ma-
 nu sua falcem acutam. Et alius Angelus pro- 15
 diit è templo, clamās voce magna ad eum qui
 infidebat nubi, Mitte falcem tuam, & mete:
 quia venit tibi hora vt metas: nam aruit mes- 16
 sis terræ. Misit igitur is qui infidebat nubifal-
 cem suam in terram: & demessa est terra. Tū 17
 alius Angelus prodiit è tēplo quod est in cœ-
 lo, habens & ipse falcem acutā. Et alius An- 18
 gelus prodiit ab altari, habens potestatem in
 ignem: & clamauit voce magna ad eum qui
 habebat falcem acutam, dicens, Mitte fal-
 cem tuam acutam, & vindemia botros vi- 19
 near terræ: nam maturæ sunt eius vuar. Misit
 igitur Angelus falcem suam acutam in terrā,
 & vindemiauit vineam terræ, & misit in ma- 20
 gnum illum lacum iræ Dei. Et calcatus est la-
 cus extra ciuitatem: exiuitque sanguis è la-
 cu vsque ad frænos equorum, per stadia mil-
 le sexcenta.

Joel 3.13
 Matth. 13.39

CAPVT XV.

1. Apparent septem Angeli habentes plagas septem vltimas, 3 Victores Beate Deum laudant. 6 Angelis septem, septem dantur diuini furoris phialæ.

1 **D**Einde vidi aliud signum in cœlo magnum, & admirabile, Angelos septem, habentes plagas septem vltimas, quoniã per illas expleta est isa Dei. Et vidi tanquam mare vitreũ mixtũ igni: & eos qui victoriã reportant ex bestia & imagine eius, & caractere eius, ex numero nominis eius, stantes apud mare vitreum, & habentes citharas Dei: Qui etiam cantabant canticũ Mosis serui Dei, & canticum Agni, dicentes, Magna & mirabilia sunt opera tua, Domine Deus omnipotens: iuste & vere sunt viæ tuæ, Rex sanctorum. *Psal. 146. 6*
 4 Domine, & glorificabit nomen tuum? nam solus sanctus es. Nam omnes gentes venient & adorabunt coram te: nam iudicia tua patefacta sunt. Et post hæc aspexi, & ecce, apertum est templum Tabernaculi testimonij in cœlo. Et prodierunt è templo septem Angeli, habentes septem plagas, induti lino puro & candido, & præcincti circa pectora zonis aureis. Et vnum ex quatuor animalibus dedit septem Angelis phialas aureas, plenas iræ Dei viuentis in secula seculorum. *Ierem. 10. 7*
 8 Et impletum est templũ fumo procedente à maiestate Dei, & à virtute eius: nec quisquam poterat ingredi in templum donec expleretur septem plagæ septem Angelorum.

CAPVT XVI.

2. & 17 Effundunt Angeli septem committas sibi furoris diuini phialas: quibus effusis varię plagę in orbem terrarum exortuntur, 18 ad terrendos improbos, 19 & magne vrbs nicolas.

Tunc

TVnc audiui vocem magnam à templo , di- 1
centem septem Angelis, Ite, effundite septē
phialas irę Dei in terram. Abiit igitur primus 2
Angelus, & effudit phialam suā in terram: fa-
ctumque est vulnus malum ac noxium aduer-
sus homines qui habebant characterem bestię,
& eos qui adorabant imaginem eius. Deinde 3
secundus Angelus effudit phialam suā in ma-
re, factumque est quasi sanguis cadaueris: &
quodcunque animal viuebat in mari, mortuū
est. Tum tertius Angelus effudit phialam 4
suam in flumina & in fontes aquarum: & fa-
ctę sunt sanguis. Et audiui Angelum aqua- 5
rum dicentem, Iustus es, Domine, Quies, &
Qui eras, & Sanctus, quia hęc iudicasti: Quia, 6
inquam, sanguinem sanctorum & Propheta-
rum effuderunt, & sanguinem eis dedisti ad
bibendum: digni enim sunt. Et audiui alium 7
ē sanctuario dicentem, Etiam Domine Deus
omnipotens, vera & iusta iudicia tua. Postea 8
quartus Angelus effudit phialam suam in so-
lem, & datum est ei ęstu affligere homines per
ignem. Et ęstuauerunt homines ęstu magno, 9
& blasphemarunt nomen Dei habentis pote-
statem in has plagas: neque resipuerunt vt da-
rent ei gloriam. Tum quintus Angelus effu- 10
dit phialam suam super thronum bestię: & fa-
ctum est regnum eius tenebrosum: & mande-
bant linguas suas prę dolore: Et blasphema- 11
runt Deum cęli prę doloribus suis & vlceri-
bus suis: nec resipuerunt ab operibus suis. Tū 12
sextus Angelus effudit phialam suam in flumē
illud magnum, nempe Euphratem: & siccata
est aqua eius, vt pararetur via regum ab ortu
solis

- 13 solis aduentantium. Et vidi ex ore draconis,
 & ex ore bestiarum, & ex ore pseudoprophetae il-
 lius, tres impuros spiritus similes ranis prode-
 14 untes. Sunt enim spiritus demoniorum edē-
 tes signa, qui que abeunt ad reges terrę & totius
 mundi, vt congregent eos ad pręlium magni il-
 15 lius diei Dei omnipotētis. Ecce, venio vt fur. Supra 3. 3
Mat. 24. 44
Luc. 12. 39
 Beatus qui vigilat & custodit vestimenta sua,
 ne nudus ambulet, & videantur verenda ipsius.
 16 Congregarunt igitur eos in locum qui voca-
 17 tur Hebraicę Arma-gedon. Tum septimus
 Angelus effudit phialam suam in aerē: & pro-
 diit vox magna è templo cęli, à throno, dicens,
 18 Factum est. Factique sunt sonitus, & fulgu-
 ra, & tonitrua: & terramotus factus est ma-
 gnus, qualis nunquam fuit ex quo homines fu-
 erunt super terram, terramotus inquam aded
 19 magnus. Et dirupta est vrbs illa magna in
 tres partes, & ciuitates Gentium ceciderunt, &
 Babylon magna venit in memoriam ante Deū,
 vt præberet ei poculum indignationis irę suę. lerem. 25. 15
 20 Et omnis insula fugit, & montes non sunt in-
 21 uenti. Et grando magna, quasi talentaria, de-
 scendit è cęlo in homines: & blasphemarunt
 Deū homines propter plagam grandinis: quo-
 niam magna fuit plaga eius vehementer.

CAPVT XVII.

1. Describitur Meretrix illa magna, 2. eum qua Reges
 terrę scortantur: 6. ed. in pitorum sanguine: 7. & Her-
 sita que portat illam. mysterium vniuersę, 11. & exis-
 tium. 14. postremo Agni victoria.

1. **T**UM venit vnus ex septem Angelis qui habe-
 bant septem phialas, & loquutus est me-
 cum,

Q9

cum,

cum, dicens mihi, Heus tu, ostendam tibi de-
 mnationem meretricis magna, sedentis super
 aquas multas: Cum qua scortati sunt reges 2
 terræ, & cuius scortationis vino inebriati sunt
 incolæ terræ. Quumque me per spiritum in 3
 desertum transtulisset, vidi mulierem infiden-
 tem bestia coccina, plenæ nominibus blasphe-
 miæ, habenti capita septem & cornua decem.
 Erat autem mulier illa amicta purpura & coc- 4
 co, & inaurata auro & lapidibus pretiosis &
 margaritis: habens poculum aureum in manu
 sua, plenum abominationibus & immunditia
 scortationis suæ: Et in fronte sua nomē scri- 5
 ptum, Mysteriū, Babylon magna, mater scor-
 tationum & abominationum terræ. Et vidi 6
 mulierem illam ebriam sanguine sanctorū &
 sanguine martyrum Iesu: & miratus sum, quū
 viderem illam, admiratione magna. Tunc di- 7
 xit mihi Angelus, Quare miraris? ego dicam ti-
 bi mysterium mulieris, & bestia quæ habet ca-
 pita septem & cornua decem. Bestia quæ vi- 8
 disti, fuit, & non est: & ascensura est ex abyſſo,
 & in exitium abitura: & mirabuntur incolæ
 terræ, (quorum nomina scripta non sunt in li-
 bro vitæ à iactis mundi fundamentis) videntes
 bestiam quæ erat, & non est, & tamen est. Hic 9
 est mens quæ habet sapientiam. Septem capita,
 septem montes sunt super quos mulier sedet.
 Et reges septem sunt: quinque ceciderunt, vnus 10
 est, & alius nondum venit: & quum venerit, o-
 portet illum breue tēpus manere. Bestia au- 11
 tem quæ erat, & non est, is octauus est, & è se-
 ptem est, & in exitium abit. Decem autē cor- 12
 nua quæ vidisti, decem reges sunt qui regnum
 nondum

nondum acceperunt, sed potestatem tanquam
 13 reges vna hora accipient cum bestia. Hi vnū
 consilium habent, & vires ac potestatem suam
 14 bestie tradent. Hi cum Agno pugnabunt, &
 Agnus vincet eos: quoniam Dominus domi- Infr. 9. 16
 norum est, & Rex regum: & qui cum eo sunt, 2. Tim. 6. 15
 15 vocati & electi & fideles. Deinde dixit mihi,
 Aquæ quas vidisti, vbi meretrix sedet, populi
 16 sunt, & turbe, & gentes, & linguæ. Et decem
 cornua quæ vidisti in bestia, hi odio perseque-
 tur meretricem & solam reddent illam & nu-
 dam, & carnes eius comedent, & ipsam igne
 17 exurent. Deus enim dedit in corda eorum vt
 faciant quod placitum est ei, & vt consentiant,
 dentque regnum suum bestie donec comple-
 18 antur verba Dei: Et mulier quam vidisti, est
 vrbs illa magna quæ habet regnum super re-
 ges terræ.

CAPVT XVIII.

2. Horrendam Babylonis excidiū proponitur: 11, 16, 18
 ingent negotiatores terræ, qui ex pompa luxu & ipsius
 ditati sunt. 20 Exultant vero omnes Electi ex tam iu-
 sta Dei vltione.

1 ET posthec vidi alium Angelū descendente
 è cælo, habentem potestatem magnam: aded
 2 vt terra resplenduerit gloria eius. Exclamauit
 aut vehemēter voce magna, dicēs, Cecidit, ceci- Supra 14. 3
 dit Babylon illa magna, & facta est domiciliū Esa 21. 9
 demoniorū, & custodia omnis spiritus impu- Ierem. 51. 3
 ri, & custodia omnis volucris immūde & inui-
 3 se: Quia ex vino irę scortationis eius biberunt
 omnes gentes: & reges terrę cū ea scortati sunt,
 & mercatores terrę opibus deliciarū eius diui-
 4 tes facti sunt. Et audiui aliam vocem è cælo

Qq 2 di.

dicentem, Exite ex ea popule mi, ne participes
 sitis peccatorum eius, & ex plagis eius accipia-
 tis. Nam accumulata peccata eius pertigerunt
 usque in cœlum: & recordatus est Deus scelerū
 eius. Reddite ei sicut & ipsa reddidit vobis: & 6
 duplicate ei duplum secundum opera eius: in
 poculo quod propinavit, propinate ei duplū.
 Quantum extulit sese & luxuriata est, tantum 7
 date ei cruciatum & luctum: quia in corde suo
 dicit, Sedeo regina, nec sum vidua, nec luctum
 videbo. Ideo vna die venient plage eius, mors 8
 & luctus, & fames: & igne exuretur, quia vali-
 dus est Dominus Deus, qui damnabit eā. Tum 6
 flebunt eam, & plangent superea reges terræ,
 qui cum illa scortati & luxuriati sunt, quum
 viderint fumum incendij eius: Procul stantes 10
 propter timorē cruciatus eius, & dicentes, Vah,
 vah, magna illa vrbs, Babylon, vrbs illa valida,
 cuius vna hora venit iudicium. Sed & merca- 11
 tores terræ flebunt & lugebunt superea: quo-
 niam merces eorum nemo emit amplius: Mer- 12
 ces auri & argenti & lapidis pretiosi, margari-
 tarum, byssi, purpuræ, serici, & cocci, & o-
 mne lignum thycinum, & omne vas eburneum,
 & omne vas ex ligno pretiosissimo, & ære, &
 ferro, & marmore, Et cinamomum, & suffi- 13
 rus, & vnguentum, & thus, & vinum, & o-
 leum, & similam, & triticum, & iumenta, &
 oues, & equorum merces, & rhedarū, & man- 14
 cipiorum, & animas hominum. Et fructus
 desiderij animæ tuæ abierunt à te, & omnia
 pingua & præclara abierunt à te: nec amplius
 ea inuenies. Harum, inquam, rerum merca- 15
 tores diuites facti, procul ab ea stabunt pro-
 pter

Præ timorem cruciatus eius, flentes ac lugen-
 16 tes: Et dicentes, Vah, vah, ciuitas illa magna,
 quæ amicta erat bysso & purpura, & cocco, &
 deaurata erat auro & lapidibus pretiosis, &
 margaritis: quoniam vna hora destitute sunt tā-
 17 te diuitie? Sed & omnes gubernatores & o-
 mnis in nauibus versantium turba, & nautæ, &
 quotquot ex mari questum faciunt, longè sta-
 18 bunt, Et clamabunt, videntes fumum incen-
 dij eius, & dicent, Quæ similis erat vrbi isti ma-
 19 gnæ? Et iniecto capitibus puluere, clamabunt
 flentes ac lugentes, & dicentes, Vah, vah, vrbs
 illa magna, in qua diuites facti sunt omnes qui
 habebāt naues in mari, pretijs eius, quæ vna ho-
 20 ra desolata est. Exulta super eam cœli, & san-
 cti Apostoli, & Prophetæ, quoniam sumpsit
 21 pœnas Deus vestræ vltionis causâ de illa. Tunc
 sustulit quidam Angelus fortis lapidem instar
 molæ magnæ, & proiecit in mare, dicens, Ita
 cum impetu proicietur Babylon vrbs illa ma-
 22 gna, nec amplius inuenietur. Et vox citharœ-
 dorum & musicorum & tibia ac tuba canen-
 tium non audietur in te amplius, nec vllus ar-
 tífex cuiuscunque artis inuenietur in te am-
 23 plius: & sonitus molæ non audietur in te am-
 plius: Et lux lucernæ non lucebit in te am-
 plius: & vox sponsi & sponsæ non audietur
 amplius in te: cuius mercatores erant proceres
 terræ, et cuius beneficijs seductæ sunt omnes
 24 gentes. Sed in ea sanguis Prophetarum et
 sanctorum inuentus est, et omnium qui ma-
 ctati sunt in terra.

CAPVT XIX.

1. Laudant Cœlestes Deum quod vindicauit sanguinem suorum e manu Meretricis. 9 Beati scribuntur qui ad ad coenam nuptiarum Agni vocati sunt. 10 Angelus adorari se prohibet. 11 E coelo summus ille Rex regū apparet. 19 Bellum oritur, 20 in quo apprehenditur Bestia, 21 & in stagnum ardentem delicitur.

Posthæc audiui vocem magnam turbae multæ in cœlo dicentis, Halleluia: salus, & honor, & gloria, & virtus Domino Deo nostro est: Quia vera & iusta iudicia eius: & meretricem illam magnam quæ corrupit terram fornicatione sua, damnauit, & vindicauit sanguinem seruorum suorum ex manu eius. Deinde secundo dixerunt, Halleluia: & fumus eius ascendit in secula seculorum. Et prociderunt, vigintiquatuor Senes & quatuor animalia, & adorauerunt Deum insidentem throno, dicentes, Amen Halleluia. Tum vox è throno prodijt dicens, Laudate Deum nostrum omnes serui eius, & qui timetis eum parui & magni. Et audiui tanquam sonitum turbae multæ, & tanquam sonitum aquarum multarum, & tanquam sonitum tonitruorum magnorum, dicentium, Halleluia: quoniam regnauit Dominus Deus ille noster omnipotens. Gaudeamus, & exultemus, & demus gloriam ei: quia uenerunt nuptiæ Agni, & uxor eius parauit se. Et datum est ei ut amiciatur bysso puro & splendido. byssus enim iustificationes sunt Sanctorum. Tum dixit mihi, Scribe, Beati qui ad coenam nuptiarum Agni vocati sunt. Et dixi mihi, Hæc uerba Dei uera sunt. Et cecidit ante pedes eius ut adorarem eum: sed dixit mihi, Vide ne feceris: cõseruus tuus sum, unus ex fratribus tuis qui habet testimonium Iesu. Deum adora: testimonium

Matt. 22. 2

- 11 moniū enim Iesu est spiritus prophetiæ. De-
 inde vidi cælum apertum, & ecce affuit equus
 albus: & qui sedebat super eum, vocabatur Fi-
 delis & verax, & qui iustè iudicat & pugnat.
 12 Oculi aut̃ eius erant tanquam flamma ignis, &
 in capite eius diademata multa, habebatq; no-
 13 men scriptum quod nemo nouit nisi ipse: Et
 amictus erat veste tincta sanguine. vocaturque
 14 nomen eius Sermo Dei. Exercitus autem qui
 sunt in cælo, sequebantur eum equis albis, ve-
 15 stiti bysso albo & puro. Ex ore eius prodibat
 gladius acutus, vt eo percutiat gentes. ^{ipse e.} *Psal. 2. 19*
 nim reget eas virga ferrea. ipse enim est qui cal-
 cat lacum vini furoris & iræ Dei omnipotētis.
 16 Habebatq; in vestimento & in femore suo no-
 men scriptum, ^{Rex regū,} & Dominus domi- *Supr. 17. 14*
 17 nantium. Tunc vidi quendam Angelū stan- *1. Tim. 6. 15*
 tem in sole, qui clamauit voce magna, dicens
 omnibus auibus que volabant per mediū cæli,
 Adeste, & cōgregamini ad cœnam magni Dei,
 18 Vt edatis carnes regum, & carnes tribunorum,
 & carnes fortium, & carnes equorum, & eorū
 qui ipsi infident, & carnes omnium liberorum
 19 ac seruorum, paruorum ac magnorum. De-
 inde vidi bestiam illam, & reges terræ, & exer-
 citus eorum congregatos ad gerendum bellum
 cum eo qui infidebat equo, & cū exercitu eius.
 20 Sed apprehensa est bestia, & cum ea pseudo-
 propheta ille qui ediderat signa corā ea, quib.
 seduxit eos qui acceperunt characterem bestię,
 & qui adorarunt imaginē eius. viui cōiecti sunt
 21 hi duo in stagnum ignis ardens sulphure: Et
 reliqui occisi sunt gladio eius qui infidet equo,

prodeunte ex ore ipsius: et omnes aues saturatae sunt carnibus eorum.

CAPVT XX.

1. Angelus 2. Satanam vinculis constringit ad mille annos: 3. quibus solutus, Gog & Magog, id est, oculos & apertos hostes, in Sanctos concitat. 11. Sed Domini vindicta coeret illorum insolentiam. 12. Aperitur libri, ex quibus iudicantur mortui.

DEinde vidi Angelum descendentem è caelo, 1 qui habebat clauem abyssi, & catenā magnā in manu sua. Et apprehendit draconem: ser- 2 pentem, inquam, illum antiquum, qui est diabolus et Satanās: et vinxit eum ad annos mille. Coniecitque eum in abyssum, et clausit eū, 3 et obsignauit super eum, vt nō seducat amplius gentes, donec compleantur anni mille. nā postea oportet eum solui ad exiguum tempus. Deinde vidi sedes, et federunt super eas, et iu- 4 dicitum datum est eis. et animas eorum qui securi percussi sunt propter testimonium Iesu, et propter sermonem Dei: qui que non adorarunt bestiam, neque imaginem eius, nec acceperunt characterem eius in frontibus suis, aut in manibus suis: viuentque et regnabunt cum Christo mille annis. Reliqui verò ex mortuis 5 non reuiuiscēt donec expleti fuerint mille anni. Hac est resurrectio prima. Beatus et san- 6 ctus qui habet partē in resurrectione prima, in hos enim secūda mors nō habet potestātē: sed erūt sacerdotes Dei et Christi, et regnabūt cū eo mille annis. Quū verò expleti fuerint mille an- 7 ni, soluetur Satanās è carcere suo. Et exhibit vt 8 seducat gētes que sunt in quatuor angulis terre, Gog et Magog, vt cōgreget eos in prēlium: quo-

- 9 quorum numerus est sicut arena maris. Ascen-
 derunt igitur super latitudinem terræ, & cir-
 cumierunt castra sanctorum, & urbem dilectam:
 sed descendit ignis à Deo è cælo, qui deuorauit
 10 eos. Et diabolus qui seducebat eos, coniectus
 est in stagnum ignis & sulphuris, vbi & bestia
 & pseudopropheta: & cruciabuntur die ac no-
 11 ste in secula seculorum. Tum vidi thronum
 magnum candidum, & quendam ei insidentem:
 à cuius conspectu fugit terra & cælum, quorum
 12 locus non est inuentus. Et vidi mortuos ma-
 gnos & pusillos stantes in conspectu Dei, & li-
 bri aperti sunt: & alius^r liber apertus est, qui est
 liber vitæ: iudicatiq; sunt mortui ex ijs quæ
 scripta erant in libris, secundum opera ipsorum.
 13 Et reddidit mare mortuos quos habebat: Mors
 quoque & infernus reddiderunt mortuos quos
 habebant: & iudicatum est de singulis secundum
 14 opera ipsorum. Infernus autem ac Mors con-
 iecti sunt in stagnum ignis: quæ est mors secunda.
 15 Et qui non inuentus est in libro vitæ scriptus,
 coniectus est in stagnum ignis.

Supr. 3.5
 Infr. 21. 27
 Philp. 4. 3

CAPVT XXI.

2. Nouam Hierusalem descendente[m] è cælo, 9. Spon-
 sam vxorem Agni. 12. ac illius structuram describit. 16.
 prenotis lapidibus ornatam: 22. cuius Templum est
 Agnus.

- 1 D^einde^s vidi cælum nouum & terram nouã:
 2 primum enim cælum & prima terra abierat:
 & mare non amplius extabat. Et ego Iohannes
 vidi sanctam urbem Hierusalem nouam, descen-
 dentem è cælo à Deo, paratam vt sponsam orna-
 3 tam viro suo. Et audiui vocem magnam è cæ-

Esa. 65. 17,
 & 66. 22
 2. Pct. 3. 13

Supr. 7. 17
Esa. 25. 3

Esa. 45. 19
2. Cor. 5. 27

Supr. 1. 8
Infra 22. 13

Io, dicentem, Ecce, tabernaculum Dei est cum
hominibus, & habitabit cum eis: & ipsi, populi
eius erunt, & ipse Deus cum eis erit, Deus ipso-
rum. ² Et abstersurus est Deus omnem lacry- 4
mam ab oculis eorum: & mors amplius non ex-
rabit, neque luctus, neque clamor, neque dolor
extabit amplius: quia prima abierunt. Et dixit 5
is qui insidebat throno, ecce, noua facio omnia.
Et dixit mihi, Scribe: nam hæc verba fidelia
sunt & vera. Et dixit mihi, Actum est, ego sum 6
A & Ω, initium & finis. Ego sitienti dabo ex-
fonte aquæ viuæ, gratis. Qui vicerit, posside- 7
bit omnia: & ero ei Deus, & ipse erit mihi fi- 8
lius. Timidis autem, & incredulis, & ex-
ctabilibus, & homicidis, & scortatoribus, & ve-
neficis, & idololâtris, & omnibus mendacibus
pars assignata est in stagno ardenti igne, & sul-
phure, quod est mors secunda. Tum venit ad me 9
vnus ex septem illis Angelis qui habuerant se-
ptem illas phialas plenas septem plagis nouissi-
mis: & loquutus est mecum, dicens, Veni, osten-
dam tibi sponsam vxorem Agni. Et sustulit me 10
per Spiritum in montem magnū & sublimē, &
ostendit mihi urbem magnā, sanctam, inquam,
illam Hierusalem, descendentem è cælo à Deo:
Habentem gloriam Dei, & cuius lumen erat fi- 11
mile lapidi pretiosissimo, tanquam lapidi iaspi-
di instar crystalli splendenti. Habebat autē murū 12
magnum & sublimem, habentem portas duode-
cim, & in portis Angelos duodecim, & nomina
in scripta, quæ sunt nomina duodecim tribuum
filiorum Israël. Ab oriente erant portæ tres: ab 13
aquilone, portæ tres: ab austro, portæ tres: ab oc-
casu, portæ tres. Et murus urbis habebat fun- 14
damen-

15 *damēta duodecim, in quibus erant duodecim nomina Apostolorum Agni. Porrò is qui loquebatur mecum, habebat calamum aureum, vt metiretur urbem, & portas eius & murum eius.*
 16 *Vrbs ipsa verò quadrangularis est, cuius longitudo tantz est quanta & latitudo, mensusq; est urbem calamo, ad stadiorum duodecim millia: suntque longitudo & latitudo & altitudo eius*
 17 *æquales. Et mensus est murum eius, centum quadragintaquatuor cubitorum, mensura hominis, quæ est Angeli. Erat autē structura muri eius ex iaspide: ipsa verò vrbs aurum purum, &*
 18 *similis vitro puro. Et fundamenta muri urbis omni lapide pretioso ornata. fundamētum primum erat iaspis: secundum, sapphirus: tertium,*
 20 *chalcedonius: quartum, smaragdus: Quintum, sardonius: sextum, sardius: septimum, chrysolithus: octauum, beryllus: nonum, topazius: decimū, chrysoprasus: vndecimum, hyacinthus:*
 21 *duodecimum, amethystus. Duodecim autē portæ, duodecim margaritæ sunt, & singulæ portæ ex singulis margaritis sunt: & forum urbis, aurum purum, tanquam vitrum perlucidum. Nec templū vidi in ea: Dominus enim Deus omnipotens, templum illius est, id est, Agnus. ¹Neq; *Esa. 60. 19*
 23 *vrbs ista eget sole vel luna, vt luceant in ea: nam gloria Dei illustrauit eam, & lucerna eius est*
 24 *Agnus. ²Et gentes quæ seruatæ fuerunt, ambulabunt ad lucem eius: & reges terræ gloriam suam & honorē ad eam adferent. ³Nec portæ eius claudentur interdū: nox enim non erit *Esa. 60. 3*
 25 *illuc. Et adferetur gloria & honor Gentium ad eam. Non intrabit in eam quicquam quod inquinat, aut abominandum quippiam *Esa. 60. 11*
 27 *patrat****

patrat, vel mendacium loquitur: sed qui scripti
 sunt in libro vitæ Agni.

Supr. 1. 5, &

20. 11

Phil. 4. 3

CAPVT XXII.

1 Ostenditur aquæ vitæ fluius, 2. & arbor vitæ. 6 7.
 Sequitur Prophetiæ huius conclusio, 8. in qua Iohan.
 ostendit verissimam esse quæ hic continentur, 12. Et iam
 tertio repetit dictata hæc oia ab eo esse qui est A & Ω.

DEinde ostendit mihi purum fluium aquæ
 vitæ, splendidum tanquam crystallum, pro-
 cedentem ex throno Dei & Agni. In medio au-
 tem foro eius, & ex utraq; parte fluminis, erat
 arbor vitæ adferens fructus duodecim, per men-
 ses singulos edens fructum suum, & folia sua ad
 sanitatem Gentium. Nec vllum maledictum erit
 amplius: sed sedes Dei & Agni in ea erit: &
 serui eius seruient ei. Et videbunt faciem

Esa. 6. 19

eius: & nomen eius in frontibus ipsorum erit.
 Et nox illic non erit, neque opus est eis lumine
 lucernæ, neque lumine solis: quoniam Domi-
 nus Deus illustrat eos, & regnabunt in secula
 seculorum. Tum dixit mihi, Hæc verba fida
 sunt & vera: & Dominus Deus sanctorum Pro-
 phetarum misit Angelum suum, vt indicet seruis
 suis quæ oporteat fieri cito. Ecce, venio cito: bea-
 tus qui obseruat verba Prophetiæ libri huius.
 Ego verò Iohannes, is sum qui hæc audiui & vi-
 di. Et quæ audissem & vidissem, cecidi vt ado-
 rarem ante pedes Angeli, qui mihi hæc ostende-
 bat: Is verò dixit mihi, Vide ne feceris: conser-
 uus enim tuus sum, & vnus fratrum tuorum
 prophetarum, & eorum qui seruant verba libri
 huius. Deum adora. Deinde dixit mihi, Ne ob-
 signes verba prophetiæ libri huius: tempus enim
 propè est. Qui nocet, noceat adhuc: & qui sor-
 didus est, sordescat adhuc: & qui iustus est, iu-
 stifi-

Supr. 16. 19

- 12 stificetur adhuc: & sanctus, sanctificetur ad-
 13 huc. Ecce, venio citò: & merces mea mecum est, Rom 2. 6
 14 ² vt reddam vnicuiq; prout opus ipsius erit. ³ E- Supr. 1. 6
 go sum A & 14, principium & finis, primus & & 21. 8
 15 vltimus. Beati qui seruant eius mandata: vt fit Hsa. 41. 6,
 16 eis ius in arborem vitæ, & per portas ingredian- & 44. 6
 17 tur in urbem. Foris autem erunt canes, & vene-
 18 fici, & scortatores, & homicidæ, & idololatra,
 19 & quisquis amat ac committit mendaciũ. Ego
 Iesus misi Angelum meum, vt hæc vobis testifi-
 20 caretur in Ecclesijs. Ego sum stirps & progenies
 21 illa Dauidis, stella splendida & matutina. Et
 Spiritus & Sponsa dicunt, Veni. Et qui audit,
 22 dicat, Veni. ² & qui sitit, veniat: & qui vult, ac- Eua. 55. 1
 23 cipiat aquam vitæ gratis. Enim uerò contestor
 cuius audienti verba Prophetiæ libri huius, si-
 24 quis adiecerit ad hæc, imponet ei Deus plagas
 25 scriptas in libro isto. Et si quis abstulerit aliquid
 26 ex verbis libri Prophetiæ huius, auferet Deus
 27 partem eius è libro vitæ, & ex vrbe sancta, & ex
 28 ijs quæ scripta sunt in libro isto. Dicit qui te-
 29 statur ista: Etiam venio citò. Amen. Etiam
 30 veni Domine Iesu. Gratia Domini
 nostri Iesu Christi cum omni-
 bus vobis. Amen.

FINIS NOVI TE-
stamenti.




HEIDELBERGAE

EXCVDEBAT IACOBVS MY.


lius, Impensis Matthaej
Harnisch.



M. D. LXXVI.



intra quatuordecim dies




Char 40 lignum 7 alb

Cetermanc in Ex...

Et firmam hinc exultat
tenus ecclesiasticis p̄dictib;
desuis infirmitatib; cons
distinctionem interni iudicis
p̄cedit. . **S**ed cū fra
cū districcionē sup̄nos int

...derat . eo in te pu
ribescat . Unde exapte sub
RAU . RAT . TE STES . CON IRA
Hec tuos contra me . et mihi
e poeme militant in me . Testes
ertidium sei operis testantur



S
cob.
an. p.
f. p.
p. p.
p. p.

S
p. p.
p. p.
p. p.

